D. ANDREAE DE BARVLO

IVRISCONS. NEAPOLITANI celeberrimi, & Consiliarij Regij,

Commentaria

SVPER TRIBVS POSTREMIS LIBRIS Codicis, nunc primum in lucem edita.

Ex manuscripto bibliothecæ Regentis Fornarij.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE RVBRICARVM, rerumque omnium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCI.

Apud Sessas.

ADMODVM

REVER. PATRIBVS

COLLEGII NEAPOLITANI

SOCIETATIS IESV

Aloysius Sessa S. D.

QVOD *egregio cuique pictori vsu venit, vt in interiore ædium parte, ab omni seclusus hominum consuetudine, & aspectu, tandiu ad inchoatum opus perficiendum incumbat, atque incubet, donec extrema, vt dicitur, accedat manus: perfectumque illud ingenio, elaboratum industria ipse prior laudet, atque admiretur; populo deinde spectandum, probandumque exponat: Id* FERDINANDO FORNARIO *Regenti, & Regiæ Summariæ in Regno Neapolitano Locumtenenti, prorsus videtur contigisse. Cum enim eximiam bibliothecam instruere in animum induxisset; in lectissimorum scriptorum libris vndique conquirendis, quouis precio comparandis, aut etiam transcribendis diu, multumque laborauerat: Jamque etiam authoritate, quam non solum in isto Regno, sed & in vniuersa Hispania plurimam habebat, effecerat, vt præter cæterarum artium, ac scientiarum, nullus, aut paucissimi iuris, ac legum intrepretes, aut scriptores in ea desiderarentur. Matura tandem ætate, & ingruente*

a 2 morte

morte admonitus, quærendum sibi bibliothecæ suæ, veluti picturæ iam absolutæ, congruum spectatorem; Vos (quæ singularis eius fuit in delectu prudentia) Vos, inquam, Viri doctissimi, religiosissimique, elegit ex omnibus, quos potissimum tali laude, ac munere dignaretur. Nec vero is vnquam poterat theatrum rerum suarum optare magnificentius, nec beneficium melius collocare. In publica (& hoc addam) si secus fecisset, peccasse commoda videretur. Quis enim ea, qua vos, integritate animi, & candore, manuscriptos Commentarios Andreæ de Barulo in tres libros Codicis, ad me vltro dedisset imprimendos, quos alius quispiam in lucem prodire minime vero suisset hæres? Quos, inquam, alius quispiam, & quidem sine vlla illiberalitatis nota, sibi tantum, suisque præsto esse voluißet; Vos, pro vestra non vulgari in omnes homines beneuolentia, typis excudi, & publicos eße maluistis. Aequum igitur est, & ad vitandum ingrati animi crimen; pernecessarium, vobis acceptum ab omnibus referri, à quibus tantum beneficij in omnes profectum est. Ego vero omnium ingratissimus meritò censerer, si librum hunc mea opera, atque impensa excusum cuiquam alij dedicarem. Vos igitur, Viri præstantissimi, ac de omnibus doctrinis optime meriti, Andream hunc, virum clarissimum, vestra ope emersum flumine Lethæo, in vestra velitis eße clientela; Et mihi aliorum eiusmodi scriptorum ad communem fructum, pro vestra singulari humanitate, copiam facite. Venetijs die V. Maij M DCI.

LIBER AD LECTOREM.

Olim qui cultus domino viuente nitebam,
Heu iacui multo squallidus ora situ.
Ecce noui dextra facies antiqua coloni
Reddita iam cultu, sed potiore, nitet.
Qui legis hinc fructus, grates veterique nouoque
Cultori mecum, non mihi gratus age.

εἰς τὴν βίβλον.

Ἀκτῖνας ἀέλιος κλέψας ποτὲ νύκτα δι᾽ ὀρφνὴν
ἦμαρ δῶκε φέρων πᾶσι ποθεινοτάτας
Καὶ ὅτι γαῖα δίκης λαμπρὸν φάος ἀμφεκάλυψεν
ἔκθορε δὴ, κ᾽ ἄφνω φώτισε κόσμον ὅλον.

INDEX
RVBRICARVM, SEV TITVLORVM
trium poſtremorum librorum Codicis hic expoſitorum.

Debito-

Quando.

Indicis Rubricarum Finis.

INDEX SENTENTIARVM, AC VERBORVM TOTIVS OPERIS NOTABILIVM.

A

Atramen-

Cautio

Dandum

D

Differentia

Dominia

Honores,

L

Legatus

Negligens.

Priuilegium

Prouisio.

Remotus

V

Indicis Finis.

COMMENTARIVM SEV LECTVRA

In Decimum Librum Codicis:

Auctore Andrea de Barulo Neapolitano, Iurisc. celeberrimo, Regioq; consiliario.

Rubr. De Iure Fisci.

SVMMARIVM.

1 *INtellectus huius legis triplex elicitur, sed tertius planior nu. 2.*
3 *Donatio qualiter olim & nunc perfecta dicebatur, & in hac lege dicitur, cum traditio interuenit.*
4 *Fiscus aliquando vtitur iure communi, non semper speciali, nec semper priuilegiatus est.*
5 *Legis nulla prouisio trahitur retro.*
6 *Nemini imputatur, si non diuinauit.*
7 *Factum legitime ex superueniente causa non retractatur.*

1 L. Si priusquam. Lex ista tribus modis potest intelligi; duobus modis, quod Fiscus agat contra donatarium, & tunc litera habebit vnam oppositionem, quæ notatur in glo. Tertiò, vt Fiscus agat contra donantem, & litera stabit magis proprie, reiecta alia opinione, vt in gl. Dic ergo, quòd Titius donauit mihi prædium suum, & tradidit, & sic donatio extitit traditione perfecta, postmodum bona sua fuerunt obligata Fisco, tacitè ex contractu, vel quasi, tunc procurator Fisci vult reuocare à me per hypothecariam illud prædium, dicitur quòd non potest, si probatum fuerit, donationem, & traditionem præcessisse contractum Fisci, quia non videtur Fisco facta fraus.

Secundò intelligitur eodẽ modo, ꝙ Fiscus agat contra me Pauliana reuocatoria similiter non potest eadem ratione, vt supra dixi. Secundum has duas positiones instatur, qualiter agatur cõtra me donatarium, interrogabant Imperatorem hæredes Titij donatoris; Ipsis enim respondet Imperator.

Ratio quare tenebatur de euictione, vel quia donatio incepit à pactione vt suprà de iur.dot. l. 1. vel quia de ea promisit donator, vt supra de euictio. l. 2. vel quia res aliena dolosè donetur. ff. de donat. l. aristo. §. pen. And. Item opp. in auth. de fideiussor. §. sed neque, sed dic ꝙ hic fuit seruata forma illius §. 11. sic iura iuribus cõcordemus vt supra de inoffic. don. l. 1. vel hoc ius antiquum illud nouũ. Andr. ideò autem fecit mentionem de traditione, nam licèt regulariter donatio dicatur perfecta, vel olim stipulatione, vel etiam traditione, hodie etiam nudo pacto, vt inst. de donat. §. & aliæ, tamẽ hic exigo, ꝙ peruentum fuit ad traditionem, quia si priusquã donator, qui mihi ante donauerat, rem tradidisset cum Fisco contraxisset, esset potior Fiscus me donatario, cum post donationem ante traditionem res remansisset in dominio donatoris, vt inst. de rer. diu. §. venditæ, & supra de rei vend. l. quoties, & ideò cõtrahendo cum fisco, caderet mihi res donata non tradita in obligationem tacitam, & sic potior esset fiscus; sicut & creditor hypothecariam habens, est potior chyrografario creditore, vt supra qui pot. in pign. l. eos. Ter-
2 tio † modo planius intelligitur, quòd procurator fisci agebat contra hæredes donatoris ad interesse actioni in factum, quasi alienasset in fraudem fisci, de quo dic, vt ff. quæ in fraud. cred. l. fin. in fi. & l. 1. §. 1. & respondetur ꝙ non potest agere contra eos, quia nil fuit
3 alienatum in fraudem fisci. Nota † quòd licet regulariter dicatur perfecta donatio olim interuentu stipulationis, hodie nudo pacto, vt supra de donat. l. si quis argentum, hic tamen dicitur perfecta,
4 cum traditio interuenit, vt supra dixi. Item nota, † ꝙ non semper vtitur iure spetiali, nec semper priuilegiatus est, sed aliquando vti-
5 tur iure communi, vt hic. Secundo nota, † quòd obligatio tacita, quam fiscus habet in bonis debitoris, non trahitur ad alienata antequam fiscus contraheret, cum nulla legis prouisio trahatur retro. supra de priuil fis. l. debitor, infrà de decurion. l. penult. Tertio
6 nota, † quòd non uidetur aliquis fraudare, qui non debitor est, cum
7 nemini imputetur si non diuinauit. Quarto nota, † quòd legitimè factum ex superueniente causa, non retractatur, vt supra de ingen. man. l. 3. & de donat. ante nupt. l. de rebus, cum multis similibus hic, & ibi notatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tabulariorum, qui & Numerarij, quod erat officium.*
2 *Sententiam latam ab incompetenti quasi delegato, cum non esset, posse confirmari ab eo qui potuit delegare, non est verum.*
3 *Iurisdictione in aliquo deficiente, non valet ab altero ratihabitio eorum, quæ ille egit, secus vbi deficit tantum consensus. 4.*
5 *Ius faciendi non habens si quid facit, pro non facto habetur.*

1 L. Instar. Instar. † habet hic fiscus ius commune. Tabularij qui olim numerarij appellabãtur, vt infra de num. & actuar. l. 2. lib. xij. qui mittebantur cum susceptoribus destinatis exactionibus debitorum fiscaliũ, vt infra de susceptor. l. duos lib. x. qui tabularij solummodo debebant dictis susceptoribus ingerere, & denunciare modum, & quantitatem debitorum, non autem poterant recipere à debitoribus rationem, vbi dicta ratio facta infra de numerar. l. 2. si receperunt rationem; illa compositio, & redditio rationis nulla fuit, tanquam facta ab incompetenti, nisi fuerit confirmata a competenti Procuratore Cæsaris, ex integro compu-
2 tante, & exigente rationem. † Et sic colligunt hic quidam argumentum, quòd sententia lata ab incompetenti, qui tulit sentẽtiam quasi delegatus, cum non esset, potest confirmari ab eo, qui potuit
3 delegare; † sed contrarium est verum, vt not. in glo. ordi. vbi est in iurisdictione defectus, nihil operatur rati habitio, vt not. supra, vbi de crimin. agi oport l. 1. & qui pro sua iurisd. iud. dar. l. 1. & extra de
4 de re iud. c. 1. Secus † vbi est carentia, consensus tantum, puta quia egit filius procurator, quia tunc rati habitio valet, vt. ff. de iudit. l. licet. Et hæc est ratio diuersitatis, quia in primo casu si valeret ratihabitio, derogaretur iuri publico, quia iurisdictio de publico est in-introducta; In secundo autem derogaretur iuri priuato. Duo alia argumenta dic vt in glo. non omisso, quòd plus valet iudex quàm
5 tabellio, vt infra de Apoc. publ. l. 2. Vltimò nota † quòd fit ab eo, qui ius faciendi non habet, pro non facto habetur, vt dixi infra de agr. & cens. l. immunitates pen.

SVMMARIVM.

1 *Venditioni per legem non validę, qui vendidit potest contrauenire.*
2 *Solennitatum iurium nihil omittendum: alioquin actus vitiatur extrinsecus.*
3 *Solennitas talis extrinsecus adueniens non præsumitur, nisi probetur: secus in alia solennitate extrinseca. 4.*

L.Si minori. Prædium meum propter annuam præstationem erat fisco tacitè obligatum, vel ob aliquod delictum, si me cessante in solutione, Procurator fisci vendidit minori precio gratia, vel fraude, legis non seruata solemnitate, de qua habes infra de fid.instru.& iur.hast.fiscal.l.1. Idem procurator fisci mihi restituenti debitam quantitatem, propter quam facta fuit venditio, restituta vēditione, faciet mihi restitui prædictum prædium. Et sic nota ꝙ vbi non valet venditio, quia cōtra legem,
1 ipse idem,† qui vendidit, poterit cōtrauenire, de hoc dicetur infra
2 de agr.& cens.l.quemadmodum.† Item nota, ꝙ nihil est omittendum de solēnitatibus iurium.ff.de cens.l. diuus, & si aliquid omittatur, vitiatur extrinsecus, vt.ff. de transact.l. cum hi. §. cum procu-
3 rator,& not.supra si propt.publ.pensitat.l.1. Item nota,† quòd talis solemnitas, quæ desideratur extrinsecus, de qua loquitur tit. de fid.instrum.& iur.hast.fisc non præsumitur, nisi probetur, & sic lo-
4 quitur illud generale;† Qui solemnitatem dicit, debet probare, vt ff.de publ.l.si quæcunque, secus in alia solemnitate extrinseca, vt præcessisse interrogationem, quia ibi præsumitur in dubio omnia esse solemniter acta, vt inst.de fideiuss.§.fi.de verb.oblig.l. sciendū; de hoc dicetur infra de fid.instru.& iur.hast.fiscal.l.1.& 2. solemnitas autem verborum sublata est, vt supra, qui adm.ad bon. poss.l. vt verborum. Vltimò tamen quære, cui debeat debitor restituere debitum emptori, vel fisco, contra quem debeat agere. Et quis cognoscit, procurator fisci, vel præses; dic plenè,& distingue, vt in gl. ordi.& eadē distinctio not.supra si vend. pig. agat.l.1.An. Et fiscus habet ius cōe in hac lege, quando dolus dedit causam contractui, sed in dolo incidenti, habet ius speciale, vt patet ex superioribus.

SVMMARIVM.

1 *Metroici qui dicebantur: quare sua bona, vel ipsi vendere tenebantur: vel fisco ascribebantur.* 2.
3 *Banniti an suis consanguineis possint succedere.*
4 *Imperatores quare hominum transmigrationem fieri iubebant.*
5 *Permissum id esse intelligitur, quod non prohibetur.*
6 *Quæsitis plus fauoris debetur, quam acquirendis. idque tam circa damna vitanda, quam circa lucra capienda.*
7 *Pœna omnium bonorum alicui imponi propter contumaciam potest.*
8 *Inuestitura, vel feudo quis aliquam terram tenens, si ab eo loco recedat, illa terra ad dominum redit.*
9 *Clericus beneficium perdit, qui in sua ecclesia residentiam non facit.*

L.Certa.

L. Certa. Certa. Metroici, qui de mandato Principis de vna ciuitate transferuntur ad aliam, de qua trãslatio-
1 ne loquitur supra de lat. libert. tollen. in prin. & dicuntur † Metroici qui propria territoria, quæ habebant in ciuitate sua, dimittebant, & tantum terræ ad mensuram dabatur eis in ciuitate, ad quã trans-
2 feruntur. † Isti Metroici infrà tempus certum eis iniunctum ad translationem, possunt vendere omnia bona sua, quæ si non vendant, ne hac occasione translatio impediatur in pœnam contumaciæ, omnia bona, quæ habebant in ciuitate, confiscabantur. Quia autem hi Metroici non prohibentur aliqua lege succedere paren-
3 tibus suis, vbicunque sunt, ergo poterunt succedere. † Sed quid dices in bannitis, nunquid succedent suis consanguineis? dic, aut æquiparantur deportatis, aut relegatis? si deportatis, dic quòd sic, quia non perdunt omnia ciuilia, & adire hæreditatem, est de iure ciuili, vt ff. de pœn. quidam, & quando deportato, vel relegato æquiparentur, not. Inst. quib. mod. ius patr. pot. solu. §. relegati A. Cer-
4 ta Metroici. † Imperator propter penuriam hominum accipiebat bonos, vel vtiles homines vnius ciuitatis, & ponebat in alia, in qua non erant. Vel quando depellabat aliquam Prouinciam, homines alicuius ciuitatis mittebat ad morandum in alia ciuitate, vt de ciuitate illa, de qua extrahebat, magis esset securus, ne aliqua fieret proditio, translati sunt. Ad hoc vt perpetuò morentur, nec indè se audeant separare, donec causam morandi alibi, vel domicilium transferendi habeant licentiam Principis, vt l. sicut. Et nota quòd facit hic talem similitudinem, sicut hic statutum est, scilicet, quòd translati bona, quæ habebant, perdant; ita non est statutum, vt de nouo acquirere prohibeantur, & ratio dubitationis in hac l. fuit, quia videbatur, quòd isti tanquam non capaces nihil possent
5 acquirere. † Et sic nota hic quod non probibetur, permittitur, vt ff. de test ib. l. 1. & ex quib. cau. maior. l. Immo. §. 2. Item nota quòd perdit prima præterita, & acquirit noua, sic alias. ff. mand. si man-
6 dauero. §. his, † contra regulam generalem, quia plus debetur fauoris circa quæsita, quàm acquirenda. ff. de act. public. l. fi. & tam circa damna vitanda, quàm circa lucra captanda, vt supra de iur. deliber. l. fin. §. licentia, sed licet, vt dixi; ne impediatur translatio, & in
7 pœnam contumacis. Et sic † collige not. argum. quòd potest alicui imponi pœna omnium bonorum propter contumaciam; ad idem facit infra de decur. l. si ad magistratum, & l. quidam ignauiæ,
8 & l. quamuis. Item † collige argumentum, quòd si teneas terram aliquam à me per inuestituram, vel alias ob honorem, aliquod feudum, & recedas ab eo loco, in quo est feudum, seu terra, quòd illa terra redit ad dominum argum. supra de episc. & cler. l. genera-

 liter.

9 liter. Item † ꝙ perdit beneficium clericus, qui non facit residentiã in ecclesia, arg. d. l. & infra de veter. l. pen. Item nota, ꝙ non est addenda afflictis afflictio. ff. de off. præs. l. diuus, & dic, vt ibi.

S V M M A R I V M.

1 *Fisco bona delata non potest officialis sine literis principis capere. eique capienti propria auctoritate potest is, cuius interest, resistere.* 2.
3 *Agere volens iure cesso non auditur, nisi prius ostenso instrumento cessionis.*
4 *Malitiis hominum obuiandum, maximeque apparitorum.*
5 *Officiali facienti contra ius resistere aliquis priuatus potest.*
6 *Defensio facti, ac iuris competit, & datur.*

L. Prohibitum. Prohibitum, multę sunt causę, propter quas bona alicuius deferuntur in fiscū, quæ not. ff. eo. l. 1. dic si bona mea ab aliquo deferantur in fiscum,
1 dicitur hic in princ. † ꝙ non licet alicui officiali capere illa bona sine literis Principis. Secundo dicitur ibi; vt omni &c. ꝙ si officia-
2 lis velit bona capere propria auctoritate sine literis Principis, † potest sibi dominus, vel procurator bonorum, cuius interest resistere, vt sic malitijs hominum occurratur. Tertio dicitur ibi; tunc enim, ꝙ si officialis habeat literas Principis, ꝙ non potest sibi resisti ab eo, cuius interest, quia videtur licitè facere officialis, non proprio arbitrio, sed iustitiæ vigore, idest Principis, si officialis mihi ostendat literas eius, dic concor. supra de episc. & cler. si qua per calumniam, & de mand. princ. & extra de cler. peregr. per totum, & de off.
3 deleg. cùm in iure. Et est arg. † ꝙ volens agere ex iure cesso non aliter audiatur, nisi primo ostendat instrumentum cessionis. Secundo nota, ꝙ hic est casus, in quo est necessaria scriptura regulariter: contrà quod dic vt supra si min. se maior. dix. l. 3. Tertio nota aliquid esse, quod sine auctoritate superioris fieri non licet, dic con-
4 cor. vt in glo. ordin. In secundo dicto nota † ꝙ obuiandum est malitijs hominum, vt ff. de rei vēd. in fundo, & maximè apparitorum, quorum est iniqua conditio, vt supra de pęn. l. ne diu. Item nota
5 † ꝙ potest aliquis priuatus resistere officiali si aliquid faciat contra ius, ut supra de appella. l. quoniam, & plenius dic, ut ibi no. in gl. fi. non pertimescat pœnam &c. ut infra de methat. l. deuotum. Vltimò in tertio dicto, nota ꝙ Imperator est vigor iustitiæ. concor. in auth. de consulib. in fi. collat. 4. vbi dicitur: lex animata. Et iura dicuntur ab eo oriri ut supra, unde ui. l. meminerint, & in pectore suo esse, ut supra de testib. l. omnium. Et pater est legum ut in auth. de inc. nupt. §. 2. & ideo dicit; nouimus enim ipsi nostras leges, in

Auth.

6 Auth. de fideiuss. in prin. in tota l. Et nota † ꝙ competit defensio facti, ut hic, item, & iuris, ut in l. facultas.

SVMMARIVM.

1 *Debitum exigi non potest, cum præscriptione actio est extincta.*

L. Iustas. Iustas. habet hic fiscus ius commune, & nota contra illos, qui dicunt speciale in fisco. Si procurator fisci agit contra debitorem fiscalem ante diē, perdit actionē, quam non suo tempore proposuit, idem in priuato. hodie verò non habet locum lex ista, quia geminantur induciæ, ut inst. de except. §. temporales. vel potest secundò intelligi, quòd fiscus, vel priuatus agebat præscriptione exclusus, & sic nota, ꝙ idem ius est in fisco, & in priuato, ut ff. de pet. hæred. l. Item ueniunt. §. ait senatus. † Item
1 debitum exigere non potest, cum præscriptione, actio est extincta, quia debitor similis est soluenti. ff. de contratab. si pupillus. Item nota quòd olim qui ante tempus petebat, cadebat ab actione. Item nota grauari maiorem, ut terreatûr minor, iuxta illud, à boue maiore discat arare minor.

SVMMARIVM.

1 *Defensio legitima deneganda nemini non tantum de iure, sed etiam de facto.*
2 *Nec calumniandi via diutius patere fitenda est.*
3 *Bona alicuius capienda non sunt pro maleficio, quandiu apparet defensor.*
4 *Fisco fraudem qui facit in acquisitis grauius punitur, quam in acquirendis.*

L. Facultas. Facultas, aliàs incipit lex ista, defensionis. in l. ista primo dicitur; si aliquis patitur cōtrouersiam à fisco, non est deneganda legitima defensio, & pendente cognitione, non debent bona sua inscribi, uel confiscari. Secundo dicitur ꝙ quæstione finita, postquam constiterit bona esse fiscalia, poterit procurator fisci inscribere, & persequi illa bona, & inquirere per tormenta seruorum, an fuerint illa bona diminuta, & si inuenerit aliquod ablatum, condemnabit fraudatorem in duplū. Tertiò dicitur, ꝙ hanc pœnam patiuntur etiam officiales, qui de præfatis bonis subtrahunt, qui multo fortius, quā alij consueuerunt delicta
1 committere. Nota prin. h l. † ꝙ nemini est denegāda legitima defensio contra fiscum, ut infra de bon. vac. l. fi. ibi, data copia reclamandi, multo fortius contra priuatum, nec enim publicè prodest singulis legum adminicula denegari, ut supra de sent. præf. prætor.

A 4 l. un:

l.un. Et etiam excommunicato datur defensio, vt extra. de except. c.cum inter. Datur ergo alicui non tantum defensio de iure, vt hic
2 sed etiam de facto, vt supra eo. prohibitum. † Sed sicut læsis defensio denegari non debet, ita nec calumniandi viam diutius patimur esse patefactam, vt infra de præp. sacr. cub. l. pen. vbi habetur. Secũdò nota,
3 † ꝙ non sunt pro maleficio bona capienda alicuius, quandiu apparet defensor, ad hoc accedit supra de pact. l. pacto in fin. secus si procurator est cõtumax, quia tũc dic, vt ibi notatur. In secundo dicto, nota ꝙ grauius punitur, qui facit fraudem fisco in acquisitis,
4 quàm qui in acquirendis, quod dic, vt in glo. Tertiò nota, † ꝙ punitur consuetudo in delictis, vel punitur consuetudo fraudum, quod dic vt supra de episc. aud. l. 3. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis præceptum qui exequitur quando non potest iniuriarum accusari.*
2 *Bona contentiosa an possint lite pendente exscribi.*

Facultas. In prin habet fiscus Ius cõmune, in fine ius singulare. Contra istam legem oppono de l. si infra de bon. vacãt. vbi in continenti bona incorporãtur, sed ibi nullus mouet controuersiam. Item oppono infra eo. l. prox. vbi agitur ad quadruplũ fol. 161. Item opp. in auth. vt nulli iud. §. fi. coll. 9. vbi dicitur, ꝙ bona delinquentis non confiscantur sol. illud ius nouum, & de hoc dic vt ibi. Item vt semper iudicibus vel officialibus obtemperandum, nam non potest dolo carere &c. ff. de reg. iur. l. nõ potest.
1 Item ius facit, & si inique decernat, vt ff. de iust. & iur. l. pen. † Item exequutor præcepti iudicis non potest accusari iniuriarũ, quia sem per licitum videtur, ꝙ præcipit ff. de iniur. l. iniuriarum. §. 2. & 3. sed contra. ff. de reg. iur. factum. sol aut præcipit. quod pertinet ad eius officium, & sic loquuntur leges pro prima parte allegatę, aut quod non pertinet ad eius officium, & ei non est parendum, & si fiat, nõ
2 est ratum. † Vltimò ex prin. h. l. collige arg. ad quæstionẽ de facto. Ago contra te petitione hæreditatis, in qua veniunt quæ possides tempore sententiæ, siue tempore litis, vt ff. de pet. hæred. l. si hæreditatem; peto ergo lite pendente, vt describantur ea, quæ nunc possides, quæro an sim audiendus, & certè videtur ꝙ non, nè aliquid fiat in præiudicium centum viralis iudicij, vt ff. de pet. hæred. si quis libertatem, & quia alia via ordinaria est mihi prospectũ, quia prohibita est alienatio rerum hæreditariarum lite pendente, vt l. diuus. eo. tit. Secundo, quia per tormenta seruorum poterit sciri veritas bonorum, vt suprà dixi, ergo non debet recurrere ad hoc extraordinarium.

dinarium remedium. quid plura? lege ista in prin. videtur expressum, ꝙ non fiat descriptio. Econtra, ꝙ sic, quia hoc peto gratia minuendarum litium, & gratia exonerandæ probationis, ergo sum audiendus, vt infra de agr. & cens. l. litibus. Item quo iure resistis, ne fiat ista descriptio, cum mihi multum possit prodesse, quia exonerabor ab onere probationis, nec poterit obesse tibi, quia nō immutat aliquod ius, cum non habeat effectū ista descriptio, nisi in euentum victoriæ, arg. ff. ad l. aquil. l. in lege, si tua non interest, ergo malitiosè facis, volens, vt fiat longiori, quod citius fieri potest, ergo nō debes audiri, vt ff. de seruit. l. si cui. Tertiò ꝙ hæc descriptio debeat fieri, quia hoc mihi prodest, & tibi non obest, probatur per leges, quæ dirimunt quæstionem. ff. de aq. plu. arcēd. l. 2. §. item rarus, & de oper. nou. nunciat. l. non solum. §. 1. & h. l. non obstat, quia loquitur de alia descriptione, & quia volebat confiscare, & facit supra de bo. damnat. l. si quis intra.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum alicui facta in fisci fraudem non valet, & punibilis est.*
2 *Contractus vere is dicitur, qui vltro citroque est obligatorius.*
3 *Interuersores qui dicantur, & quid interuertere.*

L. qui in contractibus. Qui accipiunt pecuniā fisci mutuā in fraudem fisci, vel aliū pernitiosum cōtractum fisco faciūt, puniuntur in quadruplū eius, quod fiscum fraudare voluerunt in acquisitis, in acquirendis autem puniuntur vt supra l. prox. & infra de his, qui ex publ. ratioc.
1 l. 2. † Et colligo arg. ex hac optima lege contra illos, qui faciūt fieri cessionem in se ab aliquo malefactore in præiudicium fisci, quia puniendi sunt vt supra l. prox. nil valente illa cessione simulata supra plus val. ꝙ agit. per totum arg. contra. ff. eod. cum quidam. Item contra illos Bon. qui fictitie celebrabant venditiones suorum im-
2 mobilium, vt exonerarentur à collectis. Item † contractus dicitur propriè quando vltrò, citroque &c. ff. de verb. sign. labeo, aliquando impropriè, quando unus tantum est obligatus. ff. mand. potest,
3 & de act. empti, Iulianus. §. si quis. † Interuersorum, idest eorū, qui interuertunt, & fraudant bona ad usum publicum deputata, & cōuertunt ad alium usum, idest proprium, uel alienum. Similis fit expositio in interuertente, idest ad suam propriam utilitatē uertente, ut dicitur de commodatario, & colono, nam si rem, quam possidebat pro domino, uelit sibi possidere, dicitur possessionem domini interuertere, idest eam, quæ erat domini in se uertere, & sibi uelle habere

le habere.ff.de acquir.poss.l.si quis rem.In tex.ibi teneatur, scilicet conditione ex.l.1.infra de his,qui ex publ. ratioc. vel actione in factum,de præscript.uerb.quoties.

SVMMARIVM.

1 *Susceptores qui dicantur in legibus.*
2 *Irenareus,& irenarea qui dicebantur.*
3 *Optiones qui dicti fuerint.*
4 *Consuetudo antiqua seruanda in electione officialium.*
5 *Honor adipiscendus est labore honesto,non ambitione.*

1 Super creandis. Susceptores dicuntur receptores, seu collectores auri,& argenti,ut hic.& infra eo.l.2 & aliarum specierum deuoluendarum in fiscum,ut infra de susceptor. l. pe. & nominantur ad hoc munus à procuratoribus rei dominicæ cum periculo ipsorum procuratorũ, ut hic, & in eo. tit.l.2.nominatiq; susceptores in publico cętu confirmantur, postmodum nomina ipsorum nominatorum, & nominantiũ ad prouinciæ præsidem mittuntur,ut ita sciant prouinciales, qui sunt electi,& eligentes,& sic quorum est periculum, ut eod. tit.l. exactores mandat ergo Imperator istam formam diu obtentam circa eligẽdos susceptores obseruandam,sublata omni ambitione, ac vult ut dictis susceptoribus, & familiæ suæ dentur sumptus in pabulis, & alijs necessarij secundum antiquam consuetudinem. Secundo dicitur,ꝙ circa eligendos irenareos,& optiones seruanda est antiqua
2 consuetudo,licet de iure aliter fieri debeat. Irenareus in masculino,seu irenarea in fœminino,dic quasi arcens iram, uel quasi monarchiam habens, idest potestatem super homines, & dic irenarcha,idest super electione irenarchæ. sunt autem irenarchæ ut dici-
3 tur infra de irenarch.in fi. lib.10. Optiones sunt alij officiales, siue quoddam genus exactorum publici debiti, de quibus dicitur infra.
4 de apoc.publ.l. quicunque, & dicitur hic in glo. Nota in lege ista, ꝙ seruanda est in electione officialium, etiam si ius cõmune dicat in contrarium,antiqua consuetudo,ut ff.de aq.plu.arc.l. prius.ff.de ædil.edict.quod si nolit.§.qui assidua cum simil. tolerabilia namq; sunt quæ uetus consuetudo firmauit,ut ff.de pollicit. l. Imperator.
5 Secundo nota quòd non debet aliquis eligi ad honorem per ambitionem supra de an. excep. si quemquam de ambitu per totum, & infra de decur. l. omnis, quia ad honoris augmentum nõ ambitione, sed labore unumquemque conuenit peruenire, ut infra de re milit.l.contra publicam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bona alicui non ſunt propter crimen auferenda,niſi prius de crimine conſtet.*

Eorum patrimonia. Eorum. Titius commiſit aliquod crimen, propter quod ſi fuiſſet conuictus,& damnatus, debebat perdere bona, ſi moriatur antequam fuerit condemnatus extincto crimine morte, bona nõ ſunt auferenda, fallit in criminibus exceptis, quod dic,ut in gloſſ. Item pone alijs duobus modis caſum,qui ponuntur in gloſſ. iſtam tamen, quam poſui puto ueriorem, aliæ diuinationes uidentur.
1 Nota non eſſe auferenda bona alicui propter crimen priuſquam conſtet de crimine,ut dixi ſupra eo.facultas.

De conuen. fiſci debitoribus.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcus modo habet ius commune in conueniendo ſuos debitores,modo deterius, modo pinguius.*

1 Super hac rubrica. Nota ꝙ fiſcus aliquãdo habet ius cõmune in conueniendo ſuos debitores cum alijs priuatis,ut infra eo.quoniam,& l.hi,& l.fi.aliquãdo ius deterius,quã cæteri priuati infra eo.l.1. aliquando pinguius, ut infra eo.l.ult.illa lex intelligitur, neque ſolutum eſt, & id quod ad fiſci rationem peruenerat, iterum ſolui debet, ſi ſubſcriptionis tabularij ſolemnitas ſeruata non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus huius legis tripliciter admittitur.*
2 *Actio perſonalis ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*
3 *Promittere pro ſe ipſo aliquis poteſt: non autem fideiuſſor.*

1 Non iniuſta. Quatuor modis intelligitur lex iſta. Primo ſi pro aliquo adminiſtratore reipublicæ ego promiſi indemnitatem,quòd qui reliqua contraxit, nõ autem ego conueniar,niſi prius excuſſo principali, ſiue poſſideam bona, ſiue non:hoc dicit. Et ſecundum iſtum caſum, nota quòd licet, aliud

eſſet

esset olim in aliorum fideiussoribus, qui fisco promiserunt indemnitatem, quia in alijs erat electio creditorum conuenire creditorē, vel fideiussorem in fideiussoribus fisci, non vt supra de fideiussor. l. non rectè, & hic, est tamen hodie ius commune in Auth. de fideiussor. §. 1. Secundò pone casum, ꝙ ipse idem administrator promisit indemnitatem reipublicæ, & reliqua contraxit, & sic omnia bona sua fuerunt fisco tacitè obligata, alienauit mihi res aliquas, dicitur hic, ꝙ non ante ego conuenior pro illis bonis, fisco tacitè obligatis, quæ ego possideo, nisi prius principali excusso, & hoc dicit. concordat. ff. eo. l. moschis, aliud erat olim in expressa hipotheca: hodie est ius commune in qualibet hipotheca, vt supra de pign. l. persequutione, & auth. quòd si debitor. Tertiò pone casum, ꝙ ille administrator debitor fisci effectus, vendidit aliqua prædia sua, & precium non solui, Procurator fisci agit contra me debitorem debitoris fiscalis, & petit precium à me condictione ex l. 1. supra quando fisc. vel priuat. non aliter hoc poterit, nisi principali debitore non existente soluendo, & hoc dicitur aliud in priuato, quia tunc duo essent necessaria, & quòd debitor pluris esset condemnatus, & quòd non esset soluendo, ut in præall. tit. & ff. de re iudic. l. à diuo pio. §. si quoque. Quarto, & vltimò intelligitur secundum terminos tertij casus, quòd fiscus, seu procurator fisci petijt à me precium vtili actione prima, quam habebat directam contra principalem reipublicæ debitorem, non ante aget contra me illa vtili, nisi prius excusso principali per directam. Et secundum hunc vltimum casum nota, quòd personalis actio sequitur singularem successorem, & fundum contra regulam, quam habes. ff. ad trebell. l. 1.
3 §. hæres. Item in secundo casu aliud collige notabile ex lege ista, quòd potest aliquis permittere pro se ipso vt hic & in l. prox. secus in fideiussore, quod ex eo patet, quia non cōcurrit principalis cum accessoria. ff. de fideiussor. generaliter, & optimè colligitur hæc differentia. ff. ad Velleia. tutor, in prin. cum simil. ibi not. Et sic secundum ista iura duplex erat differentia inter fideiussorē, & promissorem indemnitatis, vt patet ex his, quæ dixi in secundo casu.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum non valet, nisi sit à tabellione subscriptum.*
2 *Plura vbi sunt necessaria, si aliquid desit, non valet actum.*
3 *Procuratori fisci qui soluit habens cautelam solemnem subscripta manu publica, omnino securus est.*

L. Fisco.

L. Fiſco. Debebam tributum Fiſco, quia poſſidebam fundum tributarium, & ſolui tributũ exactori, & recepta apocha, non ſubſcripta manu Tabellionis, exactor ille cõuertit pecuniam, quã à me accepit, in ſuam vtilitatem, & ſic non peruenit ad fiſcum; dicitur hic quòd adhuc potero conueniri, prius ta-
1 men excuſſo illo exactore. Nota hic † ꝙ ſi Tabellio non ſubſcribat inſtrumentum, non valet vt hic, & infra de apoc. publ. l. 2. & ibi dicam. Secus autem ſi teſtes non ſubſcribant, quia ſufficit præſentiam interueniſſe in confectione inſtrumenti, vel cõtractus, & hoc deponunt, quando inſtrumentum reuocatur in dubium, & hoc in priuato, ſed in publico debent ſubſcribere, & non eſt neceſſe, quòd deponant, vt ſupra eo. & in auth. de fid. inſtrum. §. ſed & ſi quis, arg. contra ſupra de fid. inſtrum. comparationes. ſol. vt ibi aliud in teſtamentis, in quibus debent teſtes & ſignare, & ſubſcribere, vt. ff. de
2 teſtam. l. ad teſtium. §. pen. † Item nota, ꝙ vbi plura ſunt neceſſaria, ſi aliquod deſit, non valet, qđ agitur, vt. ff. de tranſact. cum hi. §. cum prætor, cum ſimil. Tertio not. ꝙ nihil eſt omittendum de ſolem-
3 nitatibus, vt dixi ſupra tit. 1. ſi minori. † Item collige hic arg. quòd vbi qui ſoluit procuratori fiſci, habeat inde cautelam ſolemnem, ſubſcriptam manu publica, in qua ille procurator fiſci confitetur ſe recepiſſe illud debitum, quòd nullo modo poterit a modo conueniri, nec etiam in ſubſidium, ſed ſtatim illa confeſſione emiſſa, debitor eſt ſecurus, ſupra de non nume. pecun. in contractibus. §. 2. & ſupra de quadr. præſcrip. l. 2. in fi. & colligitur hic a contrario ſenſu, & ſic deterioris conditionis erit fiſcus, quàm priuatus creditor, qui infra 30. dies poteſt opponere exceptionem non ſolutæ pecuniæ, vt in præall. l. in contractibus. Dubium in h. l. ſi male gerat officialis, nunquid collegæ tenentur ex mala ſocij adminiſtratione, & ſi tenentur, quis primo conueniri debet, vtrum nominator, an collega, an fideiuſſor. Et nota quòd primo ſuæ reſponſionis rationes præmittit: poſtea ſubiungit reſponſionẽ. tertiò dicit inde proceſſurum ſecundum ſuam reſponſionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuris ordo ſeruandus: qui contra eum petit, non audiendus.*
2 *Iuris ordo duplex, generalis, & arbitrarius.*

Quoniam Augerio. Augerius, & filius, & quidam alij fuerunt electi exactores reliquorum, qui qualiter eligantur, dixi ſupra tit. 1. l. pen. Augerio, & filio mandata fuit adminiſtranda exactio certorum nominum, de quibus

quibus nominibus non habuerunt se intromittere alij collegæ sui, quæritur quorum erit nominum illorum periculum, & respondetur quòd talis ordo erit seruandus circa conueniendos prædictos exactores, vt primò excutiantur Augerius, & filius, quibus fuit spetialiter illud onus iniunctum, in defectum ipsorum conuenietur nominator, & vltimò peruenitur ad collegas, & intelligas quòd isti collegæ conuenientur in illis casibus, in quibus conueniretur tutor, facta diuisione a iudice, si quando non remouerũt suspectum, vel tardè remouerunt, vel iuri fisci prodiderunt. Alij intelligunt, ꝙ fuit facta diuisio a se ipsis, quod dic, vt in glo. & pro ista opinione optimè facit. ff. de admin. tutor. Lucius. §. 1. vbi apertè hoc dicitur.

1 † Nota ex h. l. de iuris ordine seruando: ibi Rationalis iuris ordinem sequetur &c. ad quod facit in Auth. de hæred. & falc. §. inordinatũ, & dicemus infra qual. ciu. mãd. in d. l. fi. & supra de his, qui ad eccles. confug. l. præsenti, & si aliquis petit aliquid contra iuris ordinem non debet audiri supra de iurisd. omn. iud. l. iuris ordinem. Et nota

2 † ꝙ duplex est ordo iuris, generalis, quo prætermisso vitiatur quod agitur supra de sentẽt. & interloq. l. prolatam. specialis, quo omisso, non vitiatur, vt quia primo de proprietate pronunciauit, & postea de possessione, cum debuisset fieri contrarium. ff. de iudic. l. si de vi. vel primo pronunciauit de possessione, postea super violẽtia, cum deberet fieri ècõtra, quia spoliatus ante omnia debet restitui supra de suffrag. l. 1. tunc tenet quod facit, sed potest appellari, vt supra de appellat. l. 1. Arbitrarius est enim offendere specialem ordinem, q̃ communem. Et sic pone in l. ista, ꝙ iste ordo iuris sit specialis, ꝙ primo conueniatur &c. quo omisso, valet sententia, sed posset appellari, & de hoc dic, vt not. 2. q. in summa. A. Circa materiam huius legis, & circa ordinem conueniendi gerentes, & non gerentes, vel nominatores adnecte distinctioni communi, vt in glo. ord. hic not. & idem not ff. ad municip. l. imperator, & supra de transact. l. 1. & inst. de satisd. tutor. §. sciendum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio frustratoria de iure nil efficit processui.*
2 *Cessio non fit inuito creditore: & quando fallit.*
3 *Debitor in iure actionibus legitimis interpellandus: non conuitijs aut propria auctoritate.*

Hi qui. Ego fisci administrator vendidi rem fiscalem, & precium nondum accepi, conuentus à procuratore fisci ad precium rei venditæ soluendum, volo cedere actionẽ fisco contra illum

tra illum emptorem,non sum audiendus, immo debeo soluere fisco de meo, & ab illo emptore actione exempto cõsequi illud precium in iudicio,& non propria auctoritate. Vel pone planius, scilicet, ꝙ debitor fisci, qualibet causa a fisco conuentus, cedit actionem contra debitorem suum, non est audiendus fisco inuito, sed debet de suo soluere fisco, & secundum formam iuris agere cõtra
1 suum debitorem. Nota † quòd exceptio, quæ non habet iuris effectũ, seu quæ est frustratoria de iure, non impedit, nec differt pro-
2 cessum, imò, ea reiecta, proceditur in causa, vt hic in prin. A. † Et secundum utrunque nota duo,& collige in l. 1. ꝙ non fit cessio inuito credirore,ut habetur hic & supra si cert.pet.l. si aduersus. nã inuito creditore aliud pro alio non soluitur,ut supra de solutio. l. eis, qui,quod est uerum quando aliquis conuenitur ex suo contractu, secus si teneretur,qui habet actionem, quia tũc cessio actionis pro iusta præstatione habetur, ut ff. de pecul. quod debetur, dic ut ibi. Sed licet non fiat cessio inuito creditore,fit tamen inuito debitore
3 ut supra de nouat. l. 1. Secundo † ꝙ quilibet debet suum debitorẽ interpellare in iure,& legibus,& iudicijs, idest actionibus experiri, non conuitijs,non propria auctoritate,ut in l.extat, & in alijs concor.ut in gloss. & facit optimè in quib.ad cond.præd.fisc.acced.l.1. lib.xj.Item nota,ꝙ lex ista continet ius commune.

SVMMARIVM.

1 *Debitores sibi facere non licet cuiquam ex sua adnotatione.*
2 *Instrumentum testium subscriptione carenti non credendum.*
3 *De similibus ad similia processus est rationabilis.*

Inter. Ob aliquod delictum bona Titij fuerũt publicata inter alias cartas Titij, inuẽta est quædam carta, scripta manu Titij, non subscripta aliquibus testibus, in qua ipse significabat aliquos suos esse debitores, ex ista scriptura non erunt compellendi illi debitores ad soluendum fisco, si debitum aliàs non probatur,
1 item ècontra in alijs causis, ut hic dicitur. Nota † quòd iniquum est, ut sua quisque adnotatione sibi faciat debitores, ut hic, & per-
2 niciosum, ut supra de probatio. exemplo. Item † quòd non creditur instrumẽto, quod testium non habet subscriptionem, ut dixi su
3 pra eo. l. 1. † Item nota procedendum de similibus ad similia, ut hic & supra de inoff. dotib. l. vna.

De fide instrum. & iure hastæ fiscalis, & de adiectionibus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio est iudici facienda.*
2 *Actus, in quo plura sunt necessaria, non valet aliquo omisso.*
3 *Solemnitatem actui defuisse qui dicit, an teneatur probare.*
4 *Venditioni, quam facit fiscus, quæ sunt necessaria, remissiue.*

Quod in libellum. Fui fisco condemnatus in centũ, prædium meum in causa iudicati captum, & distractum a fisci procuratore non obseruata solemnitate, & ordine, dicit Imperator quòd debeo adire procuratorem fisci, & soluere centum: quæ debeo, in quibus fui cõdemnatus, per quæ facta fuit illa venditio, omissa consueta solemnitate, & sic recu perabo ab illo emptore rem meam cũ fructibus perceptis, & per-
1 cipiendis. Nota † ꝙ probatio est facienda iudici vt supra de cond. ob turp. cau. l. 1. cum sim. Secundò nota quòd nil est omittẽdum', & omissio solemnitatis uitiat rem, de qua agitur supra de senten. l. pro latam, & ff. de transact. l. cum hi. §. ait prætor. interdum tamen non seruatur solemnitas, vt C. de form. & ff. de leg. 2. codicilli, in fi. secunda argumenta obtinent in solemnitate verborum, de quibus non est curandum vt supra de constitu. pecu. l. 2. & de leg. 1. l. omne
2 verbum. † Tertiò nota quòd vbi plura sunt necessaria, aliquo omisso, non ualet quod agitur, ut hic, dixi supra de iur. fis. l. si minori.
3 † Quartò nota solemnitatem præsumi, vt ff. de probat. quæcunque in fin. ita qui dicit solemnitatem defuisse, debet probare defectum, vt hic, & in l. proxi. quod non placet, vt hic not. & dic quòd probat eo ipso, quòd alius contrarium non probat. distingue inter intrinsecam, & extrinsecam solemnitatem, vt not. in l præall. si minori. Quinto nota casum specialem, vbi quis propter titulum non excusatur a percipiendis, & facit. ff. de rei vend. l. fructus, & supra de rei
4 vend. l. qui fundum. Sextò nota de ordine seruando. † Vltimò not. melius hic in glo. ord. quàm alibi, quæ sunt necessaria in venditione, quam facit fiscus.

Duplex ratio. Ego erã debitor, pro illo debito res mea, quæ erat precij, capta fuit, non seruata solemnitate, & etiam vendita precio viliori: dicit Imperator, quòd si potero probare quæ dico, ꝙ duabus rationibus potero illam rem recuperare, & quia solẽnitas fuit omissa

omissa,& res viliori precio vendita, solutis tamen, quæ fisco debebam,& hoc dicit. Ex eo, quòd dicit, quòd debeo ego probare defectus, tu dic, vt supra l. prox. & omnia ferè, quæ ibi dixi, hic possunt repeti. An. & differt. h. l. à superiori, quia hic de iniusto precio, de quo dicit, nil ibi dicitur. Item hic dicit de duabus tantum solemnitatibus omissis, ibi de multis.

SVMMARIVM.

1 *Testes & instrumenta quomodo vim parem obtinent remissiue.*
2 *Filij res non molestandæ propter matris delictum.*
3 *A Fisco re empta non transfertur dominium in emptorem nisi precio soluto.*

Et si instrumenta. Vxor mea emit domum aliquam à Fisco, & precium soluit, & eā per traditionem accepit, & sic fuit in ea translatum dominium, & de hac venditione non fuit factum instrumētum; modò ob delictum matris meæ vxoris omnia bona ipsius confiscantur. mouet Procurator fisci quæstionem vxori meæ de illa domo dicens esse matris, quæritur quid iuris sit: dicit Imperator, quòd licet non sit instrumētum, vel quod fuit factum, amissum, si cum alijs probationibus patere possit; puta testibus, vxorem emisse domum illam à fisco, non debet fiscus controuersiam mouere; vel potest poni casus, ꝙ mater emit nomine filiæ, & soluit quasi mater emisset, patiebatur
1 filia quæstionem a fisco. Nota in hac l. quòd parem vim obtinent testes, & instrumenta, quòd dic vt suprà de fid. instrum. l. in exercē-
2 dis. Secundò nota propter delictum matris nō debere res filij mo-
3 lestari, quod dic vt supra ne fil pro patr. per totum. Tertiò, quòd si emo rem à fisco, & per traditionem accipio, etiam si de precio sit habita fides, non transferetur in me dominium, nisi precio soluto, vt ff. de iur. fisc. si procurator, in fi. secus in venditione, quam facit priuatus, vt inst. de rer. diuis. §. venditæ. Quartò nota quòd fiscus sicut & priuatus non debet euincere rem, quam vendidit, vt infra ne fis. rem quam ven. euin. An.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter subhastationem & pactum adiectionis.*
2 *Licitationi admitti potest is, cuius est res, quæ venditur.*

Si tempora. Cum fiscus vendidit rem propriam, vel sibi obligatam, vel alicuius debitoris sui, qui cessauit in solutione, debet fieri subhastatio, & in subhastatione ista de-

bet dici per præconem, quicunque plus dederit hinc ad vnũ mensem, hãc rem talem, licet res illa sit vendita à fisco, si veniat aliquis, qui velit plus dare admittendus erit infra mensem, & si sit debitor, qui in solutione cessauit, scilicet illo tempore elapso, non admittitur licitato r, sed remanebit penès primum emptorem, & hoc dicit. Et quòd hæc licitatio non habet locum in venditionibus factis à ciuitate, nisi hoc habeat ex speciali priuilegio, vt infra de vẽd. reb. ad ciu. pert. l. 1. & 2. & poterit cunctas vendere sub pacto adiectionis
1 in diem; sicut quilibet priuatus, Et nota differentiam inter subhastationem, & pactum adiectionis, quia subhastatio fit publicè per præconem, pactum fit inter emptorem, & venditorẽ, & hoc nota.
2 Item nota, ꝙ ille, cuius res est, quæ venditur, potest admitti adlicitationem, vt ff. de in diem adiect. l licet. de fructibus autem perceptis medio tempore, vel præcedentibus ff. de iur. fisc. l. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Rescriptum nec concedi debet in alicuius iniuriam, nec concessum valet.*
2 *Dominium per rescriptum non tollitur.*
3 *Rescriptum nec transactionem rescindit: nec sententiam: nec venditionem perfectã.*
4 *Minor restituitur in omni contractu vel quasi: fallit quando fiscus vendit rem vt alienam.*

Quicunque. Ex annonaria administratione, vel ex alia causa effectus fisci debitor, si Procurator fisci, seruata omni iuris solemnitate, subhastationibus; & alijs, propter dictum debitum vendiderit rem meam, venditio illa valebit, & emptor rem illam iure dominij perpetuò possidebit, nec rescinditur occasione rescripti impetrati, vel prætextu minoris ætatis. nã licet ego sim minoris ætatis, non propterea potero venire contra
1 venditionem rei meæ à fisco legitimè factam. Nota in hac l. quòd rescripta non debent concedi in iniuriam alicuius, & cõcessa non valent vt suprà de emancipat. l. nec auus, & ff. neq. in loc. pub. l. 2. §. si quis à Principe cum simil. Immo concessum rescriptum est interpretandum secundum obseruantiam iuris communis vt supra de
2 inoffi. testam. si quando, in prĩ. Item nota quòd dominium acquisitum emptori non tollitur per rescriptum, quia dominia non immutantur, cum sint immutabilia, ut de hoc not. infra si contr. ius, uel util. pub. l. fi. & facit infra de agr. & cẽs. l. originarios cum simil.
3 Item nota quòd sicut rescriptum non rescindit transactionem, vt supra de transac. causas, nec sententiam, ut supra sent. resc nõ poss. l. fi. ita nec uenditionem perfectam, ut hic & supra de rei uend. l. ratas.

4 tas. Vltimò nota quòd licet minor restituatur in quolibet contractu, uel quasi, in quo, uel modice est læsus, ut ff. de minor. l. ut patri, fallit hoc quando fiscus uendit mihi rem, ut alienam, secus sicut suam, ut supra si aduers. fisc. l. fi. & sic minor habetur loco maioris, sicut in iudicio momētaneæ possessionis, ut supra qui liber person. l. fin. cum simil. unum tamen plus desideratur, quando uēditur res minoris, scilicet præsentia tutoris, uel curatoris, ut supra si propter publicas pensitat. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Emens a fisco prędia tributaria non tenetur ad præterita tributa: secus emens à priuato.*

Vltra. Tu eras debitor fisci, quia debebas, quia cessasti in solutione tributorum, ponamus, quòd illa reliqua tributorum erant mille, fiscus proposuit propter illa reliqua prædia tua uenalia, & præmissa subhastatione, & cum alia solemnitate seruata emi illa, ponamus pro centū, non possum ego in plus conueniri, quàm
1 fuit precium emptionis, & hoc dicit. Et sic nota, ubi uendidit fiscus prædia tributaria, nō tenetur emptor ad præterita tributa, nisi quatenus est precium. Secùs ubi uendit priuatus priuato, sic sol. contrarium. ff. de publican. l. imperator.

Quoties. Cum fiscus rem alienam uendit, aut habet ibi partem, aut non, & tunc aut uēdit ut suam, aut ut alienam, & si ut alienam, aut est seruata solemnitas iuris, aut non, primo casu cum partem in re uendita habet fiscus, seruatur hæc lex, ut in ratione partis, totam uendere possit, secundo, quādo partem non habet, & uendit, ut suam, securus est emptor statim contra fiscum agit usque ad quadriennium, sic loquitur supra de quadr. præscr. l. bene à Zenone. Tertiò quando, ut alienam seruata solemnitate, non tenet uenditio, quia si fiscus potest uēdere ratione partis, quam habet, ergo à contrario, ubi partem non habet aliquā, uendere non potest, & si uendat, non tenet per iura prox. alleg. An.

De vend. rer. fisc. cum priu. com.

SVMMARIVM.

1 *Transfertur aliquando plus iuris, quàm constet haberi: & dominium ab eo, qui non habet.*

Quoties. Habeo rem communem cum fisco, priuilegiũ est, vt fiscus possit vendere rem illam in totum, ratione suæ partis, quamuis minimę, & valet venditio expugnabiliter, & fiscus precio ab emptore sibi soluto, soluet in partem precij, vnde ego non potero de iure impedire emptorem, sed si mouero emptori controuersiam, debeo sequi forum eius, & sibi contra me dabuntur emptori defensiones, idest quia authoritate vendentis rem ven
1 ditam non potero aduocare. Nota casum vbi quis plus iuris trãsfert, quàm eum constet habere. Item qui non est dominus trãsfert
2 dominium. Item quilibet debet vti suis defensionibus. Nota hoc speciale in fisco habente partem, vt totum vendat, aliàs contra supra de cõm. rer. alien. l. 2. Si autẽ fiscus non haberet partem, aut venderet rẽm meam, vt suam; & tunc solus fiscus infra quadriennium tenetur, vt supra de quadr. præscr. per totum, aut vt alienam, puta quia erat fisco obnoxia, vel ego eram debitor fisci, & seruata solẽnitas debita, & contra instrumentum mihi subueniretur, vt supra tit. 1. & 2. & vlt. per totum; aut nõ seruatur solemnitas debita, quia fiscus vendidit sciens alienam, & tunc illa venditio non præiudicaret mihi, quia si hoc præiudicat ratione partis, ergo vbi nullam habet partem, non præiudicat, vt colligitur à contrario sensu. Nota etiam quòd actor sequitur forum rei.

Ne fisc. rem, quam vend. euinc.

SVMMARIVM.

1 Probibitum directe quod est, non concedendum per obliquum.

Grauissimum. Ideò dicit grauissimum, quia emptio, & venditio solo consensu, & fide interposita contrahitur, quam in quolibet homine graue est fallere. ff. de const. pecun. l. 1. Sed in altioribus personis grauissimum est, vt hic, nam Imperator nobilissimus est, & mundi Dominus. ff. ad l. rod. l.
1 deprecatio. Item nota quod directè prohibitum est, non conceditur per obliquum, nam si fiscus per se hoc non potest, non conceditur nomine alterius stationis. Item nota ex h. l. singulare, ꝙ sublato generẽ, & quælibet eius species debet esse sublata: facit Inst. de adopt. §. fœminæ, & ff. de sponsal. l. oratio.

SVMMARIVM.

1 Fiscus sicut & priuatus non venit contra factum suum, quod de iure tenet: secus si non tenet.

Grauissi-

Grauissimum. Si fiscus rem aliquam vendidit, seruata solemnitate, & pretium percepit, nō poterit contra illam venditionem venire. Sed quid erit, ego, & tu sumus propositi diuersis stationibus, cū fiscus habeat multas stationes, tu vendis rem aliquam pertinentem ad stationem meam, non debeo rem illam auocare ab emptore, sed agere contra te, & petere pretium redactum ex venditione rei ad stationem meam pertinentis, & hoc dicit.
1 Nota quòd fiscus sicut, & priuatus non venit contra factum suum, quod de iure tenet, secus si non tenet, quod dic vt ff de adoption. l. post mortem. Item nota regulam, quem de euictione tenet actio &c. vt ff. de euiction. vendicantem. Item collige argumentum, quòd si Prælatus vendit rem vnius ecclesiæ sibi subditæ, non potest reuocare, quasi sit alterius, vt not. in glo. Item hanc legem intelligo, quando interuenit debita solemnitas, aliàs ipse idem fiscus potest contrauenire, vt intelligitur, cum dicit, bona fide, & dixi supra de iur. fisc. l. 1. & 2.

De his, qui ex publ. ration. mutuam pecun. acceper.

SVMMARIVM.

1 *Venire contra factum suum, est inhonestum ac iniurium.*

Retractare. Fiscus non potest retractare venditionem rei, quam vendidit, vel facere contra æquitatē, vel
1 honestatem, & sic nota quòd inhonestum, & iniurium est, ꝙ aliquis veniat contra factum suum, quod dic, vt supra. l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Ab officialibus publicis cū mutua pecunia sub vsuris accipitur, quæ pœna posita.*
2 *Contractus fisco damnosus non valet.*

1 Si quis. Qui mutuam pecuniam accepit ab officialibus publicis sub vsuris, punitur pœna quadrupli, & h. d. Nota ꝙ pœnam quadrupli soluet, & mutuans, & accipiens, si mutuans participauit fraudem, nec exigetur a quolibet vnum quadruplum, sed vnum ab omnibus, ut ff. de iur. fis. l. aufertur in fi. grauius enim punitur, qui aurum publicū mutuo accepit, ut in l. proxi. & nota, quæ diximus supra de iur. fisc. l. in contractibus, & nota ꝙ in hoc quadruplo simplex est rei persequutorium, vt in tit. 1.
2 Item nota ꝙ si fiat contractus fisco damnosus, non ualet.

SVMMARIVM.

1 *Fraudem committens pro preciosiore metallo, grauius punitur.*

Sciant. Tria dicũtur in h. l. Primo prohibetur aliquẽ accipere mutuò aurum publicum sine Principis auctoritate. Secundo imponit pœnam deportationis, & omnium bonorum publicationis contra prohibitionem accipienti aurum publicum mutuo. Tertio imponit pœnam capitalem mutuanti, & hoc di-
1 cit. Et sic nota quòd grauius punitur, qui pro preciosiori metallo fraudem committit, vt hic & supra l. prox. Et sic collige arg. ꝙ grauius sit aliquis puniendus criminaliter de furto magnæ rei, quàm modicæ, vt ff. de pœn. l. aut facta. §. quantitas, & l. respiciendum. §. furta domestica.

REM suam. Cũ fiscus cũ alio creditore concurrit, aut agit actione reali, aut hypothecaria, & tunc qui prior est tempore, potior est in iure. ff. qui pot. pign. hab. l. pignus; aut personali, & siquidem ad pœnam, habet locum h. l & ff. de magistr. conuen. l. fi. si ad sortem, tunc ex priuilegio, quod habet inter personales, vt hic in fi. & ff. de priuil. cred. l. 2. 2. respon. Si autem agit ad precium rerum distractarum debitoris, tunc prioritas temporis obseruatur. ff. de iur. fisc. si res. §. 1. & hæc distinctio colligitur in glo. hic signatis.

Pœnis fiscal. cred. præferri.

SVMMARIVM.

1 *Causa fauorabilior illius est qui certat de euitando damno, quàm de lucro captando.*

2 *Dotem non perdit vxor bonis mariti propter delictum publicatis.*

Rem suam. Habeo Titium obligatum, qui postea obligatur fisco ad sortem, & pœnã, puta quia publicam pecuniam accipit, tenetur fisco in quadruplum, in quo vnum simplum est rei persequutorium, triplum est pœna, datur ergo hic modus, in quo fiscus habet rei persequutionem, fiscus præfertur mihi, cum habeat priuilegium inter personales, at si in pœna, ego sum fisco præferendus, nam prius satisfiet mihi ad debitum, quàm fisco ad pęnam, & hoc dicit, & hoc vbi est tempore potior, & in iu-
1 re, & hic not. Et nota hic quòd fauorabilior est causa illius, qui certat de

tat de damno euitando, quàm de lucro captando vt supra de iur. delib. l. fi. §. licentiam, & de codicill. l. fi. & de acq. poss. l. licet, & l. fin. arg. contra supra de iur. fis. l. certa, vt ibi not. hæc est ratio, quare priuatus præfertur fisco in pœna. Sed quare priuato præfertur fiscus, est ratio, quia fiscus habet priuilegia in personali actione, vt ff. de priu cred. l. penul. §. 1. quia priuilegia personalia non extimantur ex tempore, sed ex causa, vt ff. de priu. cred. l. priuilegia si priuatus ha-
2 beret priuilegia, vt supra dixi. Item collige arg. si bona mariti publicantur propter aliquod delictum, vxor non perdit dotem, cum dos sit proprium patrimonium mulieris, vt ff. de minorib. l. 3. §. sed vtrum, & est expressum. ff. sol. matr. l. si marito, in princ.

De fiscal. Vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Vsuram non deberi de pœna, quando sit verum.*
2 *Statutum, quòd pro debitis homines non capiantur, quomodo intelligatur.*

Eius summæ. Eram obnoxius fiscus ad pœnã legalem, vt dixi supra l. prox. vel conuentionalem, procurator fisci iussit me soluere illam pœnam, fui in mora soluendi, nũquid post mortem teneor ad vsuras illius pœnæ, dicitur quòd non, quia procurator vt soluerem pœnam, quæ certa erat, intendebat multare, si non solueram, idest aliquid soluerem vltra prædictã pœnam, & hoc dicit, & caue, quia si voluisset, non potuisset multare, quia non quilibet magistratus potest multare, vt supra de mod. multar. l. 1. & hic not. Item nota quòd sicut non debẽtur vsuræ vsurarum, vt supra de vsur. l. fi. eadem ęquitate non debentur vsuræ pęnarum, vt hic, & ff. de magistr. conu. l. fin. cum sim. An. & est ratio, quia sicut vsura vsurarum exigi nõ potest, nec debet, vt ff. de vsur. l. placuit. & supra ex quib. ca. infam. irrog. l. improbum, sic vsura pœnæ, quia vsura, pœna est; quia propter moram non soluentis, non lucri causa imponitur. ff. de vsur. cum quidã. §. si pupillo in fi. Item
1 nota quòd de pœna non debetur vsura, quod est verum in mera pœna, scilicet cum ex vna parte sit lucrum, ex altera damnum: aliàs secus si interesset illius, cui est promissa, licèt pœna esset, quò ad soluentem, quia tali pęnæ benè currit vsura, & sic intelligitur. ff. de mag. conu. l. fin. & ad municip. l. Lucius. §. paulus; similis differẽtia est. ff. de eo, per quem. l. 1. §. si plures, & ff. neq. eum qui in ius voc. l. fi. & l. pen. Item nota quòd pœnæ, vel vsuræ, alia pœna, vel vsura non

adiungitur, quia non est addenda afflictis afflictio. Et sic facit, ꝙ aliquis nō debeat poni in banno pro pœna, vel usura, licet pro alijs poni possit. nam sicut pœna non parit aliam pœnam, sed iniuriarum exactionem, ita hic, non debet pœna, uel usura, quæ pœna est
2 carceris pœnam inducere. Præterea cum dicitur in statuto, ꝙ pro debitis homines capiantur, intelligitur de principalibus, nō accessorijs, seu pęnalibus obligationibus, nam ꝙ dicitur ꝙ fiscus à suis debitoribus usuram consequi debet. ff. de usur. cum quidā. §. fiscus, non habet locum, nisi in principali, ut hic uides, & sic debet illud statutum interpretari secundum formam legis, quod fieri potest, de muner. & hon. l. vt gradatim. §. sed & si lege.

SUMMARIUM.

1 *Obligationis ius non immutatur ex persona hæredis.*
2 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato caret priuilegio, & contra.*

Sub Pignore. Mutuaui Titio decem sub pignore, & promisit mihi usuras nudo pacto, & conuenit quòd pignus possit retineri in causa usurarum, successit fiscus Titio, sicut poteram retinere pignus pro usuris contra Titium, ita po
1 tero contra fiscum, & hoc dicit. Et sic nota, quòd non immutatur ius obligationis ex persona hæredis, ut ff. de uerbo. obligat. l. ·. Item
2 nota, quòd ubi priuilegiatus succedit non priuilegiato, caret priuilegio priuilegiatus, ut hic, & supra de his quib. ut indig. l. polla. sicut non priuilegiatus habet priuilegium, si succedit priuilegiato, ut ff. de testam. non solum. & de mino. l. interdum, & supra de in integr. rest. l. 1. 2. & 3. & facit. ff. eo. l. fiscus, & de usur. l. quidam. §. Fiscus, & de iudic. l. hæres absens.

SUMMARIUM.

1 *Princeps licet legibus sit solutus, viuit tamen secundum eas.*

Fiscum. Scriptum est in Leos supra de usur. quòd nemo potest stipulari usuras, ultra dimidiam centesimæ, exceptis quibusdam personis ibi numeratis, de quibus hic fit mentio, uult hic dominus Imperator quòd illi legi sit etiam fiscus obnoxius, ut nullo modo possit ultra præfatum modum petere usuras, siue ipse principaliter contraxit, siue successit alteri creditori,
1 quia tunc debet uti iure illius, ut l. prox. Nota quòd, licet Princeps sit le-

fit legibus solutus, viuit tamen secũdum leges, ut supra de testam. ex imperfecto,& de legib. digna.

De sent. aduers. fisc.

SVMMARIVM.

1 *Fisco sententia contraria quando valeat, quando sit nulla ipso iure: & quando ille dicatur vti iure communi, remissiue.*

Causas. Egi contra fiscum,uel fiscus contra me, propter defectum sui instrumenti succubuit lata sententia contra fiscum, infra triennium fiscus reperit instrumentum, dabitur sibi restitutio intra triennium numerandum à tempore latæ sententiæ,secus si interuenisset præuaricatio aduocati fisci,uel fraudis indicium; quia tunc & post triennium succurreretur fisco, & hoc dicit. Et nota quòd speciale est in fisco,ut prætextu instrumenti postea reperti,possit rescindi sententia contra se lata, secus in priuato,ut supra de re iudic. l. 2. nisi in casu.ff.de iure iur. admonendi.
1 Et dic plenè,ut hic in gloss.quòd quando iudicatur contra fiscum, quando ualeat sententia,quando sit ipso iure nulla, quando dicatur uti iure communi,uel speciali. Et ꝙ dicitur in fisco,dic in pupillo, & ecclesia,ut hic not.per l.ut inter diuinum.

De bon. vacantib.

SVMMARIVM.

1 *Bona vacantia quæ deferuntur fisco, quæ sint: & quanto tempore præscribantur.*

Scire. Si decedat aliquis sine legitimo successore ex testamento,uel ab intestato succedente iure honorario, uel ciui-
1 li,bona talis dicuntur uacantia esse,& fisco deferuntur si sunt soluendo, & hoc speciale in fisco. non ergo habebit hanc prærogatiuam aliqua ciuitas, & si de hoc alicui ciuitati ad eius petitionem sit concessum priuilegium, non ualet priuilegium, & hoc dicit, vnde dixi ad eius petitionem, aliàs priuilegium ualeret,ut infra de petit bon. subla.& nota hic quod ibi notatur. Item nota quòd ciuitas utitur iure priuati,interdum autem iure publico,de hoc dicam de iur.

de iur. reip. in rubrica. Item quòd ciuitati non deferuntur bona, sed fisco tantum, vt not. in tit. .l. ex varia. Item nota, quòd his bonis præscribitur quadriennio à tẽpore denunciationis, viginti annis à tempore vacationis, quod dic, vt hic notatur.

S I quando. Hęc l. facit ad titulũ de bonis vacantibus, & dic casum, licèt tex. vel glo. nil dicat, quòd supra l. 1. ostendit quod ius habet fiscus in acquirendo bona uacantia, quia tanquam dominus uendicat: modo in h. l. ostendit quod ius habet in distribuẽdo, & dicit ꝙ plenissimum, quia, & donare potest, & facere quicquid uult.

SVMMARIVM.

1 *Integrum, dictio quam vim habeat in priuilegijs, & instrumentis.*
2 *Beneficia Principum plenissime sunt interpretanda.*
3 *Verbum quandoque pro tota oratione ponitur: quandoque pro una columna.*
4 *Monasterium ingrediens an statim se, suaque Deo dedicare intelligatur.*
5 *Iurisdictio meri imperij videtur donata, cum alicui donatur à principe aliquod castrum.*

Si quando. Ex sola liberalitate non præcedente petitione mea, Princeps donauit mihi per quoddam priuilegium domum unam, quæ çum bonis uacantibus fisco fuerat acquisita, & in priuilegio continebatur, domum esse donatam integro suo statu: sub isto uerbo continentur omnia pertinentia ad domum, & immobilia, adiacentia loca, mobilia, mancipia, fructus,
1 & omnia iura sua, & hoc dicit. Nota de uirtute huius uerbi, integro, & eum habeas in mente petere in quolibet instrumento uenditionis, uel donationis, & idem sonat, quòd in legatis uerbum, instructus, omnia supradicta continentur, ut ff. de fund. instru. l. quæ-
2 ritur §. si fundus, & dic ut supra de uerb. sig. l. 1. & 2. Secundò nota ꝙ beneficia Principum plenissimè sunt interpretanda, ut ff. de con stit. princ. l. fi. & dic, ut ibi. Tertio nota sub generali uerbo omnia contineri, & indefinita æquipollere uniuersali, ut ff. de off. pręf. urb.
3 l. 1. §. cum urbem. Quarto nota, quòd uerbum in hac l. ponitur pro tota oratione, alibi pro una columna, ut supra de usufru. l. antiquitas. Sed caue in eo, quod dicit de pecoribus, & mancipijs, quod intellige si sunt, ibi gratia perpetui usus fundi, aliàs non credo, quòd cederẽt, ut ff. de leg. 3. si chorus. §. 1. & l. si fundus legatus cum simil. infinitis. Nec sub his uerbis debentur instrumenta, idest aliorum prædiorum, certè nec pecunia in hac domo reposita, collecta nominibus, ut ff. de leg. 3. si tibi meuia per totam legem, & in §. fi. & in l. quæsitum. §. peto, cum cedent ergo ea mobilia, quæ ibi erant gratia per-

tia perpetui usus, & sic collige argumentum ad quæstionem de facto.
4 Nunquid ingressus Monasterium, statim in ipso ingressu se, & sua dedicet Deo, & uidetur quòd sic, ut in auth. ingressi. aliter dico cum tali distinctione, si incontinenti cum ingreditur, facit professionem, nec uult experiri religionis acerbitatem, tunc incontinenti se, & sua sunt Deo dedicata; aliàs si uelit experiri ordinem secundum iura nostra infra triennium, secundum canones infra annum, si infra tempus probationis ingrediatur, non sunt bona dedicata, quia non intrauit animo perpetuo ibi uiuendi argu. prædictarum legũ, & ff. de capt. & postlim. reu. l nihil, & ff. de relig. & sumpt. fun. l. diui fratres. tunc enim dicitur uerè ingressus, cum recedere non potest, aliàs non potest admitti, ut ff. de acq. poss. non uidetur. Item ex eo quod hic dicitur, quòd transit domus cum iure suo collige arg. ut ibi alicui datur a Principe aliquod castrum, uidetur iurisdictio meri Imperij esse donata argu. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. l. 1. in fi. & de iurisd. omn. iud. l. 2.

SUMMARIUM.

1 *Bona fisco delata quomodo capiebantur, & incorporabantur cum bonis fiscalibus.*
2 *Procurator bonis datus debet facere eorum inuentarium.*

Si quando. Lex ista loquitur de vltima parte rubricæ, & ad euidentiam nota quòd in qualibet prouincia
1 erat vnus Comes rerum priuatarum, & alius procurator Cæsaris cum aliqua bona deferebantur in fiscum quod ex multis causis accidere potest, vt ff. de iur. fis. l. 1. Comes prædictus capiebat bona, & tradebat ea procuratori Cæsaris, dic ergo casum, quòd vbi bona aliqua fisco deferuntur, primo capiet ea Comes rerum priuatarum, & tradet ea procuratori Cæsaris, & ille procurator rediget ea bona cum cæteris rebus fiscalibus, & scribet ad instar cuiusdam inuentarij, quæ bona sunt delata in fiscum, scribendo quantitatem, & qualitatem illorum bonorum, & ista vocatur incorporatio, sic enim ista bona incorporantur cum alijs bonis fiscalibus, causa autẽ, seu titulus propter quem ista bona deuenerunt in fiscum, debet scribi manu publica, contrafacientes puniuntur, & hoc dicit, vel expone hunc vltimum versum, illo modo, vt in glo. Arg. ex hac l. quòd pro-
2 curator datus bonis, debet facere inuẽtarium, vt supra de bon. proscript. l. si quis cum simil. & ff. de bon. autor. iud. possid. l. fi. de ventr. in poss. mitten l. 1. § pen. in fi.

VACANTIA. Illius bona deferuntur fisco, qui nullum reliquit legitimum successorem.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Bona quo ritu & ordine fisco deferebantur, siue omnia, siue eorum pars confiscanda esset.*
2 *Inquisitio cum fit, quæ alicui præiudicet, illi tradenda est copia: Ea item facta specialiter contra aliquem, is citari debet vt actibus intersit.*

1 Vacantia. Vbi aliqua bona deferuntur fisco, vel alia de causa sunt fisco deferenda, eligũtur quidam, qui hic vocantur Palatini, qui præstito iureiurando mittũtur ad præsidem illius prouinciæ, vbi sunt illa bona vacantia, qualia, & quanta, & redigent in hanc inquisitionem inscriptis, & publicare eam, si est aliquis, qui velit reclamare dare sibi copiam prædictæ inquisitionis, si vllus appareat contradictor, mittet hanc inquisitionem ad Principem, & Princeps mandabat Palatinis, vel rationali, idest procuratori Cæsaris, quòd certo loco vnitis, vt in glo. per quem fiet incorporatio illorum bonorum, & ista forma obseruabitur siue omnia bona alicuius sunt confiscanda, siue pars, siue res certa. Secundò dicitur, si contra factum fuerit, punientur Palatini, præses, & aduocatus fisci, & hoc dicit. Et nota quòd iste modus seruatur, quando Palatini mittuntur ed præsidem, ad quorum instantiam præses inquirit, cum traduntur, postea fiet inquisitio secundum, quòd patet hic, & supra de bon. proscript. l. si quis, sed vbi non mittuntur Palatini, fit ista incorporatio, vnica inquisitione præmissa Comitis, & rationalis, vt dixi supra eo. l. si quando: Et an curator datus ad litẽ, debeat facere inuentarium, & de hoc not. in glo. de episc. aud. l. de creationibus. Nota in hac l. casum, in quo fiet inquisitio de iure nostro, & plenius patet inquisitio & eius forma in l. præall. siquis alius. ff. ad syllan. l. 1. §. quæstionem. alius. ff. de offic. præf. congruit. §. si præses, & no. omnes casus, in quibus fit inquisitio de iure canonico, & sic innuit se composuisse tractatum de inquisitionibus, & vbicunque dicimus aliquem sine accusatione puniri, dicimus esse locum inquisitionis, vt ibi notaui. Sed nunquid si fiscus agat contra aliquem possessorem, dicẽdo rem petitam ad se pertinere, procedatur ad inquisitionem, lex ista cum sim. est argumentum quòd sic, contrarium credo per l. 1. de conu. fis. debit l. quoniam, & melius infra de conduct. rer. fisc. & supra de testam. l. ex imperfecto, & not. supra de inoffic. testam. l. si quando cum sim. non obstat. l. ista, quia nullus possidebat, & nullus apparebat legitimus contradictor à principio vt supra de ed. diu. Adr. l. fin. hoc etiam significat proprietas vocabuli, vacantia enim dicuntur, quæ à nemine possidentur, vt

tur, vt patet in constitutione, cum quærebatur, & concordat lex.
2 prox.& sic facta generali inquisitione. Item ex hac l.collige, cum fit inquisitio, & ex ea præiudicatur alicui, facienda est copia inquisitionis, vt hæc lex expressa, quia nemini est auferenda legitima defensio, vt supra de iur. fis. facultas. Illud tamen nõ omitto, ꝙ vbi fit contra aliquem inquisitio specialis citari debet, vt sit præsens iuramentis testium, & det exceptiones suas, & est expressum extra de accusat. qualiter. §. debet arg. ff. de minor. l. in causæ. §. causę, & supra si per vim, vel al. mo l. fi. & in Regno per const. imperialem. Item nota, quod ius est de toto, idem de parte, ut ff. de pact. iure gẽtium. §. adeò, fallit. ff. de inoff. test. cum Papinianus. §. sed nec impuberi.

De delatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Palam, dictio in quo significatu soleat accipi.*

1 Si ei. Palã, idest publicè, & apertè, aliter accipitur. ff. de rit. nupt. palam, quia ibi dicitur, palam, idest indistinctè; sed hic nõ sic est capere, scilicet, ex testamento, vel ex alia causa, quæ nota. inst. delegat. §. legati. Item nota ꝙ non potest fieri palam, nec clam factum tenet. Item vbi non est delictum, cessat actio.

SVMMARIVM.

1 *Tacite aliquem rogari qualiter dicatur, remissiue.*
Capax quibus temporibus debeat is esse, cui relinquitur nu. 1.
2 *Occulte cui relinquitur vel donatur, fit præsumptio contra eum: sed in quo casu valet illud relictum seu donatum.*

Si ei. Vbi tacium legatum, seu fideicommissum relinquitur ei, qui capere potest, legatum valet; & ideo nõ habet locum delatio: tũc enim locus est delationi, vt ille fideicommissarius perdat relictum, & fisco applicetur, cum talis est ille, cui est relictum,
1 cui palam relinqui non posset. puta quia esset non capax. Nota in gl. qualiter dicatur aliquis tacitè rogari, & quibus temporibus de-
2 beat esse capax ille, cui relinquitur. Nota quòd licet, sit præsumptio contra illum, cui occultè relinquitur, vel donatur, tamen si non fiat contra prohibitionem, illa donatio, vel relictum valet, vt expressum est extra vt eccle. ben. cap. vt nostrum, quædam tamen sunt,

sunt, quæ si clandestinè fiant, non ualet, ut electio, ut extra de clandest. despons. per tot. & ff. de adm. & per. tut. nō existimo, & de aut. tutor. pupillus, & de rit. nupt. l. si.

SVMMARIVM.

1 *Officium excusat à pœna: nec alicui debet esse damnosum.*
2 *Iussus superioris excusat.*

Monente. Ad euidentiam nota, q si de lator non probat, quæ defert, punitur, ut dicetur infra eo. ex uaria. Pone sic casum. Ego eram Palatinus, ad cuius solicitudinem pertinebat, persequi delationes factas; Titius detulit in fiscum aliquē non capacem, & ratione officij mei ad iussum procuratoris Cæsaris prosequutus illius delationem non probaui, dicitur q non patior pœnam delatoris triplici de causa, & quia officium meum me excusat, & iussus procuratoris, & quia ego ago, non detuli, & hoc
1 dicit. Nota primo q officium excusat aliquem à pœna delationis, sicut alibi à pœna calumniæ supra qui accus. nō poss. l. 2. quod procedit fortè, quia officiū nemini debet esse damnosum, vt ff. quēad. testam. aper. si quis, & ex eo, q melioris conditionis est, qui facit ex necessitate, quàm ex voluntate, ut ff. qui satisd. cog. si fideiussor. §. 1.
2 Secūdo q iussus superioris excusat, ut ff. de his, qui not. infa. l. furti. §. iussu, & de aq. plu. arc. l. quēquam. quod procedit ex eo, q dignus est uenia, qui obtemperauit, ut ff de infamib. l. liberorum, & dic plenè, ut ff. de reg. iur. non videtur. §. iussu, sed licet excuset iussus, non importat necessitatem quia fit à Magistratu, sed mādatum, à quolibet alio, ut Inst. de attil. tut. & de obedientia dic, ut ff. de re milit. l. 3. §. in bello.

SVMMARIVM.

1 *Negans aliquid, & id alij imputans, an videatur accusare.*

Nulla. Procurator fisci agebat contra me, quasi possiderem rem ad fiscum pertinentem, & ego negaui me possidere, & alium asserui possessorem, licet non probauerim illum possidere, non patior pœnā delatoris, quia non feci hoc uolens aliquem deferre, sed me exonerare, & not. arg. ad quæstionem de facto. fui
1 accusatus de homicidio, dixi ego quòd non occidi, sed Titius, nunquid uideor Titium accusare, respon. per l. istam quòd non, & ff. de iur. fisc. l. 2. & l. fiscus in fin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delator infamis efficitur: & puniendus si non probat.*

Ex varia. Qui in aliqua causa defendit rempublicam, licet succumbat, non patitur pœnas delatoris, quia illi soli delatores puniuntur, qui alienum patrimonium propter præ-
1 mium in fiscum deferunt, & hoc dicit, & nota quòd pœna delatoris est infamiæ. Item ut puniatur, si non probat, ut erat puniendus delatus, si fuisset conuictus, ut ff. eo. l. 2. & l. senatus. §. diuum. interdum pœna capitis, vt in l. seq. à qua pœna quis excusetur, habes supra eo. l. monente, & ff. eo. l. 2. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Fisci in causa debet adesse aduocatus eius, alias actus non valet, in eius præiudiciũ: secus in priuatorũ causis: tamen dandus est terminus ad veniendũ cũ aduocato.*
2 *Fiscalibus in causis est ordo iuris seruandus.*
3 *Pœnæ sunt inuentæ ad rigorem & seueritatem iudicum.*

Omnes. Qui deferunt aliquos, debent deferre præsente aduocato fisci, aliàs puniuntur extrà ordinem, quia quando aliqua bona sunt vacantia, debent præsente aduocato fisci vendicari, seruato iuris ordine. Secundo puniuntur delatores seuerissima pœna, quia capitali, puta quia ferro, & intellige de illis, qui
1 ex consuetudine deferunt, & non probant, ut no. in glo. Nota ꝙ in causa fisci debet esse præsens aduocatus eius, aliàs non valet, quod fit in prçiudicium fisci, ut supra de aduoc. fis. l. fi. & ff. eo. l. si fiscus. secus in causis priuatorum, ut supra de procurator. l. velamento, est tamen dandus terminus inueniendo aduocato ut ff. ex quib. cau. maior. l. ab hostibus in fi. & l. ait prætor in fi. quando absentia eius, qui debet esse præsens, uitiat iudicium, dic ut not. extra de offic. de-
2 leg. c. causam quæ. Secundò nota ꝙ in causis fiscalibus est seruãdus ordo iuris, ut infra de conductor. rer. fiscal. l. 1. in fi. ut dixi supra de
3 con. fisc. deb l. pen. In secundo dicto nota quòd pœnæ sunt inuentę ad iudicum seueritatem, concord. infra de exact. trib. l. nemo, quæ pœnæ implorantur contra delinquentes, ut hic. Item nota in fi. Secundum ueram opinionem, quòd grauius puniuntur, qui consuetudine delinquunt, dicemus infra de superexact in fi.

SVMMARIVM.

1 *In crimine lęsæ maiestatis omnium est exęquata conditio.*

Seruum.

Seruum. Si seruus deferat dominum,& non probauerit,punietur grauius ad aliorum exẽplum, & terrorem aliorum,vt suprà ad l.iul.repet.l.1.& infra de petit.bon. subl. l. fi. & puniuntur etiam,qui probant, & sic qui cõtra prohibitionem rem
1 prosperè gessit,cõcor.ff de re mil.l.4.§ in bello. Item nota quòd in crimine læsæ maiestatis omnium est exęquata conditio vt supra ad l.Iul.maiest.nullus,& ff.eo.l.famosi.

De Petit. bon. sublatis.

SVMMARIVM.

1 *Bona damnati crimine læsæ maiestatis acquisita fisco, vt nemo petat sibi concedì pœna est indicta.*

2 *Rescriptum non valet importunitate petentis concessum, nec concessum contra publicam vtilitatem. nu.4.*

3 *Concessio non valet eius rei,cuius prohibetur petitio, nisi scribatur, non obstante tali lege.*

4 *Rescriptum principis ita valet, vt impugnari non possit, cum apponuntur verba quædam: tam quo ad gratiam, quam quo ad iustitiam.*

1 Si quis. Aliàs quisquis, bona cuiusdam damnati, crimine læsæ maiestatis,acquisita fuerunt fisco, prohibet Imperator, vt nemo petat illa bona, vel rem aliquam de illis bonis sibi concedi,secundo ponit tanquàm violatorem huius legis,qui petierit sibi dicta bona concedi. Tertio dicitur quòd si propter petitionem alicuius petentis, concessimus alicui rescriptum de petitis bonis,non valet rescriptum. Quarto & vltimo dicitur, quòd si præfata bona concessimus alicui non petenti, tenet concessio facta ex mera Principis liberalitate,& hoc dicit. Nota primo quòd attendi-
2 tur consuetudo in puniendis delictis. Secundo nota quòd reprobatur inhiatio,idest frequens petitio, & rescriptum non valet, cõcessum importunitate petentis, immo retorquetur tale priuilegium contra eum,in cuius fauorem est concessum, si quando concessio tenet facta ad postulationem petentis,vt ff quòd quisq.iur.l.3. contra regulam superioris legis,qui contra legem supplicat,vt supra l.
3 prox.& infra de thesaur. Tertio nota, cuius rei prohibetur petitio, non valet facta concessio,nisi dicat,non obstante tali lege,vt hic,& supra si nupt.ex rescript.pet.l.fi.in fin.& ff. de leg.3.l. si quis in prin.
4 cum sim hic not. Item nota quòd non valet rescriptum contra publicam vtilitatem,& collige casus,in quibus rescriptum non valet,

& nil

& nil operatur supra de fal.mon.l.fi.& de anno.& trib.l.in fraudem cum multis similibus, infra de fund.patrim.omnes,& infra de indiction.l.1.& de can.frum.vrb.ro.l.2.in fi.& infra vt nem.lic.in empt. spet.l. vn. & supra de oper. publ. l. præscriptio, & infra de aquæd.l.
5 omnis,& l.diligēter. Quarto nota ꝙ valet rescriptum Principis vltronea voluntate concessum iuxta illud, coram Rege suo de paupertate tacentes, plus præsentem ferunt; & nota optimam cautelam, ꝙ facias apponi in rescripto Principis, vltronea voluntate concessimus, quod tale rescriptum non potest impugnari, quando rescriptum continet gratiam, sed vbi iustitiam, ibi exprimatur postulatio eius, cui conceditur. Vltimo collige, ꝙ quædam honestè accipiuntur, quæ non honestè petuntur, vt ff.var. & extraor.l.1.§.fi.

SVMMARIVM.

1 *Bona ob crimen læsæ maiestatis fisco acquisita petentibus spes & occasio omnis ablata penitus fuit.*
2 *Canones ciuiles pertinentes ad publicum peti probibetur, nec sunt concedendæ res ciuiles ad publicum pertinentes. 4.*
3 *Vitia malefactaque tollere qui vult, originem radicemque eorum debet tollere.*

1 Omne semen. Lex superior prohibet nequis petat bona fisco acquisita ob Maiestatis crimen, ab aliquo commissum, lex ista loquitur generaliter tollendo omnem spem, & omnem occasionem petenti res ad fiscum delatas. Dicas, quòd vbi aliquis, vel aliqua decessit sine legitimo successore & ideò bona vacantia fuerunt fisco quæsita, vel quocunque modo fuerunt ad fiscum deuoluta, quòd nullus petat illa bona cuiuscunque petitionis, vel sectæ fuerit ille quondam Dn̄s bonorū vacantium. Secundo ibi; cum nec illis &c. imponit pœnam exquæstori, qui prædictæ petitioni dedit assensum, insinuando, & legendo eam coram Principe, vel etiam scribendo rescriptum, quia non aliter olim valebat rescriptum, nisi subscriptum ab exquęstore. Tertio ibi, memoriales &c. punit memoriales vt supra, & punit tabelliones, scilicet, qui hic memoriales appellantur, qui scripserunt hæc
2 rescripta. Quarto ibi pari forma, prohibet peti canones ciuiles, pertinentes ad publicum, & dicit, inde concessum rescriptum, vel aduocationem, vel pragmaticam sanctionem nullius esse momenti,
3 & hoc dicit. Nota in primis uerbis huius legis, qui vult emendare aliquod vitium, debet tollere originem, & radicē illius vitij, vt hic, & in auth.de non alien.aut perm.§.summaria in fi.ibi, ipsa rei principia perimentes. In secundo dicto nota, ꝙ non est respondendum

ei,qui petit aliquid contra iura,arg.infra de fund.patrim.l.pen. Secundo nota quòd punitur quis in exercitio,ꝙ dicas supra tit. 1. l. fi. in tertio dicto nota ꝙ punitur tabellio, qui facit instrumentum de contractu prohibito arg.supra de sacrosf.eccles.l iubemus,circa medium,& de eunuch.l.1.& infra vt nem:ad suum patroc.lib.xj. & infra de immun.nem.conc.l.1. Item nota ꝙ in quibusdam casibus tenet concessio bonorum non pertinentium ad fiscum,vt not.hic in
4 gl. ord. Item nota in vltimo dicto, ꝙ nemini sunt concedendæ res ciuiles ad ius publicum pertinentes,& ideò ea,quę habet condemnatus à publico, non dantur in causa iudicati supra de except. rei iudic.l.stipendia.

De his, qui se deferunt.

SUMMARIUM.

1 *Intellectus huius legis approbatior.*
2 *Electionem habere habet vim priuilegij.*

1 **Is cuius.** Titius instituit me hæredem, & rogauit me tacitè restituere hæreditatem vxori suæ non capaci. quod si ego statim, idest post apertas tabulas defero in fiscum, illud tacitum fideicommissum,habeo tertiam partem illius dodrātis,quem erat mulier habitura. Secundò ꝙ si ego tacebam, & nil dicebam de hoc tacito fideicommisso,nec mulier similiter se ipsam detulit, habebit pro præmio medietatem patrimonij defuncti,data sibi electione eligendi,quam partem velit: ego autem, quia fui inimicus, & mulieris,& fisci,deportabor publicatis omnibus bonis,& hoc dicit secūdum verum intellectum,licet aliter intelligatur, quod non approbo. Et vt plenè videas de præmio delatoris,& probantis delationem,distingue,aut aliquis alium detulit, aut se ipsum; si alium puta rogatus restituere fideicommissum nō capaci, habet tertium eius quod defert,idest tertiam totius dodrantis,vt in prin.h.l. Item præmium datur cuilibet alteri, & non hæredi deferenti non capacem,quia habet tertiam eius,quod deferret,& hoc vocatur vulgare præmium,vt ff.eo.edicto.§.extat. Si autem aliquis deferat se ipsum, vt fideicommissarius nō capax,habet dimidiam eius, quod defert, idest,dodrātis,vt ff.de iure fisc.l.senatus, & l. Arrianus, fallit in vxore,quæ habet dimidium totius assis.vt hic, item habet priuilegium electionis, vt hic patet, & sic habet vxor duo priuilegia, item sicut delator habet pœnam, si non probat, vt supra de delator. ex varia,

ita

ita habet præmium, si probat, vt hic, quia secundum naturā est &c.
2 vt ff. de reg. iur. secundum naturam. Item nota ꝙ habere electionem, est priuilegium, ut hic, & infra de methat. l. 2 alibi autem electio, sorte dirimitur, ut infra quando, & quib. quart. pars deb. l. 2.

Si liberalit. Imp. socius sine hær. decesser.

SVMMARIVM.

1 *Iuri accrescendi in quibus est locus, remissiue.*

Iubemus. Donauit Imperator mihi, & tibi feudū, si tu decedis sine liberis portio tua mihi accrescit. Nota ꝙ aliquis succedit ad solatium amissi socij, sicut alibi supra de his, qui ant. apert. tab. l. vnica. Et est lex ista argumentum, ꝙ in contra-
1 ctibus inter viuos sit locus iuri accrescendi, sed contrarium est verum, vt in vsufructu; qui accrescit proprietati etiam postquā alteri fuerit acquisitus, vt ff. de verb. obl. l si mihi, & Titio, & de vsufr. accr. l. 1. 2. & 3. Et in quibus est locus iuri accrescendi, dic vt in glo. supra quando non pet. part. pet. accres. hic est casus specialis.

Rubr. de thesauris.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurum inuenire est donum & beneficium Dei.*
2 *Thesaurus non potest in aliquo inueniri etiam domino volente.*
3 *Faciens per alium videtur regulariter per se facere: in quo fallat.*
4 *Legis violator punitur pœna extraordinaria: hinc qua pœna puniatur contemptor mandati Regij, quęritur.*
5 *Dominium vtile an contineatur appellatione sui.*

Nemo in posterum. Dicta huius legis sunt tria. Primum subdiuiditur. Primo dicitur, quòd nemo debet supplicare Principi, vt liceat sibi thesaurū inquirere, quia aut vult inuenire in loco suo, aut in alieno, in suo potest sine licentia, dummodò non quærat artibus improbatis, & ita superuacuum est illud precibus impetrare, quod iure communi conceditur, in alienis verò locis, nemo audeat etiam volentibus dominis perscrutari thesaurū, & hoc dicit vsque ad versum. Quod

si nobis. Secundò dicitur, quòd si aliquis hoc sibi concedi à Principe postulauerit, vel cõtra legem istam alienum locum ingressus thesaurum inuenerit, domino loci thesaurum inuentum reddat, & ipse puniatur pœna ex traordinaria, velut temerator saluberrimæ legis,& hoc vsque ibi. quod si fortè. Tertiò,& vltimò dicitur, quòd si aliquis in loco alieno arando, vel aliud opus faciendo the-
1 saurum inuenerat,cũ loci Domino partiatur. Nota primo in hac l.diffinitionem thesauri,alia diffinitio pon itur.ff. de acquiren. rer. dom.nũquam.§.thesaurus,aliàs impropriè ponitur.ff.ad exhib.thesaurus. Secundo nota generale superuacuum est id precibus implorare &c.vt hic & supra arbitr.tut.l.cum interdictæ cum simil.& sic,& suus hæres potest abstinere, nec propterea habet necesse adire prætorem,vt ff.de acquir.hæred.l.si ei,qui. Tertio nota quòd donum,& beneficium Dei est inuenire thesaurum, sicut dicunt rusti-
2 ci in vulgari. Quarto nota casum mirabilem, vbi quis non potest in suo facere,quod velit per alium,sed per se tantum, ad hoc specialiter inducitur.l.ista,ex eo quòd dicitur,quod nemo potest in alieno inuenire thesaurum, etiam Domino volente, ergo potest Dominus in suo per se inuenire,non per alium concord. ff. de acquir. hæred.paulus,& supra de his,qui ven.ætat. l. 2 cum simil. regulariter contra,vt ff.de procurator.l.1.& de hoc not.plenè,vt ff. de adm. rer.ad ciu.pert.l.1.adnecte.C.de pact.l.fin.in glo.sed ipse non potest
3 pacisci. Item aliud notabile colligitur contra regulam generalẽ, quòd faciens per alium, non videtur facere ipse. Regulariter contra.ff.de vi,& vi arm.l.1.§.deiecisse. Quinto nota quòd punitur ille, qui in locum alienum intrauit,causa inueniendi thesaurum, & inuenit,non ergo, qui solummodo intrauit, & nõ probatur inuenisse,licet possit teneri actione iniuriarum, si domino inuito intrauit.
4 Sextò nota violator legis punitur pœna extraordinaria, quia non est certa imposita contemptoribus pœna,aliàs imponitur certa pœna,ut hic,& ff.de pœn.sanctio legum. Et facit ad quæstionem,quæ consueuit dubitari,qua pœna puniatur contemptor mandati Regij,& dico quòd si in mandato continetur certa pœna, illa afficiatur,aliàs extraordinaria,vt modo dixi in violatore legis,nam & mãdatum Principis lex est,siue est Generale,siue est clausum in corpore iuris,vt in auth.de mand.princ.siue speciale in ea causa tantum, pro qua mandatum emanat, vt supra de leg. & constitu. l. 2. alij dicunt,quòd punitur pœna capitali, vt infra de veter. numis. potesta. l. 2. sed illa potest intelligi secundum præcedentem determinationem; nam, & alibi dicit lex imponi pœnam deportationis, vt infra defunct. limitro, l. fin. in fi. Alij alia pœna pecuniaria, vt infrà de agent.in reb.l. fin. & sic de singulis, sed quæritur qua lege accu-

ſatur, vel cuius criminis eſt reus contemptor mandati Regij, reſponde audacter crimine ſacrilegij, vt infra, vt dign. ord. ſeru. l. 1. & de erog. mil. an l. lege, in fi. ſupra de diuerſ. reſcript. l. ſacrilegij, & hoc probatur, contra quod dixi ſuprà, vt pœna ſit arbitraria, nam in crimine, vel quaſi pœna arbitraria eſt. ff. de ſacrileg. l. ſacrilegij. Item nota quòd quilibet debet eſſe contentus rebus ſuis, nec inui-
5 dere alienis vt ſupra fin. regund. ſi inſtrumenta. Vltimò quæro, per gloſſ. ordin. expeditur illa quæſtio, nunquid vtile dominium contineatur appellatione ſui, & dicitur quòd ſic, de directo, & vtili non eſt dubium, ſed nunquid directum dominium ſine vtili contineatur appellatione ſui, puta præſcripſiſti longo tempore rem meam, ego habeo directum ſecundum veram opinionem, & tu vtile, velut dedi tibi rem in feudum, nunquid ſicut in meo poſſum in eo loco requirere theſaurũ, & hãc quæſtionem arduam vidi de facto, nec in glo. de directo intelligas, & vtili: ponitur enim ad differentiam vtilis tantum. Et uidetur in præmiſſa quæſtione, quòd non contineatur appellatione ſui, quia cum deſierit habere effectum dominij, vt & conſtat, quia ille, qui habet utile, poteſt uendicare, ut ff. ſi ager uectig. l. 1. & ſupra de præſcript. xxx. ann. l. ſi quis emptionis, ergo ille, qui habet directum, non poteſt uendicare, quia duo non habent uendicationẽ vnius rei, vt patet in præalle. l. ſi quis, ergo non dicitur locus ſuus, quem vendicare non poteſt, ut ff. de aur. & argen. leg. l. quintus. §. argento. E contra, quòd ſic, quia poteſt uendicare alio poſſidente, quàm ille, cui ceſſit, ut ff. de ſuperfic. l. 1. §. quod ait ſolut. ſi poſſidente eo, cui ceſſit, ingrediatur, uidetur ingredi locum alienum, ſi alio poſſidente ſecus, ut optimè patet in dicto §. quod ait.

De annonis, & tributis.

S V M M A R I V M.

1 *Aes alienum diuiditur inter hæredes.*
2 *Onus ſemper comitatur rem: ita vt cogatur ſubire onus, qui rem poſſidet oneri annexam.*

Æs quidem. Quidam, qui erat debitor alicuius, vt poſſidebat prædia tributaria, 1 deceſſit pluribus relictis hæredibus, dicitur hic, quòd pro ære alieno tenentur omnes hæredes pro hæreditaria portione, pro tributis præteritis, & futuris

tenetur ille solus, qui possidet prædia tributaria, & hoc dicit. Nota
1 quòd æs alienum diuiditur inter hæredes, vt hic, & supra de hæred.
actio.l.3.fallit in casibus ibi not. Secundo nota quòd vbi res est ob-
2 noxia oneri siue tributorum, siue decimarum, siue alicuius factionis, vt nauiculariç, siue hypothecæ, siue canonis, vel similis, semper onus comitatur rem, vt ille cogatur prędicta subire onera, qui rem possidet oneri adnexam, vt hic, & infra de pręd. nauicul. l. 1. & 2. & per totum infra de murileg.l.murilegu.in fi. ff. de publican. imperatores cum simil. & infra de exactor.tribut.l. fin. cum sim. ibi not. & infra de diuers. præd l.pen.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonialia principis erant duplicis generis.*
2 *Tributorum ac collectę impositio non debet esse grauior quàm patiantur vires terrę bonorumque subditorum.*

Indictiones. Onera patrimonialia, quæ possessoribus indicuntur, debent indici secundum modum exactionis ipsarum, & iste modus ponitur infra de susceptorib. l. modice
1 in fi. Sed nota, quod patrimonialia duplicia sunt, alia indicuntur personæ, gratia patrimonij, alia ipsis prædijs, vt de vtrisque dicitur. ff.
2 de mun. & hon.l.rescripto.§.fin. Et hic nota quòd non debet quis plus grauari in tributis, & collectis, quàm patiantur vires terrę suę, vt hic, & infra eo. pro locis, & infra de fund. lim. l. 1. & infra de præd. nau.l.2.& infra de cēs. l. 1. & l. qui se grauatos, & melius infra de immu.nem.conced.l.fi.& infra de quib mun.nem. liceat se excus. l. 1. infra quemadm. mun. in d.l.fi.& de apoc. pub. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Collectarum principis nec minor, nec maior summa solui debet. aliter &c.*
2 *Collectæ à principe solo imponuntur: si alius imponat punitur.*

Omnes. Debeant pro bonis soluere collectas, sicut indictiones, vel superindicta, quæ per manum Principis iniunguntur, seu diriguntur, nec plus exigetur, quàm iniunctum fuit
1 per Principem. Secundò dicitur, quòd sicut nil vltrà exigitur, ita vel minus, quia præses prouinciæ si quid remittit de collecta per Principem imposita, de suo soluit. primum dictum exponitur alio
2 modo, vt in glo. proinde licentiam remittendi. Nota quòd collecta à solo Principe debet imponi, si alius imponat, punitur, vt infra de ex-

de excus. mun. l. placet. Secundò nota quòd non debet præses face re gratiam de collecta con cor. ff. de publica. l. fi. in fi. & supra de trāſ. præses, & est ratio, quia species furti est de alieno largiri.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinaria dicuntur multoties in iure, quæ sunt sine solennitate.*
2 *Doctor solemniter legere dicitur, qui non legit extraordinarie.*

Omnes omninò. Scilicet, prouinciales, qui deuotissimi vocantur, debent hilariter soluere publicas, & ordinarias functiones, quæ cum solemnitate indicū-
1 tur, non sunt extraordinaria, vel sordida, nec vocantur. Nota ꝙ ea, quæ sunt sine solemnitate, dicuntur extraordinaria, sicut multoties inuenitur in iure: extraordinaria; idest extra antiquam solem-
2 nitatem. Item nota ꝙ sine solemnitate iudicatur extraordinariū, & ideò doctor, qui aliquem librum solemniter legit in qualibet hora, non dicitur legere extraordinariè.

SVMMARIVM.

1 *Collecta maior, minorve soluenda pro distantia prędiorum ab eo loco, ad quem defertur*

1 Pro locis. In hac l. potest poni casus secūdum quod ponitur infra de suscept. l. modios infi. vt illi, qui soluūt annonam de agris suis. & defert ad castra pro militibus conseruandis, debeant soluere hanc annonam pro magnitudine loci, qui possidet, & plus soluat ille, qui est propinquius illi, ad quem debet fieri delatio, quā ille, qui est remotus, fatigatus in deferendo, debet exonerari in soluendo. & nota ꝙ dixi supra eo. indictiones. Item nota ꝙ plus debet soluere ille in collectis, qui habet prędia proxima, quā qui habet remota arg. d. l. modios.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum contra publicam vtilitatem non valet: & cur nu. 3.*
2 *Æqualitas seruanda in solutione tributorum: & in quibus seruetur, remissiue.*
3 *Pacta ciuitatum contra vtilitatem publicam facta non valent. & cur.*

In fraudem. Possidebam prædia tributaria, impetraui rescriptum, vt non cogerer ad soluendum tributa, non valet tale rescriptum, quia in solutione tributorum est

seruanda æqualitas, æqua omnium debet esse conditio; & hoc di-
1 cit: Nota non ualet rescriptum contra publicam utilitatem, sic su-
pra de precib. imper. offer. nec damnosa, & dic ut ibi cum simili-
2 bus hic notatis. Secundò nota æqualitatem esse seruandam in so-
lutione tributorũ, sicut aliàs in iudicijs, vt infra de prox. sacr. scrin.
in sacris, & in quibus seruetur æqualitas dic plenè, vt ibi notatur.
3 Tertiò nota argum. contra pacta, quæ faciunt ciuitates, conceden-
do alicui immunitatem, vel ut certum quid soluat, uel quod facit
ciuitas alicui casali, uel christiani iudæis, ut fit Trani, quòd non ua-
leant istæ conuentiones, cum quis debeat soluere secundum mo-
dum rerum suarum ut supra eod. indictiones, & uidetur lex expres-
sa, quod non ualeant hæc pacta infra de decurion. euacuatis. Si
quæratur quæ est ratio, quod non ualeant hæc pacta, uel rescripta,
quod quis sit exemptus a patrimonialibus, respon. quia alij oneran-
tur per immunitatem alterius, quod esse non debet, ut infra de cẽ-
sibus. l. 1. de exact. tribut. l. exactores, & optima ratio, ut ff. de mun. &
hon. l. 3. §. præses, & dic plenius hanc rationem, ut no. infra de mun.
& hon. l. 5. & dic ꝙ non ualet in præiudicium fisci, sed paciscẽtium
sic, ut not. infra de decurion. euacuatis, in fin. magnæ glo.

SUMMARIUM.

1 *Aduocatus non cogendus exire prouinciam, nec esse aduocatus in appellationis causa.*
2 *Itineris distantiæ est habenda ratio.*

Nemo. Quando annona est deferenda ad castra, quæ hic uo-
cantur mansiones, debet haberi ratio itineris, ut illi
de una prouincia nõ portent ad aliam, sed quilibet portet ad suam
prouinciam, uel ad magis propinquam. hæc ratio dicitur infra.
Item nullus est mittendus ad aliam prouinciam, ad cõstruendum
mansionem, in qua reddatur tributum, ut olim aduersus hanc l. fie-
1 bat. Et collige arg. ꝙ non cogatur aduocatus exire prouinciam, &
sic non cogitur esse aduocatus in causa appellationis, & dic ut ff.
2 de procurat. l. sunt, & hæ personæ. §. 1. Secundo nota quod haben-
da est ratio itineris, ut supra eod. l. pro locis, & argum. ff. de iudic. l. si
longius, & not. plenè quid operatur distantia uiarum, extra de rest.
in integr. ex literis in fi.

Mediterraneæ. Homines ciuitatum mediterranensiũ,
quasi dicat, syluestrium, portabant an-
nonam ad ciuitates maritimas, quæ erant in maritima, & contra
homines

homines ciuitatum maritimarum, portabant annonam ad castra ciuitatum mediterranensium, & istæ ciuitates onerabant quęlibet annonam suam, in locum ferendo remotum, & nihilominus nulla erat utilitas publica, quare Imperator prohibet ne in posterum hoc fiat, sed quælibet ciuitas ad castra, & loca portet suæ Prouinciæ, & nota quòd ibi dixi.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta vel fructuarius non seruans domino conuentionem potest deijci de possessione.*
2 *Emphyteuta debet agnoscere onera tributorum.*
3 *Vtilitas publica præferenda priuatæ.*

Obsistere. Concessi tibi fundum tributarium ad emphyteosim, si elapso anno infrà sex menses non soluas tributum, tu qui percipis prædij emolumentum, ego exigam, idest vendicabo prædium emphyteuticum à te non obstante priuilegio tuæ dignitatis, & hoc dicit: Nota secundum istum casum, ꝙ si
1 emphyteuta, uel rusticus, uel fructuarius non seruat domino conuentionem, potest deijci de possessione, quam tenet ut supra de iure emphyt. l. 2. ff. de nox. l. si noxale. Secundo intelligitur, si exactor exegit à domino fundi tributum, & exactum non soluit fisco, Dominus, qui soluit, potest exigere ab exactore, qui soluit sine priuilegio dignitatis, & secundum hoc nota, ꝙ non debet exactor locupletari cum aliena iactura, & ministerium iuris non debet conuertere ad suum compēdium, nec esse de præda sollicitus, ut supra de usuc. pro empt. l. fi. & ff de adm. tut. l. si minoris. Tertio intelligitur, & uerius; primo casu retento; ꝙ si emphyteuta non soluat, Dominus tunc soluet fisco, qui cum exigatur à fisco, exiget ab eo emphy-
2 teuta, qui soluit. Nota ꝙ emphyteuta debet agnoscere onera tributorum, ut ad quem possessionis emolumētum, spectet, & onus, ut ff. de usufr. l. hactenus. in fi. Nota arg. ꝙ non ualet priuilegium
3 pro functionibus non præstandis, ut dixi supra eo. l. in fraudē. Item nota ꝙ publica utilitas præfertur priuatæ ut supra. commun. deleg. auth. dos. & ff. pro soc. l. actione. §. Labeo, & de priuil. schol. l. utilitas. Item nota ꝙ purgatur mora infra sex menses, alias infra xxx. dies, ut infra de erog. mil. anno. l. 5.

SUMMARIUM.

1 *Iudices perdunt salaria propter negligentiam longo tempore & sudore quæsita.*
2 *Negligentia administratoris punienda est.*

Iudices.

Iudices. Si præsides Prouinciarum fuerint negligentes circa exactionem tributorum, omnia salaria, quę ex publi
1 co consequebantur, amittant. Et sic nota quòd iudices propter negligentiam perdunt salaria longo tempore, & sudore quæsita, &
2 infra de rest. olober. l. fi. Item nota de punienda negligentia administratoris vt hic & supra de offic. præs. si quis.

SVMMARIVM.

1 *Illicitum non est faciendum sub prætextu liciti.*
2 *Aestimatio pro collectis faciendis fieri debet secundum assertionem habentium bona.*
3 *Bona alterius si quis scrutetur, est domino grauamen.*

Vltrà. l. Ista localis est. C. eo. dicitur hic, quòd quædam ciuitates Græcorum promiserunt sponte soluere dimidium tributum, idest dimidium aurei pro quolibet capite, cum aliàs essent soluendæ integrè. Nota quædam ciuitates promiserunt tertium Præfecto prætorio Illirici recipiēte, & acceptante illam promissionem dicitur, quòd non debet vltrà exigi à Græcis, nisi quod promiserunt, nec debet aliquis officialis mitti ad inspiciendas facultates, & extimandas, cum non sit diminuendum tributum, vel augendum causa fertilitatis, vel sterilitatis, sed debent omni tempore soluere quod promiserunt, & alij, qui non promisernnt, soluant dimidium, sequuti exemplum illorum, qui dimidium promiserunt. Secundo dicitur quòd Ecclesia Thessalonicensis non soluat aliquid nomine tributorum; tamen non vult Princeps, quòd aliqui, qui non sunt de illa ecclesia, simulantes se esse de corpore illius ecclesiæ, sint immunes. ne sic res publica in tributorum extenuatione, se grauamine hac abusione, seu simulatione lædatur,
1 vt hic dicit. Notandū primo de sacro san. ecclesi. quòd sub prętextu liciti, non debet fieri illicitum, quod dic vt suprà de sacrosanct.
2 eccles. qui sub prętextu. Secundò collige argumentum, cum sit extimatio propter collectas, credendum est assertioni cuinsque, nec est propterea mittendus, qui eorum extimet facultates, argum. contra supra de bon. vac. l. fin. nec sumi potest argum. quòd extima
3 tores alienas facultates inquirunt. Item tertiò nota quòd est grauamen si quis velit inspicere bona alicuius, vt argu. infra quando, & quib. quar. pars deb. l. 3. & facit ad quęstionem, quam not. supra de iur. fisc. l. defensionis.

Rubr. de Indictionibus.

SVMMARIVM.

1 *Nomine mutato mutatur effectus.*
2 *Nomina debent esse consonantia rebus.*
3 *Nomina bona appetenda sunt, & imponenda.*
4 *Lex specialis sequens tollit priuilegium precedens etiam speciale.*

Omnes. Olim superindicta, quę personis pro patrimonio imponebantur, erant extraordinaria, & ideò multi habebant immunitatē, & priuilegia, hodie vult Imperator, quòd omnia superindicta sint ordinaria, & vocentur canonica, idest ordinaria, siue regularia, canon, quod est regula, & ideò nō vult Princeps, quòd aliquis excusetur, nec ipsa domus augusta à soluendis superindictis, quę per ipsum Principem indicuntur; & ideò vult priuilegium immunitatis ante legem istam alicui concessum esse cassandum, cum hodie superindicta non extraordinaria, sed canonica nuncupentur. Nota argum. ex nomine, quòd dic vt suprà de epis. aud. l. decernimus, & de off. pręf. vrb. l. vn. in fi. & facit suprà de codicill. l. pen. arg. contra. supra de constit. pecun. l. 2. & supra de
1 hęretic. quicunque, & infra de agr. & cens. l. diffinimus. Secundò nota, mutato nomine, mutatur effectus, vt suprà de ferijs, à nullo.
2 Tertiò nota quod nomina debent esse consonantia rebus. ff. de
3 verb. sign. l. fugitiuus, & Inst. de donat. §. est, & aliud. Quarto nota, debemus appetere bona nomina, & vitare turpia, vt ff. ad Trebel. l. sed sciendum, & l. facta. §. in danda in fi. Et ideo laudabilius nomen
4 assumpsit Bul. quàm fiscus. Quinto nota ꝙ lex specialis posteà sequuta tollit pręcedens priuilegium etiam speciale argu. ff. de leg. 3. vxorem. §. felicissimo, & ad hoc extrà de rescrip. c. 1. sicut lex sequēs tollit cōsuetudinem pręcedentem, vt supra qui adm. ad bon. poss. possunt. l. pen. & ff. de sepul. viol. l. 3. §. diuus.

SVMMARIVM.

1 *Prauisa mala minus nocere solent.*

Particulari. Mandat Imperator præfecto, ꝙ in quolibet lustro, quando facienda sit exactio tributorum, nunciet, aut per aliquod tempus, puta per duos menses pręsidibus prouinciarum, & pręsides nunciabunt prouincialibus, vt quilibet

paret

paret se ad soluendum partem suam iniuncti tributi, & ideò ne si subito superuenirent exactores, esset damnum prouincialibus in distrahendis bonis suis, vel quia prouinciales non possent, ita citò soluere, daretur exactoribus, siue officialibus occasio puniendi, & ita in eis inferendis damnum in prouincialibus in solutione cessan
1 tibus. Nota quòd præuisa bella minus nocere solent, vt in auth. de collator. in princip. & supra de Magistr. municip. l. vnica. & nota verbum Cassiodori, culpam remoue illis, vt nobis materiam subtrahas vltionis.

Rubr. de Superindicto.

SVMMARIVM.

1 *Superioris auctoritas quandoque est in facto necessaria: item scriptura.*

Nihil. Non cogũtur Prouinciales soluere superindicta ad mãdatũ, vel litteras Præfecti, vel alterius officialis, nisi per Principem hoc mandantem prædictæ litteræ fuerint confirmatæ.
1 Nota hic est casus, in quo est necessaria superioris authoritas, item scriptura, quod dic vt not supra de iur. fis. l. prohibitum.

Rubr. de exact. tribut.

SVMMARIVM.

1 *Ducennarij qui dicebantur, eorumque officium.*

1 Ducennarij. Idest exactores tributorum, vel erant apparitores, qui seruiebant exactoribus, vt infra eo. apparitores, qui hic Ducennarij, centenarij, sexagenarij vocantur, qui tot erant numero, non aliquid debent ante exigere à debitoribus tributorum, quàm accipiant breues, siue quinternos à tabularijs, quibus contineatur quantitas, quam quilibet debet exigere, vt ita sine omni concussione procedant, & nil exigant vltra debitum. Nota quòd non debent soluere Prouinciales plusquam debeant, nec minus, vt suprà de anno. & trib. l. 3.

SVMMARIVM.

1 *Liber homo non cogitur seruire ob æs alienum, nec etiam incarcerari.*
2 *Pœnæ inuentæ à iudicibus. & ad quid.* 6.

Carcer

3 *Carcer est inuentus ad pœnam delinquentium.*
4 *Pœna malorum est ad tutelam bonorum.*
5 *Debitor priuati non capitur, si velit cedere bonis.*

Nemo. In hac l. quatuor, vel quinque dicuntur. Primo, q fisci debitores ex tributaria, vel alia causa non sunt incarcerandi pro debito, nec patientur aliquas pœnas repertas ab insolentia iudicum, quia carcer non est ad pœnam debitorum, sed delinquentium, & officialium, idest exactorum, qui incarcerant tributarios, vel alios fisci debitores, & hoc vsq; ibi, Et cum denotatione. Secundo dicitur, ex quo isti officiales, siue iudices in suo officio delinquentes incarcerando debitores, puniuntur, quia incarcerantur, cæteri debitores fiscales securi efficiuntur. Tertio dicitur in vers. vel certè &c. Quod si debitores fiscales sint contumaces in soluendo, q possunt soluere, & nolunt, capiuntur, & traduntur custodiæ militari, non autem ponentur in carcerem. Quarto quòd si quis &c. dicitur q si debitor captus perseuerat in contumacia, capiuntur bona sua, & ipsorum bonorum proprietate satisfit fisco. Quinto & vltimo ibi, qua facultate, dicitur, q ideò volumus, vt omnes debitores fisci sint proniores ad soluendum, & hoc dicit. Nota
1 primo dicto huius legis, quòd nullus debitor etiam fisci non est incarcerandus pro debito. ratio est, nam cum liber homo non cogatur seruire propter æs alienum, vt supra de act. & obligat. eos, ergo nec poni debet in carcerem, quia non multum à seruitute distat, cum non habeat liberam facultatem, vt ff. de lib. hom. exhib. l. 2.
2 Secundo nota quòd pœnæ sunt inuentæ ab insolentia iudicum, vt hic, & supra de dilation. l. pe. in fi. & ideò dicit lex, iudicibus immodice sęuientibus freni, temperantia adhibita videatur, vt supra de
3 cust. reor. l. si quis. Tertio nota, q carcer est inuẽtus pro delinquẽtibus, & locus est impiorum. Quarto nota q incarcerantur officiales, qui delinquunt in officio suo incarcerando debitores, & sic puniuntur in eo, in quo delinquunt argum. infra de decur. cũ ado-
4 ptiuum in fi. l. In secundo dicto nota q pœna malorum est tutela
5 bonorum, iuxta illud, moriatur vnus pro populo. In tertio dicto, nota q debitor fisci, si est contumax in soluendo capiatur, & tradatur custodiæ militari, & cum hac determinatione est intelligẽdum ff. ad l. Iul. pecul. l. sacrilegij, in fi. secus in debitore priuati, qui nec per contumaciam capitur, si velit cedere bonis, vt supra de his, qui bo. ced. poss. l. 1. & hic colligitur in eodem dicto, ex quo nota quòd mitius agitur cum eo, qui non vult, vt ff. de coll. bon. l. 1. §. duo fratres. In quarto dicto nota vnum mirabile, q prius capitur persona, quàm bona. In eodem dicto nota q crescente contumacia, crescit

6 scit pœna, concor. supra de patr. pot. l. 3. & 4. In vltimo dicto nota quod ideò pœnæ fuerunt inuentæ, vt metu earum homines magis obedientes fiant, vt ff. de iust. & iur. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Custos carceris qui male custodit, eandem pœnam patiatur, quam incareratus.*

Quoties. Qui debitorem fisci contumacem in soluendo traditum custodiæ militari, eximit à custodia, licèt faciat propter debitum suum, tenebitur tamen soluere fisco quantum debeat exemptus, & sic est argum. quòd illam pœnam patiatur custos, qui malè custodit incarceratum, quam debet pati incarceratus, vt supra de cust. reor. l. pen.

1 (line: "ciat propter debitum suum")

SVMMARIVM.

1 *Leuius portatur quod portatur à pluribus.*

Actores. Exactores tributorum, qui multi sunt, vt patet supra eo. l. 1. non esse immunes à tributis, immo authoritate debiti vigoris cogantur publicas exoluere functiones, & hoc ideò, quia si ipsi essent immunes, magis grauarētur cæteri pro-
1 uinciales. Nota quòd leuius portatur, quod portatur à pluribus concord infra de censl. 1. & infra de priu. dom. Aug. l. 2. Secundò nota in hac l. ponitur ratio, quare non valent cōcessa pro tributis, quam rationem plenius dices infra de mun. & hon. l. 5. Item officiales non debent esse immunes à collectis.

SVMMARIVM.

1 *Subcollectores qui vocabantur, & quam operam exactoribus impendebant.*
2 *Apparitores qui & opinatores dicti, vocabantur curiales minores.*

Apparitores. Quilibet susceptor, vt infra de susceptor. in rubr. & statim dicam in fin. huius legis ha-
1 bebat certos subcollectores, qui seruiebant sibi circa exigenda tributa, isti subcollectores debent frequenter scribere apparitori, & susceptori quantum est susceptum, aliàs exactum de tributis, & quantum restat soluendum. Nam ille susceptor non debet tributa exigere per se, quia sic diu abesset à curia, & substineret detrimenta rei familiaris, dum rebus suis superesse non posset; & sic

nota,

nota, quòd nemo sine damno à suis negotijs auocatur, vt ff. quem-
2 admod. testamen. aper. l. si quis ex signatoribus. Item nota, quòd isti apparitores, qui in lege prox. vocantur opinatores, & infra de apoc. publ. l. 1. vocantur curiales minores, nihil exigunt, sed pecuniam exactam à præside assignant infra annum susceptori, qui præest archiuo vt infra l. prox. & de apoc. l. 1. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex officialis ve vnus ciuilis vel sæcularis ab altero superiori opem implorat.*

In Fiscalibus. Siue tributa soluenda, siue redigenda ad arcam præfecti, siue rationalis, quia diuersæ erant archæ, vt hic not. si circa exigenda dicta tributa requiratur auxilium, authoritas præsidis prouinciæ debet ad hoc suum offi-
1 cium impartiri, Et sic nota, quòd vnus iudex, siue officialis ciuilis, vel sæcularis alteri ciuili implorat auxilium, vt supra de recepta-to latro. l. 1. Item nota quòd officium præsidis est exigere tributa vt infra de can. largit. l. 2. & supra de offic. rect. prou. l. nullum, & in l. prox. & vt benè intelligas de istis archis, vide quod not. infra de suscept. l. duos.

SVMMARIVM.

1 *Opinatores qui erant, & quod eorum officium in exigendis tributis.*
2 *Pœnæ officialium, qui inordinate alijs permittebant exigi tributa.*
3 *Habentes ministerium certum & iurisdictionem delegare non possunt.*
4 *Consuetudo seruanda in multis vt ibi.*
5 *Collectores possunt homines capere eorumque bona.*

Missi opinatores. Opinatores, qui hic vocantur exactores, & supra in l. 1. vocantur ducennarij, & in l. apparitores, vocantur Palatini cum literis præfecti, vel rationalis mittũtur ad præsidem prouinciæ, vt supra l. prox. qui præsides exigebant tributa per se, vel suos officiales, & dabant opinatoribus, & de hoc in princ. huius l. Sex ergo sunt dicta huius legis. Primo dicitur, quid sit officium opinatorum, quia missi ad præsides, debent insistere præsidibus, vt exigant tributa, & exacta percipiant, vt infra annum cum tributis reuertantur. ipsi autem opinatores, nil exigent à tributarijs, sed solus præses, qui hic vocatur exa-
2 ctor, & sui officiales. Secundo ibi, iudices &c. quæ sit pœna præsidis,

& offi-

& officialium eius, uel qui passi sunt opinatores exigere, & si præsides delegant opinatoribus exigenda tributa, tenebũtur ad duplum quantitatis, apparitores præsidis, si cum ipsi deberent exigere delegauerunt opinatoribus, deportantur. Curiales verò præsidis, si delegauerunt opinatoribus, cum ipsi deberent exigere, relegãtur ad tempus. Alia pœna imponitur infra de censib. l. peræquatores, scilicet diuersa pœna, sed quantum ad pœnam illa corrigit istam, cum sit posterior. Tertio ibi, cum iudicem, ponitur ratio quare puniuntur prædicti præsides officiales, & quod sit eorum officiũ in exigendis tributis, & dicitur quòd præsides debent inquirere debitores tabularios, secundum ordinem, aliàs debent inscribere eorum nomina. Apparitores præsidis debent exigere tributa à conuictis debitoribus, seruata consuetudine antiqua, & præses exacta tributa opinatoribus dare, qui cum tributis infrà annum ad nostram curiã reuertantur, meritò ergo punietur præses, & officiales sui, si quod ipsi facere debuerunt alteri delegarunt. Quarto dicitur in vers. ꝙ si vltra, ꝙ si præfati opinatores, culpa præsidis infra annum non fuerunt expediti, quia omnia tributa non fuerunt exacta, & opinatoribus assignata, dictus præses tenetur de suo soluere opinatoribus omnia residua tributorum, ipse postea a tributarijs consequetur. Quinto in vers. Quod si ad nos dicitur, ꝙ si opinatores aliquid retinuerunt de tributis, tenebuntur ad duplum, vnum simplum fiscus habeat, aliud nostris militibus assignetur. Sexto in vers. iudicibus, dicitur, ꝙ si preses inuenerit tributarios contumaces ad soluẽdum, contrà eos, cuiuscunque sint dignitatis, poterunt præsides prouinciarum suum officium exercere, committendo personas custodiæ militari supra in l. nemo, & si perseuerent in contumaciam faciendo capi bona ipsorum, & debent nomina contumacium, Imperatori intimari, & hoc dicit. Nota primo in secundo dicto, quòd præ-
3 ses, & officiales sui, cum habeant exigere tributa, non possunt hoc alijs delegare, vt hic, & infra de can. larg. l. 2. & hoc est regulare in quolibet, cui certum ministerium, siue iurisdictio committitur, vt
4 est expresse extra de off. deleg. c. fi. in vlt. dict. Secundo nota in tertio dicto, ꝙ seruanda est consuetudo in exigendis tributis, sicut est in eligendis susceptoribus supra de iur fis. super creandis, & in muneribus subeundis, ut ff. de iur. immun. l. fi. §. si longè, & criminibus puniẽdis vt supra de pet bon. sub. l. 1. & in iudicijs vt supra de long. consuet. l. 1. & in contractibus, vt cum quæritur qualiter sit cauendum de euictione, vt ff. de euiction. l. si fundus, in vltimis voluntatibus, ut in l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. Et in exigendis redditibus à colonis. vt infra de agr. & cens. l. pen. §. caueant. Et ex loco isto memini me dedisse responsum, cũ essem Paduæ: commissa

missa erat cuidam exactio quorundam debitorum, & in literis continebatur, vt eos compellat omni coactione, quæ videbitur expediri. Paduæ est talis consuetudo vt incarcerentur pro debitis, dixi per l. istam, quòd poterat capere, & incarcerare illos debitores, secus ergo dicerem in locis, vbi debitores non incarcerantur. Item in quarto dicto collige argum. quòd quilibet administrator quolibet anno debet reddere rationem argum. infra de maium. l. 2. & ff. de administr. tut l. si plures. §. 1. In quinto dicto nota contra collectores, quòd si retineant aliquid de collecta, puniuntur in duplum argumen. ad idem supra de iur. fisc. facultas, & idem & si aliquid vltra exigant, vt in tit. 1. In vltimo dicto nota quòd collectores possunt homines capere pro collectis, vt supra eod. l. nemo. In eodem dicto, & bona sua; quia cui exactio est commissa, & quoddam imperium commissum videtur, sine quo &c. vt ff. de iurisd. omn. iudic. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Functiones publicæ, & alia onera rerum comitantur possessorem.*

2 *Ecclesia si possideat prædium tributarium, nec soluat tributum, transfertur ad fiscum.*

Vltra. Possideo prædium tributarium, si ipsum ex contractu non prohibito alienaui, possessor qualicunque prærogatiua munitus, & si possideat domus diuina, debet soluere publicas functiones; idest tributa, aliàs, si non soluat, illud prædium transfertur in curiam illius ciuitatis, sub qua emptor fuerit constitutus, & hoc statuimus, vt circa tributa, & publicas functiones planius consulat, & hoc dicit in positione, ideo dixi ex contractu non prohibito, quia non posset vendi, vel alienari prædium tributarium, causa patrocinij in alium aduocatum, quia esset illud prædium cõfiscandum, & ideò emptor non debet teneri ad tributa, ut infra ut nem. ad suum patr. l. 1. Item non fuit prædium metrocomium, quod datum erat metroicis, de quibus habuisti supra de iur. fisc. l. certa, quia & illud similiter prædium alienari non potest, ut infra non licer. habit. metroc. l. vn. & hoc est, quod in litera hic dicitur, &
1 in gloss. Nota quòd publicæ functiones, & alia onera rerum comitantur possessorem, ut hic & infra de fund. patr. l. uniuersi. cum con
2 cord. not. & hic & supra de an. & trib. l. 2. Secundo nota argumen. quòd si ecclesia possideat prædium tributarium, vt teneatur soluere tributa, & si non soluat, fit translatio illius prædij in fiscum, vt in l. ista, quæ dicit, diuina domus, & è contra quòd non supra de sa-

crosan.eccles.placet; ibi nihil, præter canonicam, & l. ista non obstat, quia expono, diuina, idest, imperialis. Sed post quantum tempus fiet ista translatio, si non soluat tributum, quidam post biennium, ut in emphyteuta, & alij post sex menses ut supra de anno. & trib. l. obsistere, tu dic post xxx dies, ut infra de erog. mil. an. l. 5. & dicitur. ff. de publican. l. imperator.

Rubr. de superexactor.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis non tollit criminalem.*
2 *Auaritia quam sit mala in publicis rebus: ideo punienda.*

Quicquid. Si exactor ultra aliquid exigat, tenetur illud reddere in duplū, & hoc dicit in primo; quod intellige, quando sine violentia exegit, aliàs punitur in quadruplum: sic soluitur contrarium infra de excusat. mun. placet. Secundo dicitur, quòd si ciuiliter punitur de eodem delicto, scilicet quod plus exigit, si fuerit accusatus, & conuictus, quòd in tali crimine perseuerat, capite punietur, uel si non perseuerat, punietur extra ordinem, & hoc dicit, Nota in princ. huius l. de pœna collectorū,
1 ut dixi supra tit. 1. l. missi. Secundo nota quod ciuilis non tollit criminalem, quod dic supra quando ciuil act. præiud. crimin. per
2 totum. Tertio nota cupiditatem, seu auaritiam legitimis ictibus feriendam, ut supra de inoffic. testam. cum in suo. est enim auaritia mater omnium malorum, maxime cum iudicum animabus inhęret, vt in auth. vt iud. sine quoq. suffr. §. & hæc non fuit sola, & vocatur profanus ardor auaritiæ, ut supra de Episcopis. & cler. l. si quemquam, & idolorum seruitus, ut extra de præb. cap. auaritiæ iuxtà illud, cum semel obtinuit cunctorum mater malorum; pestis auaritiæ, quæ sola incarcerat omnes, virtutum species, & omnia ex concupiscentia oriuntur, vt extra de constit. cap. nam concupiscentia. & dic, vt ibi not. & alibi dicitur ceca, vt infra de municip. patrimon. l. professio. Vltimo quòd punitur perseuerantia in delictis, quod dic vt supra de Episc. aud. l. 3.

Rub. de capiend. & distrah. pignor. tributor. causa.

Res eorum. Si tributarius non soluat tributum, possunt vendi, & capi res suæ, & dari emptoribus firmitate perpetua possidendi.

Satis.

Satis. Debitor tributi si non soluat, non debet incarcerari, sed bona sua poterunt capi, & uendi, quod intellige, nisi sit contumax in soluendo, quia tunc tradi poterit custodiæ militari, ut tit. 2. l. nemo.

Rubr. de apochis publ. & de descript. curial. &c.

SUMMARIUM.

1 *Apocharum publicarum vsus, & ratio quæ qualisque esse debebat pro soluentibus tributa.*

2 *Collecta soluenda secundum bonorum quantitatem: nunc in regno plus rusticus quàm nobilis soluit.*

3 *Princeps omnibus bene securitatem præbet.*

Ad inferiorum. Quinque sunt dicta huius l. ad euidentiam nota quòd susceptores habebãt suos curiales minores, qui supra tit. 3. vocantur interdum apparitores, interdum opinatores, ut eod. tit. l. apparitores, & l. missi, & inferiores curiales, siue opinatores, nil exigebant, sed pecuniam exactam à præside infra annum susceptori soluebant, ut in l. missi, qui susceptores, facta solutione, multoties tributorum sibi ab illis inferioribus curialibus inficiebãtur eis aliquid esse solutum, quod redundabat in præiudicium illorum minorum curialium soluen-
1 tium, qui duplum cogebantur soluere, ut in l. missi. Ad istam ergo oppressionem petentium susceptorum cohibendam, mandat Imperator quòd illi inferiores non antea soluant susceptoribus, nisi apoca recepta, insinuata coram præside Prouinciæ, aliàs apoca non ualet, & hoc dicit usque ibi, sed & aurum. Secundo dicitur quid contineatur in apoca illa, & dicitur quòd cum aurum soluitur illi susceptori, debet scribi in apoca nomen soluentis, dies, & causa, & quantitas, quæ soluitur, quo & descriptionis æquitas illustretur, & descriptis documentis euidentius fulciatur. Tertio ibi, hoc etiam obseruando, quòd istæ scripturæ singulis quatuor mensibus ad publica scrinia dirigantur, ut appareat quantum à quolibet sit exactum, & per hoc cum nos omnia sciemus, nullus ad relationem petentium, aut oppressorum inferiorum poterit aliquid obtentare. Quarto ibi; Quod & tunc &c. dicitur, quod istæ scripturæ sunt maximè necessariæ, cum aliqua persona de bonis curialibus curiæ, quod est interdum, vt habebis quando. &

quib. quarta par. & de impon. lucr. descript. nam debent hæc bona curiæ acquisita inscribi, ad publica scrinia redigi: aliàs si hæc scriptura non fieret, occultarentur illa bona per potentes, & non esset, qui solueret collectas nomine illorum bonorum, quod ad aliorum inferiorum dispendium pertinet, ut supra de exactor. trib. l. Actores. Vltimò, & quinto imponit pœnam non seruantibus formam præfatam. Legitur secundo modo princip. huius l. vt sit sensus, dicit Imperator, quòd in ponendis collectis consueuerunt grauari inferiores à potentioribus; nunc, ne hoc fiat, mandat Imperator, vt quando cogentibus necessitatibus, & diuersis negotijs, imponenda est collecta, describi nomina, facultates singulorum, & cuilibet debet imponi onus secundum quantitatem bonorum, vt suprà de annon. indictiones, & hæc scriptura fiat coram præside, aliàs non valet. Secundum dictum loquitur de apoca, quam facit susceptor opinatoribus, & quid debet contineri, & hic casus non mutatur. omnia alia dicta, tertium, & quartum referunt ad primum, & non mutantur. Et secundum hoc in princ. huius l. debet esse tantum; ad inferiorum, non debet esse, curialium. Dic idem, sic uocantur, qui turi soluunt collectas, non autem ponentur pro opinatoribus, sicut in primo casu. Nota ꝙ potentes consueuerunt opprimere inferiores ut supra ne lic. poterit. l. 1. Secundo nota quid debet contineri in apoca. Tertio de causa ponenda in libello, & in stipulatione vt supra de ed. diu. Adr. tol-
2 len. l. fin. & ff. de dol. except. l. 3. §. circa. Quartò nota quòd soluit quis collectam secundum quantitatem bonorum suorum, ut hic & supra de annon. indictiones. Aliud per constitutionem imperialem obseruatur in regno, quia plus rusticus, quàm nobilis soluit.
3 Quinto nota quòd imperator subuenit pauperibus, sicut diuitibus, nam omnibus securitatem præbet, ut ff. de pen. l. capitalium. §. ad statuas. Item nota casum in l. ista, in quo est scriptura necessaria. Vltimò nota in tertio dicto, quòd tollenda est occasio delinquendi, concor. de uenditis. reb. ciu. l. vltima. §. in defensa.

S V M M A R I V M.

1 *Intellectus duplex huius legis exponitur.*

Semel. Lex ista iudicio meo duobus modis potest intelligi uno modo sic planè. Ego tributarius solui tributū præsidi, & recepi apocam cum debiti solemnitate, successor illius præ-

sidis

ſidis iterum a me petit idem tributum, Ego ero ſecurus, oblata iſta apoca, nec eam poterit refutare, quia non debet tributarius, qui ſoluit functo iam negotio, iterum pati controuerſiam, ſed facta ſemel ſecuritate lætari. Et ſecundum iſtum caſum nota, quòd facit Prior, ſucceſſor non poteſt infringere, concord. ſupra ſent. res. non poſſ. l. 1. cum ſimil. Item nota quòd poſt factam ſecuritatem à fiſco de ſoluto, non poteſt opponere Exceptionem non ſolutæ pecuniæ, ut infra eod. l. fin. priuatus autem infra triginta dies opponet, & ſecundum hunc caſum intelliguntur omnes gloſſ. excepta ultima. Secundò intelligitur ſic. Titius fuit exactor tributorum, ſiue opinator, pecuniam, quam recepit à preſide, aſſignauit ſuſceptori, & recepit ab eo apocam, ut ſupra l. prox. in prin. Secundum primum caſum primi dicti, ſi ſequens ſuſceptor iterum petat eandem pecuniam, non debet refutare, ſeu refricare dictam apocam, ſed erit ſecurus, qui eam habet, & non debet iterum eligi ad dictum officium exigendi tributa. quod dicit, erit anno immunis, quod intellige, ſi ſunt alij idonei, & ſi non ipſe idem poterit eligi, ut ff. de muner. & hon. l. honor in fin. & ſecundum iſtum caſum loquitur ultima glo. quæ aliàs non poſſet intelligi, ubi ſic caſus ſecūdo poneretur. Primus mihi planior, & uerior.

SUMMARIUM.

1 *Præſumptioni ſtatur quandiu contrarium non probatur.*
2 *Præſumitur de præterito ad magis præteritum: interdum de præſenti ad præteritum.*

Quicunque. Ego poſſidebam fundum tributarium, petunturque tributa, ponamus. x. annorū, ego dico quòd ſolui omnia tributa, & probo tātum ſolutionem trium annorum proximè præteritorum, dicitur, ꝙ ſolutio cæterorum ſeptem annorum præſumitur, niſi tributorum exactor probet contrarium, ſcilicet, quòd ego non ſolui tributum illorum ſeptem annorum, inducendo inſtrumentum contra me, in quo confitebar me debere illa tributa ſeptem annorum, vel per teſtes probet, quia ſic poterit probari contra præfatam præſumptionem, & hoc dicit.
1 Et ſic nota, quòd ſtatur præſumptioni quandiu contrariū non probatur, & quòd præſumptio transfert onus probandi, vt ff. de probat. pactum, & l. cum de indebito, & ſupra de probat. l. ſiue poſſidetis, & ff. quod met. cau. l. ſi in princ. Secundò nota legem auream. habeo fundum à te in emphyteuſim, petis à me canonem decem annorum, dico me ſoluiſſe, & probo de tribus, certè ſufficit, vt hic

vt videar in præteritis soluisse, vt hic not. & de iur. emph. l. 2. in magna glo. & sic de facto obtinui per hanc l. cui non poterat responderi. Et nota quòd præsumitur de præterito ad magis præteritum, interdum de præsenti ad præteritū, vt supra de adulter. si quis. Interdum de præterito ad præsens, vt ff. de re mil. l. non omnis. §. à barbaris, & de accusat. si cui. §. 1. & de hoc not. plenè. ff. ꝙ met. caus. l. fi.

Vltrà. Qui soluit tributum, & apocam solemniter accepit incontinenti est securus, nec contra istam apocam poterit opponi exceptio non solutæ pecuniæ, & hoc dicit, vt supra l. semel, & est iste casus specialis, aliàs infra xxx. dies posset opponi, vt supra de non num. pecun. l. in contractibus.

Rubr. de can. largition. titul.

SUMMARIUM.

1 *Prolixitas agendorum uitanda, vbi nulla est utilitas.*

Omnem summam. Ad euidentiam nota de exactoribus tributorū, vt diximus in l. missi, Dicitur ergo hic ꝙ tributa, quæ exactor tributorum exegerit, debet mittere ad thesaurum, mittat ad thesaurū proximioris prouinciæ cum subscriptione tabulariorum, scilicet susceptorum, & aliorum, qui debent subscribere, & cum assignant tributa præposito thesaurorum, ille præpositus debet subscribere faciendo apocā de receptis isto exactori, prout traditur supra tit. 1. l. 1. si sic fiet, integer numerus exactorum perueniet ad ærarium, siue ad comitem rerum priuatarum: quod dicit, non poterit decipi, & hoc dicit. No-
1 ta euitandam esse viæ prolixitatem, vbi nulla est fisci vtilitas, quia dicit hic quòd ad proximos thesauros debet mittere, de hoc dic, de an. & trib. l. pro locis, & l. seq.

SUMMARIUM.

1 *Palatini qui dirigebantur ad præsides causa exigendorum tributorum.*
2 *Qui per alium quid facit, non uidetur aliquando ipse facere.*

1 Neque sacrarum. Palatini ponuntur hic pro opinatoribus, de quibus dictū est supra de exactor. trib. l. missi, & idē dicitur in hac l. quod in principio illius,

præter-

præterquàm hic ponitur alia pœna, quàm ibi, in quo potest dici, ꝙ lex ista cum sit posterior, corrigit illam. Pone ergo casum: Palatini, qui diriguntur ad præsides causa exigẽdorum tributorum, qui hic largitiones appellantur, non debent aliquid ipsi Palatini exigere, sed soluere, nisi sciente præside, vt exigatur. Secundo dicitur, ꝙ si præses voluerit se exonerare ab onere exigendi tributa, commiserit hanc exactionem Palatinis, cum suo officio multabitur mul-
2 ta xx. librarum auri. Nota quòd quis per alium facit, non videtur ipse facere quod dic, vt dixi supra de thesaur. l. vn. alia, quæ faciunt ad L. istam, vide in l. nulli. 2. vers.

SVMMARIVM.

1 *Cartularijs qui vocabantur, & quod officium exercebant: eorumq; exemptio.*
2 *Consuetudo spectanda in muneribus subeundis.*
3 *Officiales debent contradicere superiori delinquenti: alias puniuntur.*

1 Præcipit. Ad euidentiam nota, quòd cartularij vocãtur hac l. qui pertractant, idest perfectè tractant titulos largitionales, idest quinternos, in quibus continentur largitiones, idest tributorũ solutiones, & propriè voco eos tabularios susceptorum, de quibus diximus supra de iur. fisc. l. 2. In l. ista ergo dicuntur quinque principaliter. Primo dicitur isti cartularij sunt exempti à munere cursus publici, & à quolibet alio, quod nõ consueuerunt agnoscere, & hoc ideò, vt melius, & fidelius possint largitionales titulos pertractare; & hac de causa dicũtur deposuisse amplissimam præfecturam, idest vt teneantur obedire præfecto. quòd si rector Prouinciæ contra hanc legem cartularijs onus fecerit imponi, seu passi fuerint, punientur ipsi, & sui officiales, pęna xxx. librarum auri, & hoc vsque ad vers. Insuper. Secundo dicitur, quòd vir spectabilis Comes orientis, postquàm fuerit admonitus à Palatinis, debet cohibere conatus officialium tam rectoris Prouinciæ, quàm aliorum officialium volentium compellere dictos cartularios subire munera, & debet curare, ne dictis cartularijs onera imponantur, & si Palatini Comitem non curauerint admonere, puniuntur simili pœna, vt supra dictum est. Tertiò in vers. illud &c. Dicitur ꝙ nominatio, siue electio susceptorum, & defensio dictorum tractatorum, idest curialiorum, vt à muneribus sint immunes, pertinet ad præsides, & proconsules, & præfectum augustalem, eos nihilominus admonentibus Palatinis, & hocusque in uers. prouidentibus &c. Quartò dicitur quòd licèt ad rectores prouinciarum, & aliorum superiorum pertineant supradicta, non tamen possunt

immutare,seu retinere largitionales titulos, idest tributa; nec habere licentiam transferendi titulos largitionales. Verbi gratia: duę sunt archæ; ad quas ferè omnia iura publica transferuntur, scilicet, præfecti prætorio,& procuratoris Cæsaris, seu rationalis, vt supra de exact.trib. Archam habet præses auctoritate transferendi in fiscalibus,ergo tributa, quæ sunt transferenda in archam prædicti præfecti, non habet præses auctoritatem transferendi in archam rationalis,vt hic,clarius ponitur infra de susceptor.l.duos. Quinto & vltimo dicitur quòd singulis quatuor mensibus debent præsides mittere quinternos eius, quod exactum est,& quod relictum est ad sacratissimam vrbem,vt clarius ponitur supra tit.1.l.1. In se
2 cundo dicto nota quòd prædicta facientibus pœnam imponit. Et nota in primo dicto,quòd spectanda est consuetudo in muneribus subeundis,quod dic plenè,vt not.supra de exact.trib.l.missi.Secundò nota in eodem dicto,quæ est ratio,quare detur immunitas cartularijs,vt melius possint reipublicæ deseruire, & ut non auocetur à negotijs reipublicæ. Similis ratio infra de aquædu.l.1.& infra de decurion.l.curiales. Similis ratio quare legatus habet ius reuocari di domum,ut non auocetur à sua legatione,vt ff de iudic.l.non aliter in fin.cum simil. Et cur sunt exempti à patrimonialibus, vt supra de exactor.trib.l. Actores. Intellige ergo l. istam de personali-
3 bus tantum. In secundo dicto nota quòd officiales si uiderint superiorem delinquentem, debent contradicere, aliàs puniuntur, vt sic quandam curam, ceu speculam gerant, ut superior non delinquat, ut infra de fabric.l. iure prouisum,& sic assessor audacter præsidi contradicat,cum videt eum deuiare, ut hic, & infra de decurion.l.omnis,& ibi dixi. Superior autem si uideat minorem delinquere, non tantum admonere,immo,& punire debet, ut supra de priu.carcer.l.vn. In tertio dicto nota qualiter creantur susceptores; quod dic plenè vt supra de iur.fisc.super creandis. In quarto nota quòd non potest præses imminuere tributa vt supra de anno.& trib.l.3. Secundo nota quòd collecta non debet transferri ad alios officiales,ad quos non pertinet, puta rationales, quod dic plenè, ut infra de susceptor.l.duos.

SVMMARIVM.

1 *Scriptum quod est,non intuetur quandoque sed quod debuit scribi.*

Præcipimus. Quando sunt indicenda super indicta, siue collectæ,per aliquod tempus, ante nunciatur cuilibet prouinciali sua quantitas, ut quilibet se præparet ad soluendum,

foluendum, quod dic, ut fupra de indict. l. 1. Dicitur ergo hic, quòd fi minor fumma fuerit indicta, quàm confuetudo antiqua depofcit, debet procurari per Præfides, & alios officiales, de quibus hic dicitur, ut non obftante illa minori indictione, exigatur quantitas confueta. Et fic nota duo. Primo quòd in folutione tributorum, attenditur confuetudo, quòd dic, ut fupra de exact. trib. l. miffi. Se-
1 cundò quòd non intuetur, quod fcriptum eft, fed quod debuit fcribi, fimile. ff. de offic. præfid. l. licet.

Rub. Ne opera à collator. exig.

SVMMARIVM.

1 *Qui grauatur in uno, releuatur in alio.*

Vnica operarum. Qui habēt foluere tributa, funt immunes ab alijs angarijs, & perangarijs, nifi in cafibus, puta in aduentu Principis, & in alio cafu, ut in-
1 fra tit. 1. l. fin. de facrofan. eccle f. l. neminem, & eft ratio huius legis, qui grauatur in uno, releuatur in alio.

Rubr. de immun. nem. conced.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio punitur conficiens fuper uetito inftrumentum.*
2 *Prouinciales omnes debebant agnofcere tributa.*

Si is. Comburendus eft tabellio, qui fcripfit inftrumenta de immunitate tributorum alicui fraudulēter, vel ambitiosè, ergo caffata omni immunitatis gratia, oēs neceffitas tributariæ functionis adftringat, quæ neceffitas firmata eft confilio Prouintialiū iudicum, cenfitorum, feu peræquatorum. Nota primo quòd non valet refcriptum immunitatis, quod dic vt fupra de an. & trib. l. in
1 fraudem. Secundo quòd punitur tabellio, qui fuper uetito conficit
2 inftrumentum, quod dic vt fupra de pet. bon. fub l. 2. Tertio ꝙ omnes debent agnofcere tributa, fubaudi prouintiales, quod dic vt fupra de an. & trib. l. 3. & ex hoc collige aliud notabile, ꝙ in folutione tributorū attēditur æqualitas, quod dixi fupra in præall. l. in fraudē.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prouinciales erant immunes a personalib. oneribus, non a patrimonialib. principis.*

Per bithyniam. Licet Prouinciales sint immunes a personalibus, vt supra tit. 1. non tamẽ a patrimonialibus, quæ inducuntur personis pro rebus immobilibus, & mobilibus, vt supra de annonis. l. pro locis. verbi gratia vt conferatur ad Pontium, & aggerum, & uiarum refectionem. Et dic ꝙ ab alijs patrimonialibus, quæ indicuntur rebus, constat, quòd non excusantur ut supra l. prox. Immo ipsi soli agnoscunt; illa enim proprie sunt tributa, de quibus habuistis de an. & trib. per totum, maxime. l. 2. & habes expressum infra de susceptor. l. modios.

Rubr. de conditis in publ. horr.

SVMMARIVM.

1 *Noua rei adiectione uelatur ueteris corruptio.*

Omnia. Pone respublica habet in horreis frumẽtum nouũ, & uetus, mandat Imperator, ut cum vult frumentũ nouum dare pistoribus pro faciendo pane militibus, det primò frumentum uetus, sed si sit uetus ualde corruptum, cõmisceat ibi de nouo, ut ita per adiectionem noui, ueletur ueteris frumenti corruptio. Vltimò dicitur, ꝙ custodia, & mensura frumenti erit committenda fideli, & hoc dicit. Nota de uirtute adiectionis, quòd adiectione noui uelatur ueteris corruptio, sicut adiectione boni ueneni uelatur, & tollitur nociuum ueneni mali. l. quòd sepè. §. ueneni. ff. de contrah. empt. & not. plenè de uirtute adiectionis, de testam. mian. l. testamento.

SVMMARIVM.

1 *Præses punitur propter negligentiam, vel delictum suorum officialium.*

Cum ad quamlibet. Loquitur Præsidi Imperator, & dicit ꝙ cũ Præses uadit per Prouinciam, debet frequenter uidere horrea publica, & frumenta, quæ ibi sunt, & procurare, ut incorrupta frumẽta dẽtur militibus, & si

& si negligentia officij frumenta, quæ ibi sunt, fuerint pluuia corrupta, puta quia domus, in qua erant horrea erat discoperta, & ita negligentia procuratoris sartorum tectorum, totũ ad damnum præ-
1 sidis redundabit. Nota quòd punitur præses propter negligẽtiam, uel delictum officialiũ suorũ, ratio est, quia ipse uidetur delinquere, habendo malos officiales, ut in auth. vt iud. sin. quo suffe. §. eos.

Nulli. Qui aufert, seu furatur frumentum publicis horreis deputatum, deportatur omnibus publicatis. Nota extraordinariam pœnam in furto, aliàs est arbitraria, vt ff. de furt. l. ult.

Rub. vt nem. lic. in empt. spec.

Quoties. Euenit interdum, q frumenta, & horrea publica non sufficiunt militibus, & ita, cogente necessitate, necessaria est pecunia pro emendo ordeo, & frumento, ad hanc pecuniam congregandam, omnes debent conferre, nec aliquis excusatur quolibet priuilegio, etiam si habeat sacros apices, & ab hoc nullus alius excusatur, nec domus Principis, nec Augustę, idest illi, qui habitant in domibus illis, & hoc dicit. Nota idem hic quod supra de immun. nem. concedenda l. 1. plenè dixi.

Rubr. de collatione donatorum.

SUMMARIUM.

1 *Canon ordinarius, onusve ordinarium est id, quod anno quolibet præstatur.*
2 *Consuetudo lege approbata non tollitur rescripto, nisi dicat, non obstante tali &c.*

Dispositionem. l. Ista, & si sit multum utilis, quia loquitur de quibusdam prædijs, est tamẽ obscura, & ideò ad euidentiam, nota quòd quando datur alicui prædium in censum facienda est descriptio, & mercedis promissio, ut habes. ff. de censib. l. forma, & si prædia chasmate in aliqua parte perierunt, est facienda per censitorem releuatio census, ut in præall. l. §. 1. scilicet si primus possessor, qui cepit ad censum, re uti non potest. Interdum fit donatio, quia cum nil possit haberi censitor donat alicui. Interdum fit adæratio, quia si primò promittant frumentum, uel uinum pro censu, modo dant censum alicuius entis, vt soluat possessor etiam pecuniam nomine census. Tempore ergo

go Antiochi Imperatoris, quia prædia censualia casmatæ perierũt, aliqua prędia erant translata, aliqua releuata, aliqua donata, aliqua ęrata, & forte pro modico censu; statuit Antiochus Imperator, ꝙ omnia talia prædia soluerent certum quid pro præterito, & futuro tempore quolibet anno, & ita fieret conueniens solutio, & hoc cõ firmat Imperator Valentinus, qui fecit legem istam, & mandat ꝙ non mutetur hoc precium prætextu alicuius priuilegij, nec augumentetur, & sic nil innouetur, sed quod consuetum est, seruetur hucusq; tali consuetudini hac.l. approbante, nullo obuiante rescri pto. Vltimò punit impetrantes rescriptum de minuendo hoc cen-
1 su, & iudices recipientes ipsa rescripta, & hoc dicit. Nota in princ. huius l. illum esse canonem, & ordinarium onus, quod quolibet
2 Anno præstatur. concord. supra de sacros. eccles. placet. Secundò nota quòd consuetudo, lege approbata non tollitur rescripto: subaudi, nisi dicat, non obstante tali &c. Tertiò nota quòd rescriptum etiam proprio motu Principis contra publicam vtilitatem non tenet, de quo dixi de petit. bonor. sublat l. 2.

Rubr. de collatione æris.

SVMMARIVM.

1 *Soluitur aliud pro alio a uolente uolenti, non autem ab inuito.*

Æris. Collatores, qui debebant certum quid in ęre soluere, pro qualibet libra æris, puta pro una libra æris tenebatur soluere æs, uolebat aliud pro alio, puta pro ære uolebat soluere aurũ: tractatur hic quantum de auro dare debet loco ęris, & respõdetur, quòd pro singulis .xx. libris æris, soluent vnum aureum, vel solidũ, quia idem est solidus, quod aureus, vt dixi infra de veter. numis. pot. Et sic nota quòd soluitur aliud pro alio, à volente volenti, non autem ab inuito &c. instit. de action. §. præterea, nec inuito vt infra. de fabricens. l. 1. vt dixi.

Rubr. De discussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Discussor qui uocabatur.*

Quoties. Ad euidentiam nota, quando est imponenda aliqua collecta, siue superindictum, inquirũtur facultates singulorum, vt quilibet soluat secundum modum possessionum sua-

num sua-

rum suarum, vt in hac l. & supra de an. & trib. l. indictiones, & supra. de imm. nem. conced. l. vn. Et iste, qui mittebatur ad inquirendum, vocabatur discussor. Si pronunciauit maius esse patrimoniũ alicuius, quàm esset, & de hoc fuerit ipse conuictus, ipse tenebitur soluere pro ea quantitate, quam alium asseruit possidere, & per cõsequens alium asseruit debitorem. Nota contra æstimatores terrarũ, qui malè extimauerũt dona alicuius mille, quæ ualebant cẽtum in Regno, & no. plenius in gl. rubr. quibus modis dicatur discussor.

SVMMARIVM.

1 *Instrumento amisso, potest tabellio compelli, ut iterum ex abbreuiaturis extrahat.*

Ne casu. Solui tributa reipublicę, & recepi securitatẽ, & apocam, & nihilominus scriptum est in rationibus publicis qualiter ego solui, amisi illam apocam, venit idem, vel alius exactor, & petijt a me idem tributũ, dico ego me soluisse, petit exactor apocam, dicens, aut solue, aut ostende apocã; dicitur quòd nõ debeo ad hoc compelli, ex quo constat in publicis ratiocinijs me soluisse, & hoc dicit. Nota in litera contra illos, qui sunt de præda solliciti, & quærunt prædę occasionem, concord. infra. de sol. debit.
1 ciuil. l. vn. & ibi dixi. Nota argumentum quòd si instrumentum est amissum, & abbreuiatura est penes tabellionem, quo potest compelli, vt iterum faciat, vt hic notatur.

Per singulas. Discussio iugerum, idest inquisitio bonorũ, ut dixi in prin. l. 1. committitur honoratis vsque ad comites, militibus non militantibus, & suis obsequijs non adhærentibus, & aduocatis præsidis prouinciæ, & hoc dicit, soluitur contrarium de aduocatis, vt not. supra. de aduoc. diuer. in d. l. sancimus.

Rubr. de decurionibus.

SVMMARIVM.

1 *Pater eo quòd filio electo ad aliquod officiũ non contradicit, consentire uidetur.*
2 *Res publica in casu debitorum fuit prioris cõditionis quàm priuata: nunc est ius cõe.*

Si cum te. Filius familias volente Patre, quod est eo ipso ꝙ non contradixit, fuit electus decurio, dicitur, ꝙ tenetur Pater ista gestione filij, tamen prius bona filij, postea patris, & hære-

1 & hæredes eius sunt excutienda,& hoc dicit. Nota, quòd eo ipso, quod Pater filio electo ad aliquod officium non contradicit, consentire videtur, vt plenè not. ff. ad municipal. l. 2. in princ. l. Secundò nota, quòd ex quo fuit electus filius decurio uoluntate patris, in gestis ab eo tãquam à Decurione, tenetur pater eius, & hæres patris eius indistinctè. Sed si aliàs fuit assumptus in Magistratum, ad quem soli decuriones eliguntur, distinguitur, aut viuo patre assumpsit illũ Magistratum, & tenentur Patris hæredes, vt in præall. l. ff. ad municipal. Aut eo mortuò, & non tenentur, vt eo. tit. l. Lucius. §. idem respondent heredes, nisi pater hoc in sua volũtate expressit, vt. ff. fam.
2 hære. filia. §. neratius. Vltimò nota casum, in quo res publica est secundum iura ista deterioris conditionis, quàm priuata, nã priuatus creditor habet electionem conuenire fideiussorem, vel debitorem vt supra de fideiussor. iure nostro, secus in republica, quia prius contra debitorem & in subsidium contra fideiussorem, vel eum, qui loco fideiussoris habetur, vt hic & supra et ff de adm. rer. ad ciuit. pert. l. 4. in fi. hodie est ius commune, vt in auth. de fideiussor.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur extra iudicium ab electione ad aliquod officium.*
2 *Qui nominauit aliquem inhabilem, tenetur ad sumptus: sic iudex qui fecit litem suam.*

Obseruare. Quando sunt eligendi Magristatus, siue officiales, decuriones conueniunt in locum, vbi regitur curia, sicut Bononiæ in Palatio communis, & eligunt officiales & statim, quòd aliquis est electus, debent decuriones nuntiare electo electionem suam, & iste electus ex tunc poterit appellare, & si constiterit illum non debuisse eligi, vel quia aliquam iustam causam excusationis habebat, recuperabit omnes sumptus, quos fecit
1 in lite à nominatore, & hoc dicit. Nota quòd appellatur extra iudicium, idest ab electione, ut hic, aliàs uidetur assentire, & excusatio-
2 nem admittit, vt, supra de appellat. l. 2. quia ciuilia munera &c. Secundò nota, quòd qui aliquem inhabilem nominauit, tenetur ad sumptus, quia temere ipsum elegit, sicut qui temere aliquem ad iudicium vocat, vt. ff. de iudic. l. eũ quem temere, & est ratio, vt notatur supra de excus. tutor. l. seueriter in fi. Et sic iudex tenetur, qui fecit litem suam, vt inst. de oblig. quæ ex qua. del. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Ius suum priuilegiumve quis perdit quandoque ipso facto, siue tacite.*

Cum

Cum decurionatus. Aliquis habens excusationem ętatis, quia quinquaginta quinque annorum erat, electus fuit in decurionem, non contradixit, dicitur quòd à modo non potest impetrare, vt ab albo, idest à nume-
1 ro decurionum priuetur. Nota quod ipso facto, siue tacite, quis perdit priuilegium suum, vt de hoc dicitur infra de his, qui spons. mun. sub l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Filius adoptiuus habet imaginem filij naturalis.*

2 *Decurio, nec eius filius non torquetur: Iudex punitur cum excedit in puniendo modum. 3.*

Cum adoptiuum. Filius adoptiuus decurionis, sicut legitimus, & naturalis non debet torqueri, vnde cum in iure accusatum filium adoptiuum decurionis præses tormētauit, dicitur, quòd præses est puniendus congruē-
1 ti pœna. Nota quòd filius adoptiuus habet imaginem filij natu-
2 ralis, vt hic & ff. de liber. & posth. l. filio, & ff. de senator. l. 5. Secundò nota quòd decurio, vel eius filius non torquetur, vt supra de quæst.
3 l. nihil. Tertiò nota ꝙ punitur iudex cum excedit modum in puniendo, de hoc dixi supra de exact. tribut. l. nemo in fin. 1. respon.

SVMMARIVM.

1 *Patris contradictio in electione filij ad munus publicum, ualet quo ad quid, & quo ad quid non ualet.*

Filios. Filius familias pōt eligi ad munera publicā, etiā patre cōtradicente, sed ipse pater nō tenetur, nisi cōsenserit suæ nominationi, idest non contradixit, vt dixi supra l. 1. Et nota ꝙ
1 contradictio patris valet quo ad quid, & quo ad quid non, quātum ad hoc ne subeat munera publica, vt hic, & ff. de mun. & hon. l. 3. §. filius, & l. honor. §. plebei, & est ratio quia quātum ad ius ciuile &c. vt ff. ad treb. l. quia & pater, de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. filius. valet quantum ad hoc, vt ipse pater non teneatur, subaudi in solidum, tenetur tamen de peculio, & sic intelligitur, quòd hic dicitur, & supra quòd cum eo. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones possunt tam litterati quam illiterati esse.*

Expertes.

1 Expertes. Possunt esse decuriones, ne dum literati, sed etiã illiterati, & est ratio vt supra de iudic. l. pen. aduocatus autem non potest esse nisi iure peritus, vt supra de postul. l. 2. & de Adu. diuers. iud. l. iurisperitos.

SVMMARIVM.

1 *Fratrum bona habentium indiuisa, & una domo uiuentium alter non tenetur pro altero de munere gesto.*

Licet. Quamuis ego, & frater meus habeamus bona indiuisa, & viuamus in eadem domo, nõ tamen, teneor ego pro munere ab eo gesto, & est ratio, quia quod ipse acquirit non communicat mihi, vt. ff. pro soc. cum duobus. §. fratres.

SVMMARIVM.

1 *Infamia repellit aliquem ab honore habito & habendo.*
2 *Morbus non repellit aliquem ab honore iam habito.*

Infamia. Quidam decurio propter aliquod delictum, quod infamiam irrogat, fuit exoculatus à modo non potest esse decurio, immo desinit esse, non quia cœcus, sed quia infa-
1 mis. Nota infamia repellit aliquem ab honore habito, & haben-
eo, quia portæ dignitatum, infamibus patere non debent, vt infra
2 de dignitat. l. 2. & de infam. l. vna. Item nota, ꝙ morbus non repellit aliquem ab honore iam habito, vt hic, & ff. de postul. l. 1. §. quamuis, sed ab honore habendo, sic ut infra qui morb. l. 1.

In albo. Ille decurio, qui filios habet, præferendus est ei, qui non habet filios, scilicet peius scribatur in albo, & ei præferatur. Nota quòd patres habent honores per filios, sicut è cõtra filij per patres vt supra eo. cum adoptiuum, & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Aetas 70. annorũ excusat quidem a muneribus personalibus, non a patrimonialib.*

1 Si vltra. Qui habet lxx. annos, excusatur à muneribus personalibus, quia a patrimonialibus nemo excusatur vt supra de anno. & tribut. l. 3. Item nota, ꝙ superueniens ætas maior ante creatum decurionem non excusat, quòd dic, vt hic not. in gl. an.

Vxorem.

Vxorem. Pro decurionatu mariti non conuenitur, vxor facit supra ne ux.pro mat.

SVMMARIVM.

1 *Infames non habent immunitatem munerum.*

1 **Nec infames.** Infames non habent immunitatem munerum, quia infamia non præstat immunitatem, quod not. vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum in fi. & infra de infamib. l. una.

A muneribus. Sententia Præsidis, qua pronunciatum est, aliquem non esse decurionem, non excusat aliquem à decurionatu, nec quinquaginta anni, nec podagra. Quod dicit de sententria, dic si fuit gratiosa, ut not. de postul. l. 1. & quod dicit de annis, dic ꝙ sufficiunt quinquagintaquinque, ut ff. eo. l. 2. in fin quod dicit de podagra, dic nisi eum reddat prorsus inhabilem, ut infra qui morb. l. fin.

Nemo. Non potest iudex liberare decurionem à decurionatu, sed solus Princeps, & ad tempus, nõ in perpetuũ, & hoc dicit, quod dicit de iudice, dic ut supra l. prox. quod dixi de temporali excusatione à Principe concedenda concor. de his, qui à princ. racat. accep. & dic ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Decurio non potest esse tabellio.*

1 **Vniuersos.** Decurio non potest esse tabellio, contra supra de fals. si quis decurio, sol. vt ibi. Et collige argu. quòd si decurio non potest esse tabellio, quia qui est decurio, habet dignitatem, ergo aduocatus non potest esse tabellio, quia militant patroni causarum.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus duplex est huius legis.*

1 **Si quis decurio.** L. ista duob. modis legitur. Si ex causa reipublicæ, vel propter publicam causam aliquis decurio venerit ad Principem, non debet recedere, nisi

E petita,

petita, & obtenta licentia à iudice, ideſt à Principe, qui eſt iudex iudicum, aliàs punitur, Et nota ſecundum iſtum caſum, quòd Princeps eſt iudex iudicũ, & meritò, quia vigor iuſtitiæ vt ſupra de iur.
1 fiſc. l. prohibitum in fi. Item nota non ſufficit petere licentiã, niſi conſequatur. Secundò legitur, vt ſit ſenſus. Cùm decurio vult venire ad Principem ob aliquam cauſam, debet venire cum licentia ſui iudicis obtenta, vt ita poſſit ſe oſtendere decurio; ſic ſupra de epiſc. & cler. l. ſi qua per calumniam, in fi.

Qui derelicta. Si decurio, prima curia derelicta, dedit ſe militiæ reuocatur ab illa curia, & curiæ redditur. concor. quòd not. infra de muril. l. 1. & de cohortal. l. ſi cohortali cum multis ſimilibus. An.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus onera ſubire quis compellitur remedijs prætoris.*

Si ad Magiſtratum. Qui electus eſt ad Magiſtratum aliquem, puta duumuiratus, & ipſe aufugit, eſt requirendus, & ſi in contumacia latitans perſeuerat, alij eliguntur, ponamus duumuiri, & bona contumacis eis aſſignãtur, & ſi poſtea inueniatur ille cõtumax, cogetur ſubire onus, duplicatum, ſcilicet per biennium erit in eo officio, in quo à Principe fuit electus ante; & hanc pœnam patiuntur quicunque recu-
1 ſant aſſumere officium, in quo electi ſunt, vt hic dicitur. Et not. ꝙ compellitur aliquis ſubire onera Magiſtratus remedijs prætoris, ſcilicet multa indicta, captis pignoribus, vt ff. de mun. & hon. l. ſi quis magiſtratus cum ſimil. Item nota quæ dixi in l. quamuis. Et nota qualis proceſſus debeat ſeruari contra iſtum contumacem determinat eadem l. quamuis, vbi plenè ponitur tenor huius legis.

SVMMARIVM.

1 *Excuſatio in quibus muneribus quæ valeat, & quibus modis.*

Euacuatis. Reſcripta Principis, & pacta alicui præſtantis immunitatem à patrimonialibus non valent, & dic plenè vt ſuprà de anno. & trib. in fraudem plenè dixi. No-
1 ta in quibus muneribus, & quibus modis aliquis excuſetur, ut hic not. in magna glo.

Circen-

Circensium. Sicut quis magistratum cogitur suscipere, vt eo.tit.si ad magistratum, ita perficere inchoatum, & si aliquis dereliquit inchoatum reuocabitur ad eum gerendum, impensas, quas fecit ciuitas in quęrendo ipsum, recuperabit ab eo, & hoc dicit.

SUMMARIUM.

1 *Decuriones à muneribus rei priuatæ, & à quolibet extraordinario sunt immunes.*
2 *Onus sustinenti non potest aliud onus inferri, tamen bonos sic.*

1 Curiales. Decuriones à muneribus rei priuatæ, & quolibet extraordinario sunt immunes: quia satis est eos ciuitatum munera congruè explicare, quam rationem nota. similis
2 ratio supra de can.largit.l.præcepit, & ibi dixi. Item nota quòd non debet addi afflictio afflictis. Sed licet sustinēti onus non possit aliud onus inferri; tamen honor sic, vt ff. de mun. & hon. l. honor.

Eos. Hæc l. est localis, & dicit ꝙ qui nascitur ex matre antiochena sequitur matris conditionē, & ideò in prouincia Antiochena erit decurio, vbi patris prouincia trahat eum ad alium alterius ciuitatis, arg. contra hanc l. l. nullus, fol. vt ibi dixi.

SUMMARIUM.

1 *Ciuitatem qui de nouo inhabitare venit, non tenetur soluere collectas pro debitis factis ante suum aduentum.*
2 *Successor in officio non tenetur pro debitis præcessoris.*

1 Prouidendum. Facit hæc l. prouidendum argum. quòd ciuis, qui venit ad standum de nouo in ciuitate, non tenetur soluere collectas impositas pro debitis factis, antequam veniret ad ciuitatem. Qui de nouo decurio creatur, nō cogitur soluere debita contracta ab illis præteritis decurionibus; puta si alij fuerunt susceptores, & ex illo officio reliqua contraxe-
2 runt. Nota successorem pro debitis anterioribus non teneri, vt hic, & infra de censib. l. 1.

SUMMARIUM.

1 *Filios duodecim habens ab omni munere est immunis etiam patrimonialibus.*

1 **Si quis decurio.** Qui habet xij. filios ab omni munere est immunis, etiam patrimonialibus, vt hic notatur, & est ratio quia oportet patrem vacare educationi filiorum, vt ff. de iur. immun. l. semper. § & si natorum.

Curiales. Qui vult agere contra curialem, seu decurionem conueniat eum coram suo iudice in eandem ciuitatem, nec trahet ipsum ad præsidem prouinciæ extra suam ciuitatem, nisi publica necessitas hoc requirat, quæ non habet legem, vt ff. de consulib. l. 1. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Religionis prætextu non debet quis effugere munera.*

Quidam ignauiæ. Sunt quidam volentes euitare munera ciuitatum, puta ne fiant decuriones, fingunt se oblatos alicuius monasterij, & latitant in monasterio; dicit Imperator quòd isti sunt reuocandi ab illis, vt subeant munera ciuitatis. qui si inueniri nō possunt propter istas latebras, idest latitationes illicitas, debent carere bonis suis, quæ dabuntur
1 subrogato in locum eius, & hoc dicit. Nota quòd prætextu religionis non debet quis effugere munera, ne prætextu liciti, fiat illicitum concor. infra de colon. illir. l. 1. Secundò nota arg. quòd alicui propter contumaciam potest imponi pœna omnium bonorum, de hoc dixi suprà de iur. fis. l. certa. Item nota argu. quòd qui aliqua simulatione, & cum teneatur non vult soluere collectas, ꝙ patiatur hanc pœnam. Item nota quòd potest præcisè compelli, si inuenitur, remedijs prætoris, vt munera subeat, vt dixi supra eo. l. ad magistratum.

Paternæ. Filius militis qui electus ad decurionatū non reclamauit allegando priuilegiū paternæ militiæ à modo priuilegio paternæ militiæ non vtetur, & facit quod not. supra l. 3. Secundo dicitur quòd habens auum militem, & patrem decurionem, sequitur potius conditionem paterni honoris, quàm aui honorem. arg. contra. ff. de senator. l. emancipatum, in fin. sol. illud facit odium delicti, hoc fauor.

Nullus. Non ualet priuilegium, nec aliquis subeat patrimonij munera, dic ut supra eo. l. euacuatis.

Nati-

Nati. Qui nascitur de decurione, & matre inquilina Principis, non est decurio, quia sequitur matris, & non patris conditionem, quod est not. vt hic, & infra de muril. l. fin. & l. si is, & de agr. & cens. l. fin.

Procuratores. Procuratores reipublicæ, idest decuriones ciuitatis possunt actiones nomine ciuitatis, & suscipere, & mouere; & subaudi per actorem, qui eligitur, ut dicitur supra eod. l. 2. & ff. quod cuiusq. vn. nom. l. nulli.

SVMMARIVM.

1 *Publica vtilitas priuatæ est præferenda.*

Ex omnibus. Qui est origine curialis, & filius decurionis, si est electus ad aliquem magistratum, in quacunque domo sit, fortè latitans protrahi debet, vt publicam subeat functionem; & qui occultant dictum curialem prosequentes potius ipsius vtilitatem, quàm publicam functionem, puniuntur pœna infamiæ, & omnium bonorum. Nota quòd punitur aliquis, qui publicam vtilitatem non præfert priuatæ, & sic nota, quòd publica vtilitas priuatæ est præferēda, vt ff. pro soc. l. actione. §. idem Labeo, quod est verum, cum priuatā includitur in publica, ut extra de postul. cap. bonæ memoriæ, & ibi not. & allegant Canonistæ. ff. de arbitr. licet, & supra de seru. & aqua. l. præses, sed certè dicta lex non loquitur de publica, & priuata mea, & alterius, in quo casu dicimus, ꝙ ordinata charitas incipit à se ipso, at vbi tractatur de publica, & priuata, semper publica præfertur priuatæ, & si priuata nō includatur in publica, ut not. supra de cad. toll. §. fi. & in §. præall. Labeo. Item nota casum specialem, in quo aliquis inuitus de domo, extrahitur, regulariter contra ff. de in ius vocan. l. plerique.

Fabricenses. Si decurio ad Fabricam transiens se fabricensium corpori aggregauerit, reuertatur ad curiam, & Fabricenses non leui inquietudine, idest pœna pulsentur, qui eum receperunt; quod facit supra eod. qui derelicta; quod ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Infamia non remittitur per rescriptum principis.*

2 *Subditi prælato, & officiales præsidi male agenti resistere possunt.*

Omnes iudices. Omnes Præsides prouinciarum, qui stultè consueuerunt decuriones subdere tormentis à simili temeraria vsurpatione abstineant, quia pro nullo delicto scienter, vel erroneè commisso, debet torqueri decurio. Secundò imponit pœnam infamiæ, & xx. librarum auri præsidi contrafacięti, vt nec per rescriptum Principis infamia remittatur. Tertio imponit pœnam officialibus decem librarum auri, nã non possunt torqueri vt supra de quæst. l. nihil, & supra eod. cum adoptiuum. fallit in criminibus exceptis, vt supra ad l. iul. mai. l. nullus. Quartò nota casum, in quo nõ remittitur infamia per rescriptum Principis; & ita est hic casus, in quo rescriptum nil operatur. quod dic vt supra de pet. bon. subl. l. 1. & similis est ratio in l. fin. regulariter contra, quia infamiam solus Princeps remittit, vt ff. de postul.
1 l. 1. §. deinde, & supra de sent. pass. l. 1. Vltimò nota quòd subditi officiales possunt resistere prælato, vel præsidi male agenti, & si non resistant, puniuntur, vt hic, & supra de can. larg. l. præcipit, & supra de appellat. quoniam cum alijs concord. hic not. Sed quare magis puniuntur officiales, quàm præses, responde immo magis præses, quia est infamis, licet in pecunia minus, argum. ff. de pœn. l. in seruorum in fin.

SVMMARIVM.

1 *Procuratoris officium indignum & vile.*

Si quis procurationem. Prohibetur decurio esse procurator, & qui facit eum procuratorem, non obstante alicuius Priuilegio dignitatis, grauissima pœna damnatur, ipse autem decurio, qui procuratoris vilissimum suscepit officium, damnatur exilio. Nota quòd est vi-
1 lissimum officium, & infamissimum procuratoris, & ideò ab eo non excusantur infames, vt inst. de except. §. fi. Item collige argum. quòd procurator sit infamis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quod datur patri an detur filio.*

In filijs. Tria dicuntur hac l. primò dicitur, quòd filij decurionum sunt decuriones, & ideò retinendi sunt in honore, & onere curiæ, secundum quod volunt iura antiqua. Secundò dicitur. Decurio, licet possit esse aduocatus, non tamen causa

aduna-

adunationis debet deserere curiam, vnde compellitur curiæ deseruire, nec liberatur à curia, licet curia non egeat eo. Tertio dicitur, quòd non tantum filij decurionum, qui nullam habent excusationem, sunt decuriones, vt in princ. Sed etiam filij eorum decurionum, qui habēt excusationem à curia, qui sunt magistri artium, vnde si aliquis de curia efficitur magister, licet ipse excusetur à curia, non excusantur filij sui. Nota quòd sicut ad honorem habendum, filij decurionum habent decurionum prærogatiuam, vt supra eo. cum adoptiuum, & in l. prox. ita quantum ad onus curiæ agnoscendum, vt hic, & est ratio, quia non tantum patri, quàm patriæ nascitur, vt supra de ventr. in poss. mitten. l. 1. §. & generaliter. Secundò nota quòd retinetur in curia decurio, & si non sit necessarius, nam quædam habere possumus, & si nobis vtilia non sunt,
1 vt ff. si ser. vend. l. ei fundo. Tertio nota quòd priuilegium, quod datur patri, nō datur filio, vt hic supra eo. paternæ, & ff. de vac. mun. l. in honoribus. §. vacationum. Et sic colligunt quidam argu. quòd priuilegium doctoris non detur filio, nec familiæ, quod non est verum, immo datur, vt infra de profess. & med. l. fi. & hoc venit fauore curiæ, & de hoc dicitur plenè in præall. l. de profess.

SVMMARIVM.

1 *Concessio generalis interdum plus valet quàm specialis, cum regulariter sit contra.*

Exemplo. Sicut filius senatoris, sequitur patris conditionem, & non matris, ita & filius decurionis, non obstante rescripto specialiter indulto, vt filius sequatur matris conditionem, & hoc dicit, vt supra de pet. bon. subl. l. 1. Et benè dixi specialiter, nam generaliter concessum alicui prouinciæ valet, vt ff. ad
1 municip. l. 1. in fi. Et sic nota mirabile, quòd plus valet concessio generalis, quàm specialis, regulariter contra, vt. ff. siq. caution. in §. quæsitum. Sed hoc facit fauor multorum.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata ita pro veritate accipitur, vt ob eā non valeat principis rescriptum.*

Quotiescunque. Si constat aliquem esse decurionem, vel ex sua origine, vel ex sententia dif-
1 finitiua, non eximitur a curia aliquo rescripto nostro. Nota casum, in quo non valet Principis rescriptum, vt dixi supra l. prox.

1 Ita quòd res iudicata pro veritate accipitur, vt dicit regula iuris, ut ff de stat.hom.l ingenuum.

SVMMARIVM.

1 *Criminosum non dignitas, sed pœnæ debent comitari. & nu. 2. & 3.*
2 *Reipublicæ interest pœnas ob maleficia solui.*

Ne quis. Si officialis Imperatoris, vel præsidis delinquat, propter quod sit puniendus, non debet senator, vel pręses suum officialem damnare, nisi decurio à curia aufugerit, tunc
1 debet eum reddere curiæ suæ, & est ratio primi dicti, quia criminosum non dignitas, sed pœna debet comitari, & hoc dicit. Et nota udplicem rationem, quare criminosus non est curiæ loco supplicij damnandus. Primo quia nemo pro delicto est alicui corpori aggregandus, vt supra de pen. l. nequis, & plenius not. infra de meta
2 tath. l. fin. in gl. or. Et ratio, quæ hic redditur: quia criminosum &c. ex qua ratione, nota quòd pœnæ debent comitari criminosum, & sicut alibi dicitur, publicè interest pœnas ob maleficia solui, ut ff.
3 de fideiussor. mortuo, in fi. Item nota quòd dignitas non est conferenda criminoso; sed licet priuetur honoris cõmoditate, & non tamen honoris grauitate, vt de infam. l. vna, cum simil.

Curiales. Decuriones, qui recedunt à curia compellendi, sunt redire ad eam licet sint de domo Principis, concor. supra eod. l. quidam ignauiæ, & infra eo. omnes, & infra de cohortal. l. si cohortalis, cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Decurio quandoque patitur pœnam plebeiorum, cum regulariter sit contra.*

Quilibet. Si aliquis principalis, id est decurio, vel decoctor pecuniæ publicæ, id est qui pecuniæ publicæ præerat, dum exigit superindicta, siue tributa, aliquid vltra debitum exegit, vel pecuniam publicam fraudauit, quam exegit; tam præfectus prætorio, quàm quilibet alius iudex, id est præses Prouinciæ,
1 poterit eum damnare ad opus metalli, & hoc dicit. Nota specialem casum, in quo decurio patitur pœnam plebeorum, regulariter contra, vt ff. eo. l. omnis, nisi de consensu Principis, vt ff. de pen. l. diui. §. decurionibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Negotia commißa citius expediunt plures, quandoque contra.*

Decurio. Qui origine decurio est, suam curiã suffragio, vel ambitione aliqua non immutat, etiam si in illam peruenit ætatem quæ nouerit excusare electum. Et hoc ideo quia interest curiæ plures esse, quia officialium ordinatio citius, & melius per plurimos expeditur. Nota quòd licet ætas.lv.annorum aliquem nouerit nominatum excusare, vt ff.eo.l.2.in fi. non tamen facit desinere, qui ante decurio extitit; Et ita citius impedit inchoandum, quam impediat inchoatum arg.ff.de his, qui sunt sui, vel alie. iur.l.patre furioso, arg.contra.ff.de arbitr.non distinguemus.§.satis
1 datio, vt ibi not.sol. Nota arg.ꝙ citius expediunt commissa negotia plures, aliàs contra, quia segnius, vt arg. infra quando. & quibus quar.pars.deb.l.2.

SVMMARIVM.

1 *Processus contra non subditum dicitur illicitus.*

Militaribus. Prohibet militares viros, & Magistros militum, & Duces, & tribunos militum punire curiales, siue decuriones, vel inurere eis magnam, vel modicã iniuriam, & sic nihil commune habeant viri militares cũ curijs, idest curialibus; idest nõ agnoscant de criminibus ab eis commissis: cõtra facientes punit. Nota ille processus, qui habetur contra non subditum, dicitur illicitus, vt hic expresse hoc dicitur.

Omnes. Decuriones, qui se aggregant aliquibus officijs, quibus suæ curiæ præiudicatur, idest, quia curiæ adesse non potest: sunt ad curiam reuocandi, nec proderit eis rescriptum nostrum, concordat supra eo.l.quotiescunque.

SVMMARIVM.

1 *Matris conditio non trahit filium ad aliquam curiam.*

Nullus. Si aliquis habeat matrem de genere decurionum, non propterea ipse filius efficitur de Curia, quia mulier non facit aliquem obnoxium curię, à qua mulier est immunis.

Nota

2 Nota ibi, quòd matris conditio non trahit filium ad aliquam curiam, vt supra eo. eos. secus in patre.

SVMMARIVM.

1 *Maioris partis factum assensusque ualet, & probat. Fallit in aliquibus. 2. sed quid si maior pars non esset præsens. 3.*

4 *Minor pars quæ sit regulariter relinquitur arbitrio iudicis.*

Nominationum. Ad euidentiam nota, cum sint eligẽdi magistratus, vel officiales decuriones conueniunt ad certum locum, puta in Palatio communis, & eligunt eos, vt supra eo. obseruare. dicitur ergo in hac l. quòd si omnes decuriones non poterunt esse, cum fieret electio, & saltim duæ partes fuerint præsentes, valent electiones factæ per duas partes, quia paucorum absentia, idest tertiæ partis ordinis non infirmāt, quòd salubriter factum est a maiori parte: nam duæ partes ordinis decurionum totam curiam repræsentant, & hoc dicit. Nota
1 quod fit à maiori parte, ualet, vt hic, & ff. ad municip. l quod maior. & alibi, quòd maioris partis probat assensus, solemnis affirmat authoritas, vt infra de legation. si quod. contra, ff. com. diu. l. Sabinus. sed ad hanc dissonantiam tollendam distingue. Aut aliquid est cõmune inter plures uniuersos, collegium, siue ciuitas, & obtinent iura allegata, & auth. hoc ius porrectum. Aut est commune tanquã inter singulos, & inter cohæredes, & obtinent iura superius allegata, vt non stetur iudicio partis maioris, sed sit potior conditio prohibentis, & expectetur dissentientis consensus, arg. ff. de seru. rust. præd. l. si in fundo, & com. præd. l fin, & supra de auctor. tutor. l. fin.
2 Fallit fauore religionis, in it. de rer. diuis. §. in locum. Secundo fauore liberationis, vt ff. de pact. l. maiorem. Tertio fauore libertatis vt supra de com. seru. man. l. 1. Quartò si uelit alter vti re communi ad eum usum, ad quem est inuenta, vt. ff. com. diuid. Si ædes, & not. de hoc extra de institut. c. cum accessissent. Sed quæro quid si ma-
3 ior pars non esset præsens, respon. tenetur minor pars præsens ire ad maiorem absentem. arg. extra de elect. c. quia propter, & not. extra de elect. c. bonæ memoriæ, circa prin. in gl. Si citati &c. Sed an sint uocandi absentes, quod uidetur si commodè vocari possint, aliàs non, vt extra de elect. c. cum inter uniuersas, & cap. in genesi, in fin & est ratio quia plus possit prodesse consensus vnius, quam contradictio plurimorum, vt extra de elect. c. bonæ memoriæ. Sed hoc credo uerum, cum tractatur de alijs negotijs ciuitatis, quia tũc
4 non exigo uocari absentes, vt not. in dicto c. cũ inter. Vltimò collige hic

ge hic plura notabilia, quòd pauci dicitur tertia pars, sicut hic manifestè patet, & ita colligitur hic determinatio illius. l. ff. de verb. signif. hæc adiectio pluris; ad idem facit inst. de hæred. quæ ab intest. defer. §. interdum, alibi dicitur quarta, vt dixi infra quando, & quib. quar. pars deb. l. 2. regulariter tamen relinquitur arbitrio iudicātis. l. non enim. ff. ex quib. cau. maior.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas facit aliquem esse suspectum.*
2 *Suspecto non committitur administratio publica.*

Ad subeunda. Cum eliguntur decuriones, eligi debent diuites, non pauperes, ita vt publicas pos-
1 sint functiones implere. Nota quòd paupertas facit aliquem esse suspectum, vt hic, & ff. qui satisd. cog. l. fideiussor in fi. l. iuxta illud: Quantum quisque sua maiorum seruat in archa, tunc habet fidē.
2 Item nota quòd suspecto non committitur administratio publica, nam propter suspicionem ab administratione repellitur, vt ff. de suspect. tut. l. suspectus.

SVMMARIVM.

1 *Perseuerantia in delictis punitur.*
2 *Inobedientia etiam punitur.*

Curiales. Si curiales aliquam mereantur dignitatem, puta honorariam, quia fuerunt aduocati fisci, vel comitiuam, nihilominus debent subesse iudici, qui præest toti curiæ, nec propter dignitatem, quam meruit, iudicem suorum præcepta despiciat, uel contemnat, contra faciens punitur, & illa, quam meruit, priuatur honestate concord. infra de dignitat. l. 2. cum simil. &
1 dic ut ibi. Item nota quòd punitur perseuerantia in delictis, quod
2 dic ut supra de superexact. l. vna in fi. Item nota de pœna inobediētiæ, vt not. ff. de re milit. l. 4. §. in bello, & extra de tempor. ordin. c. cū aures, & de maior. & obed. dilecta. in fin. & ff. de reg. iur. non uidetur data 3. §. 1.

In successione. Mortuo decurione patre, agnatio, idest linea filiorū, qui dicuntur proximi agnati in curia perseuerant, uel dic parentum agnatio; idest tenentur agnati, qui successerunt, si decurio, qui decessit, male administrauit, vt supra eod. l. 1.

Omnes.

Omnes. Quicunque eſt curiæ obnoxius, quia eſt decurio cuiuſcunque religionis ſit, ſiue Iudæus, ſiue chriſtianus, debet ſubire munera curiæ. Dic circa iudæos, vt nota. ff. eo. l. 3. in fin.

Omnes. Quo ad officij effectum idem dicitur hic quod ſupra eo. curiales qui ſe. Nã dicitur quòd curialis, qui prætextu alicuius dignitatis curiam dereliquit, eſt ad Curiam reuocandus: curiæ muneribus ſeruiturus ſed quid ſi fiat Epiſcopus dicetur infra eo. l. pen. Andr.

Quamuis. l. Iſta determinat legem illam, ſi ad magiſtratũ, nec plus quantum ad effectum dicit vna quam alia. Immo, vt verius loquar hæc determinat in aliquo illam, & illa in aliquo iſtam. Dic ergo, quòd ſi electus ad munus publicum ſit contumax, nec comparet edictis legitimis requiſitus, quòd expectatur per annum, & ſi in contumacia perſtiterit, de bonis ſuis curiæ conſuletur, id eſt; quia dabuntur ſubrogatis in locum eius, vt in l. ſi ad Magiſtratum, & in hoc illa hanc determinat, ꝙ dicit de anno iſta determinat illam. Vltimò dicitur ex quo habuit annum ad reuertendum, non poterit conqueri de temporis breuitate. Nota quod datur iſtis requiſitis in cauſa terminus, vt ff. de req. reis. l. 1. Cetera dic circa l. iſtam, vt not. ſupra eod. l. quidam ignauiæ, & l. ſi ad magiſtratum.

SVMMARIVM.

1 *Munera non debent in eiſdem continuari, exiſtentibus alijs idoneis.*

Quis tam. Prohibet in Magnificis urbibus, quibus eſt copia decurionum, continuari onera, vel honores ab aliquibus decurionibus, cæteris quieſcentibus, qui ſunt idonei
1 ad munera ſubeunda. Tunc ſic nota, quòd vbi ſunt plures, nõ ſunt continuanda munera, ſecus autem ſi non eſſent alij idonei, vt. ff. de muner. & hon. l. honor.

SVMMARIVM.

1 *Legatus poteſt etiam excommunicare extra ſuam prouinciam.*

Duum virum. Qui curiæ præſunt, non poſſunt habere aliquam dignitatem extra terminos ſuæ ciuitatis, & eſt ratio, ne deſerant curiã, vt ſupra eo. curiales vltra: vel

dic quòd

dic quòd non exercent officium extra territorium suum, quia tūc impune eis non paretur, ut ff. de iurisd. omn. iud. l. fin. & de off. præs.
1 l. 3. Et secundum hunc casum nota quòd legatus iste potest excōicare extra suam Prouinciam, vt extra de off. leg. c. venit, vbi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Ius nemo sibi dicere potest: quandoque fallit.*
2 *Capere nemo potest delinquentem sine iudicis mandato.*
3 *Capiat, quando iudex, quando priuatus, ac officialis.*

Generali. Duumuir, qui preest curiæ, si decurionem inuenerit fugitiuum, & desit copia præsidis, potest eum repugnantem auctoritate propria capere, & ipsum ducere ad præsidis examen. Secundo dicitur, quòd vbi præses non explicet hanc
1 quæstionem infra tres menses punietur in x. libras auri. Nota in primo dicto instantiam contra regulam, regula est, vt nemo sibi dicat ius, alias cadit a iure suo, vt supra de iudęis, nullus, & in l. extat, & l. si quis in tantum. fallit tamen, cum non inuenitur copia iudicis, ut hic, & in l. nullus à contrario sensu, & ff. de his, quæ in frau. credit. l.
2 ait prætor. §. si quis debitorem, cum sim. qui not. in l. nullus. Secundo nota ꝙ regulariter non potest quis capere delinquentem sine iudicis mādato, vt supra de exhib. reis l. fi. fallit hic & in casibus ibi
3 notatis in glo. Et vtile est circa materiam istam aliquantulum euagemus, videndo quando possit capere iudex, & quādo priuatus, & quando officialis: quando iudex capiat his legibus patet. ff. ad l. iul. pecul. l. sacrilegij. §. pen. supra de epis. & cler. cum quis curialis. ff. de aleæ vsu. l. fin. Item si condemnatus non vult cedere bonis supra de his, qui bon. ced. poss. l. 1. Item in debitore fisci contumace supra de exact. trib. l. nemo carcerem in 3. dicto. Itē in fraudatore, qui satisfacere nequit, ut ff. de off præs. l. diuus. Item in maleficijs, hoc est planum, quia pro qualitate personarum, & criminum incarcerantur, vt ff. de cust. reor. l. diuus. Itē incarceratur seruus fugitiuus, vt ff. de seru. fug. l. 1. §. 1. Quando autem priuatus possit, patet in l. ff. de his, quæ in frau. cred. ait prætor in alleg. l. nullus, à contr. sensu, & in casibus octo, qui not. supra de exhib. reis l. fi. Itē quilibet incarcerare, vel ligare potest seruū suum, vt ff. depositi. l. si quis hominem, aliàs autē priuatus non incarcerat, immo punitur vt supra de priu. carcer. l. vn. Quando autem officialis possit patet supra de accusat. l. ea quidem, & infra de decan. l. 1. In secundo dicto nota instantiam contra. l. properandum., quia causa ciuilis durat spatio trium mensium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Muneribus conditionis suæ quilibet tenetur deseruire.*

Siquis decurio. Si decurio militauerit curia derelicta, nulla effici potest præscriptione securus quoniam ipse, & sui libere redire ad curiam tenentur. Nota quòd nullo tempore spatio xl. Annorum præscribitur curiali, ut supra de
1 præscri. 30. anno. l. præscriptioni. Item nota quòd quilibet tenetur suæ conditionis muneribus deseruire, quod dic vt supra eod. l. curiales, qui, & l. omnes omnino, & potest, & infra de cohortal. si cohortalis.

Alexandrinis. Decuriones Alexandriæ, & si habeāt aduocationis dignitatem, tamen non debent peregrinari extra patriam, nec aliqua publica cura extra suam ciuitatem eis committitur. Secundo dicitur quod ille qui de nouo uocatur ad decurionatum, si munera sibi iniuncta compleuit, rediēs ad curiam, postquam ad summum peruenerit gradum, dignitate ordinis comitiuę fruatur; sed licet habeat hāc dignitatem, vel aliā, nihilominus erit decurio & hoc dicit, & sic debet obedire iudici, qui præest curiæ, omnia alia dic, vt dixi supra eod. curiales, qui.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria mutatur quandoque in corporalem: non contra.*
2 *Priuilegia dantur benemeritis, nec cuilibet indistincte.*

Quinque. Idē ferè dicitur hic, & in l. seq. Decuriones Alexandriæ, qui vocantur hic summates, si committant aliquod crimen, de quo priuatus esset damnandus in corpore, ipsi damnātur pecuniariter, & ita in corporalibus iniurijs, idest, pęnis, habent excusationem, vt in l. seq. in princ. Secundo dicitur hic quando eliguntur isti decuriones, debent eligi boni, præsente tota curia, & iudicio uiri spectabilis Augustalis, & hic quidem nota quòd bonis tantum datur hoc priuilegium, non cuilibet indistinctè, quod est not. ut infra eo. l. prox. in fi. ibi, vt hoc benè cogniti &c.
1 Et nota in hac. l. & seq. quòd crimen pecuniariter punitur. Secundò nota quòd licet regulariter pęna pecuniaria cōmuniter in corporalem commutetur, puta propter paupertatem, vt ff. de pęn. l. 1. §. generaliter, cum multis simil. ibi no. non tamen è contra, nisi huius. l. & nisi, vt not. ff. de his, qui not. infa. l. quid ergo. §. pęna grauior.

Item

2 Item not. in fi. huius. l. & seq. quòd benè meritis priuilegia dantur, nec cuilibet indistinctè, vt ff. de minor. quòd si minor. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Praescriptio currit bonis, & non malis.*

1 Eum qui. Dic vt supra l. proxim. dixi, & tantum nota, quòd praescriptio currit bonis, & non malis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia officialium, qui consueuerunt corrumpi, non ualent.*
2 *Dare qui tenetur, potest etiam per alium dare: non autem per alium potest facere, qui facere tenetur.*

SI quos spontaneos. Quando praedia publica sunt dāda in emphyteusim, decuriones debent nominare emphyteotas munificos, & idoneos. Dicitur ergo hic, quòd ubi aliquis decurio emphyteotam nominauit munificum, & ille nominatus confestim consentit, non est expectandus consensus Augustalis, quia multoties consueuit corrumpi. Sed solummodo dicto Augustalis referuntur nomina nominatoris, qui vocatur hic creator, & nominati, quem debet dictus Augustalis cō-
1 firmare, & si confirmare noluerit, punitur, & hoc dicit. Nota cōtra officiales, qui consueuerunt corrumpi, quorum sententiae non ualent, ut supra quando prou. non est necesse. l. ueniales. Item nota, quod facit inferior, confirmat superior, concord. in auth. de defensar. ciuit. §. iterum. aduerte q̄ hic est principium legis, & incipit nullus, qui ideo ponas eam separatim, nullus qui. Decurio debet per se, & non per alium curatorem, seruire, etiam si est spectabilis, nisi, vel habeat hoc ex priuilegio Principis, vt per alium seruire possit: vel illustrem meruit dignitatē. Nota arg. contra uasallum, qui non potest seruire etiam per substitutum, nisi sit clericus uel episcopus, vt supra de epis. & cler. l. ad similitudinem, qui hodie in totum eximitur, vt ibi not. Item ut sit Illustris, ut hic, qui similiter in totum eximitur, ut infra eo. l. fin. Seu potest dici, q̄ hoc sit speciale in decurione, nam regulare est, quod possum facere per me, & per alium,
2 infra diem. Secundò nota, q̄ ubi quis tenetur dare, potest per aliū, vt infra de agr. & cens. l. 4. & ff. de stat. hom. l. arethusa. & de condit. inst. l. fi. Si uerò tenetur facere, non potest facere per alium, ut hac l. & est ratio, quia inter artifices magna est differentia, ut ff. de solution. l.

tion.l.inter Artifices,sed ne obstent multa iura hic,restringas in tali facto nunquid exigitur actus certę personæ, ut est exemplum supra de cadu.toll.§. ne autem,& in casu huius.l alias regulariter possum facere per alium,ut supra de contrah.stipul.l. ne fiscus,& l.fi.& ff.de duobus reis.l. nemo,nisi casualiter contrarium inueniatur, vt supra de iur.emphi.l. 2.& not istos casus contra hãc regulam. ff. de adm.rer ad ciu pert.l 2.in princ.& dixi supra de thesaur.l.una. Et ex premissis nota quòd facta recipiũt distinctionem,quia alia possunt fieri per alium,alia non. Sed ea, quæ sunt in damno nullã recipiunt distinctionem Sic & alibi facta alia sunt diuidua, & alia indiuidua. ff.de uerbo oblig.l.eadem.§.cato.Sed distintio diuidui, & indiuidui non cadit in dando,vt de uerbo.obliga.in fi.

Neque. Lex ista parum ualet,&quia ponit ius in certis personis,& quia loquitur contra ius commune: quia sic placuit Imperatori,& nota ad euidentiam quòd secundum ius cõmune si decurio efficiatur Illustris,ipse eximitur à curia, & filij sui prius suscepti remanent curiales,vt infra eo.l.curiales,& l.fi.hic uero ponitur ius speciale in Dorotheo, & Irenæo,qui fuerunt filij cuiusdam decurionis, qui post natiuitatem istorũ, Illustrem meruit dignitatem,licet nati sint ante dignitatem patris,cum & ipsi, & liberi sui, & bona sua sint immunes a curia,& hoc vsq; ibi, lege &c. Dicet aliquis ex quo non trahuntur per patrem ad aliquam curiã, debent saltim sequi conditionem matris, ut sint decuriones illius ciuitatis,vnde est mater,ut supra l. eos,quod hic remouet Imperator:dicens legem illam nõ habere locum in Dorotheo,& Ireneo; sed in cęteris alijs personis,suam obtineat firmitatem,& hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Filius sequitur interdum matris conditionem.*
2 *Confessus semel in iure æquiparatur conuicto.*
3 *De Vassallagio si patri non est mota lis,filio moueri non potest. Sic contra, si ingratitudinis vel felloniæ lis mota non fuit a defuncto, nec ab hærede moueri põt.*

Si ille. Titius natus est ex matre filia decurionis Antiochenæ ciuitatis, & sic ex matre curiali, & ex patre nõ curiali,& hoc confessus fuerat in iudicio: dicitur ꝙ debet sequi cõditionem matris, & inseruire curiæ,unde mater duxit originem,& hoc vsq; ibi ; Quod si quem &c. & hoc totum habes supra eo.l.eos. Secundo dicitur quod si Titio quam diu vixit, nulla est mota quæstio à curia, non sunt inquietandi filij Titij, quia non debet,prætermisso filio,

1 so filio, hæc quæstio incipi à nepote, & hoc dicit. Nota in primo casu, in quo filius sequitur matris conditionem, ut dixi in l. eos,
2 & supra l. proxim. Secundò nota semel in iure confessus æquiparatur conuicto, & ideò resilire non potest concord. supra de non
3 numer. pecun. l. cum fidem, cum simil. Vltimò nota argumen. ad quæstionem feudalem, quod si de uasallagio non est patri mota quæstio, filio moueri non possit, sic è contra, si quæstio ingratitudinis, vel felloniæ non est mota à defuncto, nec potest moueri ab hærede vt supra de reuoc. don. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati post illustrem dignitatem peractam, vel ea durante, similiter sunt exempti.*

Doctitij. Quod dixit supra eod. l. neque Dorotheum, dicit hic in Doctitio, qui natus est ex patre decurione, qui post fuit effectus Illustris, vnde vult Imperator quod sit exemptus à curiali conditione, si quis contrafaciat, vult teneri crimine
1 sacrilegij. Vltimo dicitur quod filij, qui nascuntur post Illustrem dignitatem peractam, uel ea durante, similiter sunt exempti, & hoc de iure communi.

Neminem. L. ista cum duabus sequentibus tractat de ultima parte rubricæ, scilicet quibus modis decuriones à curia liberantur. Et in hac l. discutiuntur tria. Primo dicitur quod omnes illi decuriones, qui ab initio Imperij habuerunt dignitatem illustrem, puta, quia fuerunt Comites rerum priuatarum, uel ragitionales, uel domesticorum, uel quæstores, & alias nominat dignitates, nec ipsi, nec posteri sui a Curia sunt immunes, nisi de hoc habeant priuilegium speciale. Tamen ne inanem uideantur habere dignitatem curiæ per substitutos poterunt seruire habentes integra priuilegia dignitatum, & hoc usque; eos uerò &c. ibi dicitur, quod illi decuriones, qui ante nostrum imperium, dignitatem similiter habuerunt, indistinctè, & ipsi, & filij sui à curia sunt immunes. Tertio ibi, nos autem &c. dicit de quibusdam dignitatibus à consule, scilicet qui fortè erant superillustres, vt siue ante imperium, siue post illam, decuriones consequuti sunt dignitatem, & ipsi, & liberi, & bona sua indistinctè ab oneribus curiæ sunt immunes. Nota in hac l. quod omnes isti, qui nominãtur in hac l sunt illustres, ut patet in lege proxima.

SVMMARIVM.

1 *Liber exemptusve non videtur ille, qui cogitur seruire per substitutum.*

Diuæ. L. ista corrigit primam partem superioris legis prox. aliàs duas confirmat. dictum est in l. prox. superiori, quod decuriones qui post nuncium imperij, tamen ante cõstitutionem istam, illustrem dignitatem cõsequuti sunt, quòd non sunt immunes à curiali constitutione, sed debent saltim seruire per substitutos, & repetit de verbo ad verbum per primam partem proximam l. vsque ibi, hi &c. vnde dicit hic Imperator, quòd isti videbantur habere inane dignitatis nomen, ex quo per substitutum cogebantur seruire, cum & constitutio ista fuit facta post dignitatem illorum, vnde non debuit illi imponere. In lege quæritur, sint exempti à curialibus conditionibus, vt nec per se, nec per alios seruiant, & est est ratio, cum conueniat lex futuras regulas imponere; nec præteritas calumnias excitare, vt suprà de leg. & constitut. l. leges, & constitutio cæteras superioris legis confirmat, & sic per leges istas non datur immunitas futuris post legem istã illustribus, quin per substitutos teneantur seruire, vt supra eo l. nullus, sed per l. seq. sic quan-
1 do solam tenet, & de hac, & superiori, ne cures. Nota tamen in hac l. quòd ille non videtur liber vel exemptus, qui per substitutum cogitur seruire; quia ex quo per alium seruit, ipse videtur seruire.

SVMMARIVM.

1 *Patris dignitas prodest filijs tantum post susceptis: similiter & delictum nocet.*
2 *Vasalli felonia an noceat filijs.*

Vltima. Lex ista licet sit longa in verbis, est tamen breuis intellectu, numerantur enim in littera duodecim dignitates, quæ liberant decuriones à curiali fortuna, & filios susceptos post dignitatem, non ante, vt in uersic. quòd vrbicorum; sed hoc corrigit in uers. Ex æuo &c. & vult ut soli post dignitatem nati habeant immunitatem. vltimò in uersic. alijs autem &c. remouet omnes alios modos: quibus antiquitus decuriones à curia ef-
1 ficiebantur immunes. Nota ergo, quòd dignitas patris prodest non iam susceptis, sed post susceptis tantum, sicut & delictum patris, seu ingratitudo non nocet ante susceptis, sed post, ut supra de
2 libert. & eor. liber. l. 2. Et faciunt ad quæstionem de vasallo committente

mittente felloniam,& quæritur an illa Fellonia noceat filijs, quòd non noceat. Remanet ergo speciale in Dorotheo, & Irenæo, & Doctitio ut supra eodem l. neque, & l. doctitij. Quibus autem dignitas patris prodest. Item nunquid omnes dignitates, quæ hic numerantur, liberant aliquem à patria potestate, ut in auth. constit. quæ de dignitat. & episc.

Rubr. Si seruus ad decur. aspirau.

Si libertus. Ad euidentiam nota, quòd quilibet per restitutionem natalium, efficitur ingenuus per impetrationem annulorum aureorum consequitur imaginem ingenuitatis, quia admitti potest ad honores, vt supra de iur. aur. an. l. 1. & 2. Dicitur ergo hic quòd libertus non dicitur restitutus natalibus, nisi impetrato iure aureorum annulorum, passus fuit se eligi in decurionem, repellitur à curia, & punitur per l. Iuliam viscellã, vt supra ad l. Iul. viscell. l. 1. Hodie verò non habet locum nec ista lex, nec illa per auth. vt libert. de cætero 6. coll.

Præses. Si seruus alicuius passus fuit se eligi in ædilem, & illo munere factus est, si sciebat se seruum ab illo repellitur, & congruenti pœna damnatur, si ignorans solummodo domino redditur. Et nota circa legem istam, vt infra qui mil. non poss. l. penul. in fin.

Rubr. de præd. decur. sine decr. non alien.

SVMMARIVM.

1 *Venditio in aliquibus casibus fieri non potest, nisi rei familiaris necessitate cogente.*
2 *Emens lege prohibente perdit & rem & precium.*

Si quis decurio. Ad euidentiam nota, quòd interest reipublicæ habere idoneos, & diuites curiales, ut infra l. prox. in fi. & est ratio, quia decuriones tantum eliguntur ad munera publica, ut not. supra tit. 2. l. nominationum, & munera non sunt concedenda, nisi idoneis, ut supra tit. 2. l. ad subeunda. Et ideo Imperator hac l. gerit curam de omnibus decurionibus. Pone ergo sic casum. Quando aliquis decurio vult uende-

F 2 re præ-

re prædium suum rusticum, uel urbanum, debet adire iudicem competentem, idest præsidem assessorem, & probare iustam causam, quare multum astringitur ad uendendum, puta quia strangulatur à creditoribus, quod dicit, quia ipsum multum infestant, ut soluat eis. Si uenditio sic fiet in præsentia prædicti præsidis, nulla poterit fraus timeri, uel emptoris fortè potentis oppressio; nec aliter fiet uenditio, quàm si de necessitate uenditoris, & uoluntate patuerit comparantis. Secundo dicitur, ꝙ si aliàs facta fuerit uenditio, puta colore quæsito, ut quia fuit colore interpositus quidam non decurio, qui dicet rem suam esse, quàm uendidit, non ualet *illa* uenditio, & emptor perdit precium, quod dedit, & res decurioni restituetur, & hoc dicit. Nota casum, in quo quis non uendit nisi rei familiaris necessitate coactus, sic in pupillo, & minore ut supra de præd. minor. l. ob æs. Sic in ecclesia, ut in auth. hoc ius porrectum. Regulariter contra, quia quilibet facit de re sua, quod vult ut supra de iud. l. nemo. Item nota quòd sine authoritate, & decreto præsidis, decurio non uendit, ut supra eo. l. fi. Secundo nota ꝙ in præsentia præsidis non potest timeri oppressio, uel alicuius uiolentia. con. cor. ff. ꝙ met. cau. l. fin. Tertio contra fraudem factam legi, de persona ad personam, quod dic, ut supra ꝙ met. cau. l. si per impressionem. Vltimo nota ꝙ qui emit lege prohibente perdit & rem, & precium, quod dic, ut infra de agr. & cens. l. quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas non caret suspicione doli: ideo plus diuiti creditur quàm pauperi.*
2 *Venditio qualiter fiat à curia, è fisco, ab ecclesia, & à minore, remissiue.*

Nec venditio. Multoties conuenit, ut res, uel nomina debitorum, tibi acquirantur ut in titul. prox. Dicitur ergo hic, quòd res curiæ non debent uendi, nisi cum causa, consensu, & decreto totius ordinis. Item debitor ciuitatis cum soluit, non aliter liberatur, nisi soluat cum præcedenti cauthela siue solemnitate. Secundo dicitur ibi; ita enim &c. ꝙ precium perceptum ex uenditione rerum, uel solutione debitorũ conuertatur in emptionem prædiorum; & redditus illorum prædiorum detur decurionibus indigẽtibus. Tertio dicitur ibi, ex consensu; ꝙ ista prędia locantur de consensu præfatorum ditiorum decurionũ, uel
1 idonea fideiussione accepta a cõductoribus, & h. d. Not. in fi. huius l. plus creditur diuiti, q̃ pauperi, quia paupertas non caret suspitio-
2 ne, ut no. supra tit. 2. ad subeunda. Secundo nota qualiter uendat curia, quod dic, vt hac l. qualiter ciuitas, ut infra de uend. reb. ciu. l. fi.

Qualiter

Qualiter fiscus, vt supra de fid.instrumen. & iur. hast. fisc. qualiter Ecclesia, vt in authen. hoc ius porrectum. Qualiter minor, vt ff. de reb.eor.l.2. Qualiter decurio, vt supra eo.l. prox. Qualiter liberetur debitor pupilli.inst.quib.alien.lic.§. admonendi.

SVMMARIVM.

1 *Vendere quidam possunt, & non donare, regulariter: tamen casus etiam est in quo quis potest donare, non vendere: eique succurritur vendenti.*
2 *Cui licet quod plus est, & quod minus est licere debet.*
3 *Venditionis nomine qualibet alienatio continetur, fallit tamen quandoque.*
4 *Prohibitum in vno censetur permissum in cæteris.*
5 *Prouisio facta in casu expresso, non censetur facta in reliquis: secus vbi est omissus similis expresso.*
6 *Delegatio non fit eorum, quæ desiderant causæ cognitionem, & decreti interpositionem.*

Curiales. Tria dicũtur in hac l. Primo dicitur quòd decurio sine decreto prohibetur vendere, vt supra l. 1. sed nec prohibetur permutare, vel donare: quia ex eo apparet, quia cõstitutio loquitur de venditione; ergo cum sola vẽditio sit prohibita, donatio, & permutatio est concessa. Secundò dicitur quòd qui legitimè emit a decurione, non debet aliquid soluere, vt olim in ludo theatrali. Tertiò dicitur, quòd huius decreti interpositio non debet imponi per tabellionem, siue per tabellam, idest per delegatum, sed per ipsum præsidem relatione maioris partis curiæ, con-
1 currente, & hoc dicit. Nota casum mirabilem, in quo succurritur vendenti, & non donanti, & in quo potest donare, & non vendere, regulariter contra: nam filiusfamilias nullo modo donat rem peculiarem, ut ff. de pact. contra iuris ciuilis regulas, in fi. & de donat. l. filius, vendere tamen non prohibetur, sicut nec aliter contrahere etiam patre inuito, ut ff. de pecul. si quis. §. etiam. Item plus succurritur minori donanti, quàm vendenti, vt patet supra si min. se ma-
2 ior. dix. l. si & in prin. iij. v. lib. Nam secundũ regulam, cui licet, quod plus est, & quod minus est licere debeat. Sed ratio est duplex. Primo quia facilius vendit, quàm donat per l. ff. de probat. cũ de indebito, & sic mulieri succurritur fideiubenti, & non donanti, vt ff. ad Velleia. si ego. Secunda ratio est, quia hic vt decurio non vendat rem suam, est contra rationem, ergo non trahitur ad consequentiam, vt ff. de legib. & senatusconsul. quod contra rationem, Et hac ratione collige argum. quod dicitur de congruo, siue iure prothomiseos, quod vult: si aliquis emit fundũ mihi uicinũ; ego sum

 emptori

emptori præferendus: quia hoc, cum sit contra rationem iuris, nõ trahitur ad consequentiam, scilicet permutationem. Tertia ratio
3 redditur in littera. Secundo nota, quòd licet appellatione vẽditionis, quælibet alienatio contineatur, vt ff. de statu liberi. fallit hoc rationibus supradictis. Tertio in quo non assimilatur venditio per-
4 mutationi; quod dic, vt supra com. vtriusque iud. l. 2. Quarto nota, quòd in uno prohibetur, in cæteris permittitur, quod dic, vt su-
5 pra de iudic. l. cùm prætor. Item nota quòd prouisio facta in casu expresso, vt ff. solut. matr. si cum dotem, in princ. & de liber. & posthu l. commodissimè. Secus vbi est omissus similis expresso, vt supra de instit. & substit. l. si mater, & in l. Gallus. §. quibusdam, & ibi not. fallit, cum casus expressus est contra iuris rationem, quia non
6 extenditur ad omissum, licet in eo sit eadem ratio, vt hic. Quintò nota ea, quæ desiderant causæ cognitionem, & decreti interpositionem non delegantur, quòd dic, vt ff. de off. procur. & leg. l. nec quicquam. §. vbi decretum.

Rubr. Quan. & quib. quarta pars deb.

SVMMARIVM.

1 *Ius bonum, melius, optimum quod dicatur remissiue.*

Si decurio. Si non decurio successit decurioni curiæ debetur quarta pars huius successionis optimo iure, & hoc dicit. Et hoc intellige, quando decurio, qui decessit, non de-
1 reliquit filios hæredes, vt in l. prox. in princ. Et nota quòd dicitur optimum ius, quod pariat petitionem iure actionis. quod autem sit ius bonum, quod melius, quod optimũ, dic vt supra de vsuris. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Rerum familiarium pompa ostensa paupertatis detegitur vilitas, & inuidia patent diuitiæ. & nu. 9.*
2 *Quarta pars dicitur media totius: alias tertia dicitur media.*
3 *Particularis solutio & determinatio non medica habet incommoda.*
4 *Sortis iudicium quandoque approbatur: in electionibus reprobatur.*
5 *Maioris partis ratione interdum quis non consequitur maiorem potestatem: fallit quandoque.*
6 *Negligi quod communiter possidetur, naturale vitium est. Et segnius expediunt commissa negotia plures.*

Immobi-

7 *Immobilibus pro rebus cur non agitur ad exhibendum.*
8 *Fieri debet quod alij prodest, nemini nocet.*
10 *Inuecta in prædio rustico cur non sunt tacite obligata: inuecta autem in prædio vrbano, sic.*
11 *Nomina adiudicantur, non diuiduntur, quia sunt ipso iure diuisa.*
Matrimonium regulariter non astringitur metu pœnæ: est tamen casus contra.

Meminimus. Lex ista, quæ est longa, & pulchra, habet duas partes principales. Et durat prima pars vsque ibi; ad filiorum &c. & prima pars diuiditur in septem casus. Primo ergo commemorat.l.prox.superiorē, dicendo, quod dixi supra l.prox.quod si quis non decurio &c. q curia habeat quartam partem illius successionis. Secundo ibi, sed multi &c. tollit quandam malitiam curialium, ad quos erat peruentura dicta quarta. qui nolebant quartam totius hæreditatis, sed vt nocerent hæredi, volebant particulam, idest quartam in re qualibet. vnde mandat Imperator, vt tota hæreditas diuiditur in quatuor partes, & vnam habeat curia, tres habeat hæres, & si non conuenerint de electione, ille exiget, quem sors prætulerit, & hæc si sic fiat diuisio, expediet curiæ, & hæredi, quia negligendi commune patrimonium, & inuidendi materia remouetur, naturale quippe vitium &c. Tertio ibi, sed ubi &c. Dicitur q cum est facienda diuisio, res immobiles deducentur in medio, quia cum per se pateant, ea deuulgari minui est damnosum. Quarto ibi, mobile &c. dicitur quòd res mobiles
1 non cogitur hæres ducere in medio, sed sufficit si iuret, quia quid tam durum, & inhumanum est, quàm pompa rerum familiarium paupertatis detegere vilitatem, & inuidiæ patere diuitias? Quinto ibi, in exigendis &c. dicitur quòd a debitoribus hæreditatis, curia exiget quartam partem, & tres partes hæres, & creditoribus defuncti curia respondebit pro quarta, & hæres pro tribus. Sexto ibi, Quod si supradicti, dicitur si hæres noluit iurare pro rebus mobilibus, quòd tunc debeant inquiri res mobiles, & inuentæ, aut diuidet curia, si commodè diuidi possunt, aut non, & tunc extimantur. Septimo & vltimo ibi; in omnibus, dicit, quòd omnes transactiones factæ super his rebus erunt ratæ: & hoc dicit prima pars. In secunda parte ponuntur quatuor casus. In primo dicitur, quòd si decurio decessit, filia, vel nepote scripto hærede; sed illa filia habeat virum decurionem: quòd curia nil de illa hæreditate habebit. sicut filij masculi essent hæredes, qui verè succederent decurio Secundo ibi; Quod si post &c. dicitur, quòd si filia decurionis nes. pta hæres non erat nupta, expectatur per triennium post pu scritem, si infra id triennium vel nullo modo nubat, vel non d berta-

 ecurio-

ni nubat, curiæ quarta pars debetur. Si vero infra triennium nupta sit decurioni, nil curiæ debetur. Tertio ibi, sed & si mater &c. dicitur, quòd si mater, vel auia successit decurioni, si erat nupta decurioni, curia nihil habebit. Quarto, & ultimo, extraneum &c. dicitur, quòd si decurio extitit hæres extraneus, idest, qui non erat de liberis, sed ille hæres erat decurio: curia nil habebit, sed integra hæreditas penes extraneum remanebit, & hoc dicit. Collige ex hac l. multa not. 1. in secundo dicto, nota ꝙ nō est malitijs hominum indulgendū, qui intendunt tantum obesse alijs, & non prodesse in modum participibus opum nocere cupiunt, sua quoq; iura præci-
2 pitent. concor. ff. de rei vend. l. in fundo. Secundo nota quòd quarta pars dicitur media totius. sic supra de inoff. test. si quis in suo, aliàs tertia dicitur modica, vt dixi suprà de decurion. nominationum.
3 Tertio nota, quòd determinatur res omissa in plures partes, arg. ff. famil. hercis. metum. §. fin. & not. supra com. diuid. l. 1. in glo. 1. precio &c. & sic, & alibi particularis solutio non modica habet incom-
4 moda, vt ff. fam. herc. l. 3. Quarto nota ꝙ approbatur iudicium sortis, vt supra com. delegat. l. fi. in prin. & ff. de iudic. l. si cum ambo: tamen in electionibus, reprobatur, vt extra de sortileg. c. f. & dic ut
5 ibi. Quinto nota quòd qui habet maiorem partem in re nō habet electionem; quod ex eo apparet, quia sorte dirimitur, & ita ratione maioris partis, quis maiorem non consequitur potestatem, fallit supra de donation. Sancimus. §. si autem amplioris, & dic ut ibi.
6 Sexto nota illa pulchra uerba; Naturale quidem vitium est negligi, quod cōmuniter possidetur &c In quo nota, quòd segnius expe-
7 pediunt commissa negotia plures. In tertio dicto nota quòd res immobiles per se patent. Sic colligitur hic ratio, quare pro rebus
8 immobilibus non agitur ad exhibendum. Secundo nota, ꝙ alij prodest, nemini nocet, debet fieri, argum. ad hoc ff. de aq. pluu. arc. l. 3. §. item varus, & infra de prox. sac. cub. & supra de prec. imper. offer l. rescripta, & sunt hæc in arg. pro illa quæstione. quam no. supra de iur fis. l. facultas. In quarto dicto, nota ꝙ creditur iuratis, cōcor.
9 supra de fideiuss. l. fi. Secundo nota illa pulchra uerba. durum, & inhumanum est pompa rerum familiarium paupertatis detegere vilitatem, & inuidiæ patere diuitias. Et sumitur ex hoc arg. in con-
10 trarium in quæstione præfata. Item in hoc, & superiori proximo dicto, colligitur ratio, Quare inuecta in prædio rustico non sunt tacitè obligata, vt supra locati l. certi, quòd per se patent, quia sancta rusticitas solum contenta est ligonibus, nil habet occultum. Sed inuecta in prędio vrbano sunt tacitè obligata, vt supra in quib. cau. pig. tac. contrah. l. pen. quia si deberent obligari expresè inquirerentur, & sic inhumanum, & durum esset. In quinto dicto nota

quòd

quòd nomina non diuiduntur, sed adiudicantur, quia sunt ipso iure diuisa, vt supra fam. herc. ea, quæ in princ. In sexto dicto nota ꝙ administrator reipublicæ potest transigere: quod dic, vt supra de transl. l. præses. In tota secunda parte collige vnum notabile in versic. quòd si post parentum; nota ibi casum, in quo matrimonium astringitur metu pęnæ regulariter cōtra quod dic, vt supra de sponsal. l. fi. & de verb. obl. l. Titio.

SUMMARIUM.

1 *Quarta pars regulariter sufficit filio ex illa parte, quam erat habiturus ab intestato.*

Si quis. Quinque sunt dicta huius l. quæ parum valent. Primo dicitur, quòd si decurio decesserit, sola legitima, idest, debito bonorum subsidio filio relicto, & cætera bona sua reliquit extraneis hæredibus, uel filiabus nuptis non curialibus, quòd filio, qui succedit in onus decurionatus est supplementum, vt habeat quartam partem totius patrimonij defuncti. Secundo ibi. Ad huc &c. dicitur quòd si curialis decessit, filiabus pluribus derelictis, inter quas vna erat curiali nupta, alię secus, & filiæ curiali reliquerit quartam totius patrimonij, reliquum patrimonium suum reliquerit alijs filiabus, vel extraneis hęredibus non curialibus, in hoc casu videtur, ꝙ curia nil deberet habere, ex quo filia curiali nupta erat hæres ut supra l. 1. § ad filiorum. dicitur tamen quòd non obstat illa lex. Ab extraneis hæredibus, vel filiabus non curialibus deducetur vna quarta totius patrimonij, quæ dabitur curiæ, de quarta autem, quæ habet filia curialis nil deducatur, imò integram habebit: quia subit onera curiæ per maritum, & sic unam quartam habebit filia curialis, aliam Curia: reliquæ duæ quartæ inter alias filias, uel hæredes extraneos diuiduntur. Et quòd dicit in filia curiali instituta in quarta, idem intelligas in casu primo eius l. sicut filio curiali instituto in quarta, ut à cęteris heredibus alia quarta detrahatur, quę curiæ assignetur. Tertiò ibi, & hoc obseruari, dicitur quòd hæc sunt vera, siue qui decessit fecerit testamentum, siue non, sed ab intestato decessit, ut supra, si non successit solus curialis, vel filia curialis nupta curiali, habeat quartam partem, & aliam quartam ad minus habeat filius curialis, uel filia curiali nupta, quæ siue ullo modo fuerit ei relicta, siue minus quarta, ex patris substantia modis omnibus uolumus deputari, uel adimpleri. In quarto ibi, nullo obstaculo & cætera, quasi repetitur quod dictum est in secundo.

cundo dicto, dicitur enim, quòd si decurio decedēs reliquerit plures ascendentes, vel descendentes hęredes non curiales, inter quos erat unus curialis, qui habuit quartam, nihilominus ab illis non curialibus quarta deducetur, curiæ assignanda, non obstante supra l. prox. §. ad filiorum, quæ vult, ut vbi filius curialis successit, vel filia curiali nupta, nil habeat, quia illud est verum, quādo in totum successit. Quintò, & vltimò ibi. Et generaliter dicitur, quòd semper filius curialis, vel filia nupta curiali ad minus debet habere quartā partem totius patrimonij defuncti, & curia habeat quartam, quoties alij fuerint hæredes in totum, vt supra eo. l. 1. & l. 2. in princ. siue in reliquo patrimonio quarta curiali filio, vel filiæ derelicta, ut hac l. & sic in duobus casibus Curia habet quartam. Quandò successit non curialis. Et curialis, sed non in totum, & hoc dicit lex ista inu-
2 tilis. Nota quòd licet regulariter sufficiat filio quarta pars illius partis, quā erat habiturus ab intestato, ut supra de inoff. testam. cū quæritur: hic tamen filius curialis debet habere quartam totius patrimonij, & sicut illa quarta, idest debitum bonorū subsidium augetur vsque ad trientem, & semissem, ut supra de inoff. testa. auth. nouissima, ita ista quarta augetur usque ad dodrātem totius patrimonij. in auth. de trient. & sem. §. & excipiatur, & quib. mod. nat. eff. §. si quis. Item nota, quòd pro ista quarta habenda filius curialis agit, & si nihil sit sibi relictum, ut dixi in tertio dicto; sed illa, quę est bonorum subsidium, tunc demum agit ad supplementum, cum ei quid est relictum, vt supra de inoff. testam. l. sancimus. Tertio nota quòd per omnia quantum ad hanc quartam similis est cōditio extraneorum, & filiorum, quia sicut, si extraneus est hæres non curialis, curia habet quartam, ut supra eod. l. 1. sic & filio existente hærede non curiali, vt hic, in verbo, nullo obstaculo &c. & sic filio curiali existente hærede non habet quartam, ut l. prox. in prin. & §. ad filiorum, & sic, & extraneo curiali, vt ea. l. in fin.

Rubr. de impon. lucr. descript.

SVMMARIVM.

1 *Siliqua quid, & quid iugatio.*
2 *Hæreditas ascendentium est debita descendentibus, & è contra.*
3 *Extranei dicuntur omnes, qui non sunt ascendentes nec descendentes: & illi etiam qui non sunt in potestate, & qui non est cognatus uel agnatus.*
4 *Res debent censeri ex conditione prima: si conditio non mutatur, nec rei statum conuenit mutari.*

Hæreditas

5 *Hæreditas dicitur titulus lucratiuus licet incommoda in se habeat.*
6 *Dos non est titulus lucratiuus propter onera matrimonij.*
7 *Qui sciuit non debuit certiorari: nec dolus scienti infertur.*
8 *Origo, initiumue in quibus maxime spectari debeat, in quibus autem finis, in quibus medium.*

Vnica præscriptionis. L. ista duas partes habet principales: & prima Pars durat
1 vsq; ad. §. lucratiuas &c. nota ad euidentiam, quòd siliqua uocatur solidus, & quod iugatio vocatur possessio immobilis, vt fundus, vel domus. Vnde sępè cicos egi per virga, simia, canes, alibi ponitur pro tributo, quod præstatur pro re immobili, vt infra de agr. & cēs. l. immunitates, & in prin. huius. l. ordiens casum, præmittitur regula, licet non sit in prin. sed in uers. Cæteri, & ab ista regula ponentur exceptiones. Dicitur ergo quòd cum alienat aliquam iugationem, idest rem immobilem titulo lucratiuo, quòd ille in quem alienatur, debet soluere curiæ pro re illa quatuor siliquas, benè dixi de re immobili. Vnde si curialis aliquod animal rationale, vt hominem, vel etiam irrationale, vt rem aliquam mobilem alienauit titulo lucratiuo, dictas siliquas non soluet. Secundo ibi, & si curiales &c excipit vnum casum, quòd si curialis alienet titulo lucratiuo rem immobilem alicui de ascendentibus, vel descendentibus, quod dicti ascendentes, vel descendentes non tenentur soluere, & est ratio duplex, quia his personis sub appellatione liberalitatis debitum naturale persoluitur. Et quia potius debiti solutio, quàm muneris obligatio comprobatur. quæ non largientibus etiam dominis, ipsis propinquitatis serie differuntur. Tertio ibi, nisi forte &c excipit alium, quod etiam si curialis donauit extraneo, idest non ascendenti, uel descendenti, cum ille extraneus sit decurio, non debet soluere dictas siliquas, ex quo nouus possessor est curialis, quia cum personæ conditio non mutetur, nec statum rei conuenit immutari. In secūda parte ibi, lucratiuas &c. ponuntur quinque casus, & ex primo dicto, quæ res videantur esse lucratiuæ, & ita de quibus debet solui onus dictarum siliquarum, & dicitur quòd siue iure hæreditario, siue fideicommissi, siue legati, siue donationis causa mortis, vel simpliciter res immobiles alicui acquirātur, dicitur titulus lucratiuus. Secundò ibi, si non uel socij &c. Dicitur quòd donatio propter nuptias, vel dotis collatio, quā facit decurio pro filio, vel filia, uel alio descendenti, non est titulus lucratiuus, quia sunt subiectæ dictæ res oneribus matrimonij, licet ex pacto, uel maritus lucretur dotē, vel uxor donationem, & socius, cum non lucratiuus titulus res illæ datæ in dotem, uel donatæ propter nuptias, non erunt subiectæ grauaminibus.

naminibus filiquarum, quia cum tot; & tantis fuis difficultatibus matrimonium opprimatur, non debet aduentitijs cumulari ponderibus. Tertio ibi, res uero &c. dicitur, quòd fi decurio alienauit in me rē nouo titulo lucratiuo, & fi tenebat foluere dictas filiquas quòd fi ego alieno in alium titulo non lucratiuo, quòd res tranfit cum onere fuo, & emptor tenebitur foluere dictas filiquas, & aget contra me actione ex empto. Quartò ibi, contra quoque &c. Dicitur contra, quòd fi decurio alienauit in me titulo non lucratiuo, licet ego alienauerim titulo lucratiuo, ille in quem alienaui dictas filiquas foluere non tenetur, & eft ratio, quia ad primordium tituli pofterior formatur euentus. Quintò, & vltimo, nifi forte &c. dicitur quòd fi res immobilis peruenit ad decurionem titulo non lucratiuo, & ipfe alienauit titulo lucratiuo in alium, quòd ille nouus poffeffor debet foluere filiquas. In hoc enim cafu, quia femel in perfonam cecidit, principalis, ideft curialis, veterum titulorum nequaquam ratione perfpecta, conditionem, & onus merebitur lucratiuæ, ideft, foluat dictas filiquas, ad quem nuper peruenit titulo
2 lucratiuo, & hoc dicit. Nota in fecundo dicto, quòd hæreditas afcēdentium, eft debita defcendentibus, & è contra concord. fupra de codicill. l. fi. & ff. de inoff. teftam. nam, & fi parentibus, & in neceffitate nemo liberalis exiftit concor ff. de adim. legat. l. fi rem, & ff. de
3 leg. 2. l. vnum ex familia in fecundo dicto. In tertio dicto nota, ꝙ extranei dicuntur omnes, qui non funt afcendentes, nec defcendē tes, vt hic. Interdum qui non funt in poteftate, vt inft. de hær. qual. & diff. §. fui, & fupra de rei ux. act. §. extraneū. Interdum, qui nō eft
4 cognatus, vel agnatus, vt fupra de iur. dot. l. fi. in prin. Item nota ꝙ res debent cenferi conditione prima, & fi conditio non mutatur, nec rei ftatum conuenit immutari, & fic eft arg. ꝙ mulier Longobarda fi agat pro feudo, debet agere cum auctoritate mundualdi, aliàs iudiciali, & hanc quæftionem de facto habui, quia propter dignitatem hominis magis debent cenferi res, quàm perfonę qualitas, arg. contra. ff. de ædil. ed. l. iuftiffimè, & contra, quod potius debemus intueri rei qualitatem; nam filius familias miles, quo ad peculium Caftrenfe loco patris habetur, non quo ad aduentitium, vt ff. ad Maced. l. 2. in fin. & fupra de epif. & cler. l. 1. & 2: fi poffideant fundum tributarium ratione rei, quam poffidēt, eos Priuilegium
5 non eximit à tributis ut fupra de epifc. l. ijs. In fecunda parte. §. nota quòd hæreditas dicitur titulus lucratiuus, licet incommoda in fe habeat, ut ff. mand. l. fi hæreditatem. In fecundo dicto nota quòd nō debet quis maiori onere onerari cōcor. ff. ad l. rhod. de iact. l. nauis onus cum fim. Item nota, quòd dos non eft titulus lucratiuus
6 propter onera matrimonij, quæ Maritus cogitur fubftinere, vt ff.

folu.

solu. matrimo.l.si cum dotem.§. si autem in seuissimo, facit supra de act.& oblig. & promissione ex permissione, cum simil.ibi not.
7 & hic in glo. In tertio dicto nota,quòd qui sciuit non debuit certiorari,& dolus scienti non infertur,vt ff.de act. empt.l.1. & de trāsact. fratis.Secundo nota quòd res transit cum onere suo,quod dic,ut supra de annon.l.1.
8 In quarto dicto nota,de origine spectanda,quod dic,ut ff.man.l. quod si procurator in prin. & de nego. gest. Pōponius in negotijs,& de Postul.l.1.§.si seruus,& de donat qui id,quod, & potius obligationis originem,quam actionis titulum intuemur vt ff de fideiuss.tutor.& de const.pec.l.3.in prin.Et circa hoc dic, ꝙ in cōtractibus, & quasi,& in delictis,& in pignoribus,& sententijs intuemur initium,ut patet in l. præall. & ff. de pęn.l.1. & supra qui pot.in pig.l.2.& supra sent.rescin.non posse.l.1.de sentent.l. si præses.In pactis contrarijs intuemur finem,& in ultimis uoluntatibus vt supra de pact.l.pacta nouissima,& in §.pactus ne peteret,& supra de sacr.san.eccles.l.1.cum simil.in dubijs intuemur medium,& media uia eligitur,vt ff.si pars hær.pet.l.antiqui,& de neg.gest. l.Nesennius,& de ijs not.plenè extra de elect.dudum.

Rubr. de Prabendo salario.

Nulli. Nulli potest dari salarium de Peculio sine speciali Principis uoluntate,& sic nota casum, in quo uolūtas Principis necessaria est,quod dixi supra de iur.fisc.l.prohibitum,& no.de speciali promissione.ff. de pecul. quam tuberonis.§. alia,& facit. ff. si q.caut. Sed & si quis.§.quæsitum.

Rubr. Si curial. relicta ciuitate rus habitau.

SUMMARIUM.

1 *Curialis non debet recedere a curia nisi propter publicam utilitatem.*

Curialis. Si curialis deserat ciuitatem, & transtulit incolatū suum in rus inhabitando aliquod prædium urbanum,siue rusticum,redire cogitur ad ciuitatem,prædio,in quo ha-
1 bitabat,omisso. Nota curialis non debet recedere à curia, nisi per publicam utilitatem,ut supra de dedurion.l.vlt.curiales.

Rubr.

Rubr. de Municipibus & originarijs.

Cum te. Titius est origine capuanus, & Incola Neapolitanus, dicitur quòd in utraque ciuitate debet subire munera, sed quid si simul inducantur, origo præualet, vt ff. eod. l. libertus. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Manu missus ex causa fideicõmissi est libertus rogati manumittentis, nõ rogãtis.*
2 *Libertus sequitur domicilium patroni.*

Si vt Proponis. Planum est, quod hic dicitur, quòd Manumissus ex causa fideicommissi, sequitur domicilium rogati manumitti, non rogantis de manumittendo, & hoc dicit in summa. Pone tamen sic. Titius fecit hæredem Arethusam libertam Seiæ, & rogauit ex causa fideicõmissi, vt manumitteres Sticum seruum meũ, hic seruus manumissus sequitur domicilium Arethusæ, quod est idem, quod Seiæ, non Titij, qui ro
1 gauit, facit. ff. eo. l. filij. Nota manumissus ex causa fideicõmissi est libertus rogati manumittentis, non rogantis, ut hic, & inst. de sing.
2 reb. per fideicom. relict. §. pen. cum simil. Item nota quòd libertus sequitur domicilium patroni, vt. ff. eo. l. assumptio. §. fin.

SVMMARIVM.

1 *Filius quantum ad honores regulariter sequitur patris originem.*
2 *Idem uero quo ad statum sequitur regulariter matrem. Fallit tamen in multis.*

Filios. Quantum ad honores, & munera subeunda, filius sequitur originem Patris, non Matris, nisi in loco originis matris habeat domicilium, quia tunc in eo loco etiam munera subibit, & nihilominus in loco originis Patris, & potior erit ori
1 ginis causa, ut not. supra eo. l. 1. Et nota quòd quantum ad honorẽ filius regulariter sequitur Patris originem, ut hic & ff. eod. assumptio. §. filius, sicut & conditionem, ut supra de decur. l. exemplo, & l. sicut, cũ simil. fallit. ff. eo. l. 1. & in præall. tit. de decurio. l. nati, & l.
2 eos cum sim. Item nota quo ad statum sequitur filius regulariter matrem, ut supra de rei uend. partum, & infra de agr. & cens. l. nè diutius, cum simil. fallit in multis concor. ibi not. in l. ne diutius.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Originem propria sua uoluntate quis non immutat quidem, sed sic alia ratione.*
2 *Originem suam quo ad quædam quare quis sequatur.*
3 *Origo licet immutetur, mutatur domicilium, quod ex uoluntate constituitur.*

1 Originem. Originem propria sua uoluntate quis non immutat, bene dixi, sua uoluntate, nam interdum mutatur ratione matrimonij, ut ff. eod. l. fin. §. Idem referunt. Item
2 propter senatoriam dignitatẽ, vt ff. eo. l. municipes. Not. ꝙ aliquis sequitur suã, vel paternam originem, ut hic, & supra l. prox. Et quare quo ad quædam sequitur quis suam originem, dic plenè, vt not.
3 ff. eod. in gloss. magna. Item nota quòd licet immutetur origo, mutatur domicilium, quod ex uoluntate constituitur, & deseritur, vt ff. eod. l. incola, & l. placet, & l. domicilium, & de capt. & postl. reu. l. in bello. §. quod autem in liberis.

SVMMARIVM.

1 *Munera quando subire quis cogitur in duobus locis.*

Mulier. Idem dicitur hic, quod in prima lege; licet prolixius. Qui est originarius vnius ciuitatis, si in alia ciuitate constituerit domicilium, non poterit etiam per rescriptum eludere locum originis, quin in eo teneatur subire munera; sed in utro-
1 que loco cogetur esse decurio, si eligitur, & alia munera subire. Nota quòd in duobus locis subire munera quis cogitur, vt hic & supra eo. l. 1. & quære ut ibi, sicut in duobus locis, quis potest habere domicilium, vt ff. eo. l. labeo.

Rubr. de Incolis, & vbi quis dom. hab. vid.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium qui mutat post impositam collectam, tenetur tamen eam ibidẽ soluere.*
2 *Priuilegium immunitatis a collectis, ualet tantum ad futuras, non ad iam impositas, nisi id exprimatur.*

Non tibi. Dum Incola, idest Capuanus, ibi munera subit antequã alia munera essent indicta, mutaui incolatum, quod potui, ut not. supra tit. 1. l. pen. dicitur quòd nõ teneor subire

subire munera iniuncta post renunciationem incolatus, ut hic dicitur, secus, si iam muneribus iniunctis desereret incolatum, ut ff. eo. incola, & de mun. & hon. qui originẽ, & qui ad munera, & arg. ff. de iudic. si quis postquam cum simil. Et collige ex his argumen-
1 tum in quæstione, quæ multoties in regno uendicat sibi locum, si post collectam impositam aliquis mutat domicilium, quòd teneatur soluere in loco, in quo erat tempore impositionis, vt patet ex-
2 presse in l. incola. item collige arg. ex his, quę dixi, quòd si aliquis impetrauit priuilegium ex certa scientia Principis immunitatis ad collectas, ut priuilegium proficiat ad futuras collectas, non ad impositas, nisi expresse dicatur de eis.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris in loco, ubi studet, non acquirit domicilium, nisi ibi steterit per decennium ad minus. Consequuto autem à modo domicilio, non ideo deponit proprium.*
2 *Domicilium ad constituendum licet exigatur regulariter & animus & factum: tamen interdum sufficit tempus.*
3 *Scholaris ante x. annos cur non acquirit in loco, vbi studat, domicilium. Et quid si infra x. annos quandoque redijt domum? nu. 4. Et an sic rediens habeat priuilegium scholasticum? nu. 5.*
6 *Domicilium ut solo animo uel solo uerbo non constituitur sine facto: ita nec deponitur sine facto.*

1 Nec ipsi. Scholares, qui morantur Neapoli causa studij nõ hñt ibi domicilium, nisi ibi steterint decẽnium ad minus. Pater autẽ scholaris, qui frequenter uadit, & redit causa uidendi filium, nullo modo habet domicilium. Sed si scholaris à modo Neapoli domicilium consequutus est, quòd potest esse multis modis, vt infra eo. ciues, nõ idcirco deponit domicilium propriũ, quia negat ipsum, & hoc dicit. Nota quòd ex solo tempore præsumitur causa allegata obligatio præcise ex tempore, vt ff. de vsur. cũ
2 de in rem uerso. ff. de pet. hæred. si filius. Et sic licet regulariter exigatur, & animus, & factum in constituendo domicilium, vt ff. ad
3 municip. l. domicilium, interdum sufficit tempus, ut hic. Si quæratur quæ est ratio, quòd scholaris non habet domicilium ante decem annos, responde quia non videtur abesse à sua ciuitate, nec domiciliũ mutasse, nam abest studiorum causa, non uidetur abesse quantum ad hoc, & quo ad aliud, quod dic, ut ff. de leg. 3. l. quęsitũ.
4 §. 2. & de fund. instru. l. seię. §. prædia in fi. §. Sed quæritur si infra x. annos scholaris iuit ad domum, an interrumpatur acquisitio domicilij, quasi a studio videatur abesse, dicitur hic in gloss. quòd nõ si iuit,

vt se ad

vt se ad studium præparet, nam animum intuemur, vt ff. de capt. &
5 postlim. reu. ff. nihil, cum multis simil. ibi not. Et sic patet solutio illius quæstionis; nunquid scholaris, qui cõpleto libro redit ad domum, vt se præparet ad studium pro sequenti anno, habeat priuilegium scholasticum, & ꝙ habeat, faciunt prædicta, & ff. de bon. poss. ex testa. mil. l. vn. in fi. nã, & tempus quò ad se quis præparet, pro absentia reputatur, vt in §. sed quod simpliciter. Et satis videtur lex ex-
6 pressa infra de prox. sacr. scrin. l. 2. Vltimò nota ꝙ sicut solo animo, uel verbo sine facto domicilium nõ constituitur, vt ff. ad municip. domicilium, ita nec deponitur sine facto, ut hic in fin.

S V M M A R I V M.

1 *Habitans in aliena ciuitate seu eius territorio non habens ibi domicilium, non compellitur ad munera subeunda.*
2 *Habitatio sola possessio ve domus non facit ciuem, nec domicilium præbet: remissiue.*

Est verum. Ille qui habitat in alia ciuitate, vel territorio eius non habens ibi domicilium, non constringitur ad munera subeunda. Nota non refert si quis in ciuitate, vel in eius territorio, vt hic, & ff. eo. ei, qui ex iniuncto. Vide quod dici-
2 tur infra eo de capit. ciu. cens. l. vna. Item nota, quòd sola habitatio non facit ciuem, quod dic ut infra l. prox. An.

S V M M A R I V M.

1 *Salarij sola perceptio non facit decurionem.*
2 *Clericus habens in alia ecclesia beneficium non ideo sortitur ibi forum: nisi sit quæstio de illo beneficio.*
3 *Possessio sola non sufficit in beneficijs obtinendis, nisi probetur, & canonica institutio.*

Cum neque. Aduersarius emit domum à decurione Neapolitano, quia sola domus possessio non facit ciuem, nec domicilium, vnde non cogitur subire personalia, & hoc dicit. concor. ff eo l. libertus. §. sola ratio, & §. sola do-
1 mus, Item sola perceptio salarij non facit decurionem, ut ff. de decur. l. sola. Item nec sola habitatio facit ciuem, vt supra l. prox. Et
2 sic collige argu. ꝙ clericus si habet beneficium in alia ecclesia non sortitur, proprerea ibi forũ, nisi sit quæstio de illo beneficio, vt not.
3 extra de rescript. c. dilectus, & dic plenè, ut ibi. Item collige arg. ꝙ sola possessio nõ sufficit in beneficijs obtinendis, nec probetur canonica

nam ibi non poterit propterea conueniri, nec munera subire, ut ff. eod. l. municipes.

SVMMARIVM.

1 *Vxores sequuntur maritorum forum, & conditionem: eademque maritorum dignitate coruscant, non matres vel filiæ.*

Vltima mulieres. Mulier nupta uiro magnæ dignitatis, sequitur eius forum, & si post matrimonium primum nubat uiro inferioris ordinis, similiter sequitur eius conditionem, & forum, & primi mariti dignitatem depo-
1 nit. Nota uxores sequuntur forum, & conditionem maritorum, ut ff. de iurisd. omn. iud l. pen. & ff. de iudic. exigere, & ff eo. l. fin. §. 1. cum simil. Secundò nota ꝙ coruscant uxores radijs maritorum, non matres, uel filiæ, nisi consules uoluerunt, ut in auth. de consul. §. si uero, & l. ista; quæ de uerbo ad uerbum, est infra de dignit. in l. mulieres, & facit supra de senator. l. fœminæ.

Rub. de muner. & honor. non contin.

SVMMARIVM.

1 *Honorem qui gessit uno anno, cum in sequenti non potest continuare: nec itidem filius, quando fallit. 4. 5.*
2 *Pater si gessit honorem tempore vacationum 5. vel 2. annorum, non ideo filius tanto tempore ab omnibus muneribus excusabitur, sed pater.*
3 *Filio infante ad decurionatum electo, non cogitur pater id munus pro eo subire.*
6 *mandatũ tacitum & expressum æquiparantur: interdum alterutrum plus valet.*

Sicut. In l. ista dicuntur tria, præmissa tamen tali euidentia, ꝙ si aliquis habuit hoc anno aliquem honorẽ, puta quia fuit præses terræ laboris, uel secretus, non continuabit uolens, uel inuitus eundem honorem in anno sequenti, & si secus agetur, incidet in l. Iuliam ambitus, ut supra ad l. Iul. de amb. l. 1. Secũdò, ꝙ qui hoc anno gessit unũ honorem, debet habere uacationem ab alijs honoribus, interdum per tres annos, interdũ per duos, ut in l. prox.
1 Dicitur ergo primo in hac l. ꝙ sicut ego gessi in hoc anno aliquem honorem, non debeo continuare in sequenti, ita nec etiam filius meus cõtinuabit eundem, quia est in mea potestate, & ita mecum
2 in eadem domo. Secundo dicitur, ꝙ si gessi honorem tempore uacationum v. vel duorum annorum, non proficiet filio meo, ut tanto tempore ab omnibus muneribus excusetur, sed mihi: quia ipse

3 solus habeo uacationem prædictam. Tertio dicitur ibi; Pro infante &c. ꝙ si filius meus infans electus fuit decurio, non cogor subire onera decurionatus per eum: quia ad ea, quæ mandari possunt ex-
4 presſè, uideor uoluntatem tacitam accommodasse, & h.d. Nota in primo dicto ꝙ indistinctè, idest, siue habuit honor ille sumptus, siue non, sed non sic quantum ad uacationem illorum munerum, vt hic, nisi honorem, quem pater habuit, gessit proprijs sumptibus, vt
5 ff. eo. filio in fi. Item nota ꝙ non uidetur continuari honos si filius habeat officium, quod habuit Pater, & hoc ideo, quia est eadẽ persona patris, & filij, ut supra de impub. & alijs substit. l. fin. & filius est pars corporis patris, & è contra, ut infra de agr. & cens. cum scimus in fi. Item nota ꝙ munera publica principaliter pręstant uacationẽ à publicis, non priuata, vel ecclesia, ut infra de excus. mun. l. tutelas.
6 In ultimo dicto nota ꝙ æquiparatur mandatum tacitũ, & expressum, cõcor. ff. mand. si uerò non. §. qui passus, & in l. qui patitur. Interdum plus ualet tacitum, quod dic, ut ff. de solut. l. iulianus scripsit, si decem in melle, & l. uerò, in fi. Et alia possunt remitti tacitè, & nõ expresſè, ut ff. de pact. si unus. §. illud. Interdum plus ualet, quod exprimitur, quàm quod tacitè quis inducit, vt supra de nouat. l. vlt. cũ multis sim. ad idem. ff. si quis cautio. sed & si quis. §. quæsitũ. & faciunt ad hoc, quæ not. ff. de reg. iur. expressa, quæ hic addes. And.

Ab honoribus. Qui gessit honorem aliquẽ ab eodem honore habet vacationem quinquennium, ab alijs triennium. Qui autem fuit legatus vacationẽ habet biennij, & an vacatio patris prosit filio, dic vt l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio patris ab honoribus interdum quidem excusat filium: non tamen fratris vacatio axcusat fratrem.*
2 *Sociorum omnium bonorum vnus habet excussionem propter alium. & quare.*
3 *Honores cur non continuandi, remissiue.*

Interualla. Si frater meus ex honore, quem gessit, vacationem habet, non excusor ego, qui non gessi. Vnde eo tantum, qui administrauit, excusato, alij, qui non gesserunt, si
1 idonei sunt ad honores mittuntur, & hoc dicit. Nota quòd licet interdum vacatio patris excuset, vt supra l. 1. non tamen fratris, vt hic, & hoc, quia fratrum gratia rara, vt supra de bon. quæ liber. lib. 1. argumen. contra de diuers. rescript. l. 1. Sed ibi est, ideò, quia
2 in præfationibus dicuntur &c. vt ibi not. In socijs autem omnium bonorum quid iuris sit, dic quòd unus habet excusationẽ propter alium,

alium, quia commune est onus, & commodum, non sic inter fra-
3 tres. ff. pro soc. cum duobus. § pomp. si inter fratres. Vltimò nota ad totum hunc titulum, quòd non sunt continuandi honores, & est ratio, quæ not. infra de susceptor. l. neminem, nisi in defectum, vt infra tit. 2. l. pen. & est ratio, vt ibi dixi, & vide quæ ibi not.

Rubr. de muner. patrim.

Ciuilia munera. Munera ciuilia, & personalia inducũtur per ordinem, quia non continuantur vt supra tit. 1. Item pro modo fortunarũ, quia diuitibus iniunguntur, ut supra de decurion. l. ad subeunda: potest intelligi, & de patrimonialibus, & tunc dic per ordinem, quia vnusquisque agnoscit, & nemo excusatur per totum hunc titulum, vt supra de an. & trib. l. omnes.

Munera. Omnes coguntur ad patrimonialia, quæ indicuntur, ut dixi supra tit. 2. l. est uerum; & facit supra de anno. & trib. l. 2. & 3. & l. in fraudem cum simil. Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonialia munera non videntur remissa ijs, quibus data est munerum immunitas.*
2 *Vasallis ecclesiarum non videtur esse concessa immunitas ad collectas, eo quòd eis est concessa immunitas per capitulum inter Papam, & Regem. ratio nu. 3.*
Collectæ sunt patrimonialia munera ac etiam ordinaria. nu. 2. & 3.
3 *A collectis nemo excusatur, nisi indulto speciali. Neque scholares nu. 5.*
4 *Vasalli clericorum an gaudeant collectarum immunitate, quæ in capitulo datur Clericis, & personis ecclesiasticis: ardua est quæstio.*

1 Qui immunitatem. Quibus concessa est immunitas munerum, non videntur eis pa-
2 trimonialia remissa. facit infra de excus. mun. per tot. Et collige hic arg. contra vasallos ecclesiarum, quibus cõcessa est immunitas per capitulum inter Papã, & Regẽ, vt non videatur esse cõcessa immunitas ad collectas, quæ patrimonialia dici possunt, quia indicuntur personis pro rebus, vt patet. ff. de mun. & ho. rescripto, in fi. Ad idẽ facit infra ne rust. ad vll. obseq. l. 1. vt ibi dixi. Et maximè si hæ collectæ indicantur causa necessitatis, vt supra vt nulli lic. in empt. spet. l.
3 vna. Si ergo sunt patrimonialia munera collectæ, & ẽt ordinaria, quia quolibet anno indicunt, vt s. de indict. l. 1. nemo excuset ab ejs,

G 3 vt hoc

vt hoc tit. per tot. & in l. prox. Et non valet rescriptum Principis, scilicet in genere, immo nec consensus ciuium, vt supra de decurion. vacuatis, & de an. & trib l. in fraudem, & est ratio, vt dixi, & infra dicam. Et hoc tanquam fisci patronus allego, tamen in capitulo, in quo datur immunitas clericis, & personis ecclesiasticis, & rebus eorum, exprimitur de collectis, & ideo valet concessio specialis, licet
4 non sufficiat generalis, vt ff de vacat. mun. sunt munera in fi. Sed est dubium an trahatur ad vasallos clericorum dicta immunitas, quasi vasalli contineantur appellatione personæ ecclesiasticæ, vel rei, quam quæstionem, cum sit ardua, & pendeat, diffinire sine superio
5 ris licentia non sum ausus. Eodem modo est argum. contra scholares, quibus cum generaliter sit concessa immunitas, auaritiæ cæcitate, non ratione, sed garrulatione se conantur subtrahere non sine aliorum incommodo subiectorum, vt supra de exactor. trib. l. Actores in fi. & infra eo. l. fi. Quod dixi ꝙ non valet rescriptum, fallit in quibusdam patrimonialibus, vt no. in gl. in qua nota qui, & à quibus patrimonialibus excusentur.

SVMMARIVM.

1 *Munere sibi iniuncto qui non appellat, rata tota manet sententia.*

1 Non videtur. Pascere equos curiales, idest curialium, est munus patrimoniale. Secundo dicitur, qui munere sibi iniuncto, non appellat, rata tota manet sententia, concord. supra de pecul. l. 1. & supra de appellat. l. 1. qui ad curiam, An.

SVMMARIVM.

1 *A Patrimonialibus nemo excusatur: nec senes, nec minores, nec propter filios nisi xv. sint, & rationem vide nu. 2.*

1 Neque Senes vt hic, neque minores, vt infra eod neque propter filios à patrimonialibus excusantur. Quod dixi filios intellige, vt infra qui num. liber. per totum, secus si habeat xvj. vel xv. quia tunc à patrimonialibus excusantur, vt ff. de iur. im-
2 mun. l. semper. §. & fine, & supra de decur. l. si quis decurio. Si quæratur quare non excusatur quis à patrimonialibus. ratio, quia cum sint omnes de una ciuitate, debēt eodem modo censeri, vt xij. q. 2. cognouimus, & extra de decim. cum in tua. Et dignum est, ut quis similem

similem sentiat in legibus disciplinã, & extra de stat. regular. recolentes. & de off. ord. conquerente, in fin. Et quia non debet fieri remissio, & alijs inferri tribulatio 25. q. 1. §. ijs ita cir. fi. Et quia quod a pluribus fertur, leuius, vt supra de exactor. trib. exactores, & infra eodem l. fi. Et sic rescripta non debent concedi, cum aliorum iniuria, vt supra de emanc. liber. nec auus cum multis similib. adde, & alias rationes, præter istas, quas dixi supra de anno. & tribut. in fraudem.

SUMMARIUM.

1 *Iurisconsulti quare aurum diligere non debent.*
2 *Contrarius sibi non est audiendus, remissiue.*

Professio. Quidam philosophus ad imperatorem coactus accessit asserens se philosophum, & petẽs se à patrimonialibus excusari. Imperator fecit sibi signũ Crucis, & dixit, Amice; Professio tua, & desiderium tuũ, & petitio discrepant adinuicem: nam si profiteris te esse philosophum, debes aurum contemnere, vt ff. de vacat. muner. l. in honoribus. §. philosophus, sed dum petis eximi, videris aurum appetere, & sic vinceris auaritiæ cę-
1 citate, & ideo quia es tibi contrarius, non audiris. Nota quòd veri philosophantes contemnunt aurum, vt dixi, & sic est argu. contra professores iuris, qui diligunt aurum: nam & nos dicimur sequi veram, & non simulatam philosophiam. Item nota contra auaritiam, dic, vt dixi supra de superexact. l. 1. Item nota ꝙ non auditur
2 sibi contrarius, quod dic ut ff. quando appell. sit l. antepen. & supra de furt. l. 1. Item nota ꝙ principium huius l. posset respondere cõtra dominum legum, si peteret restitutionem in integrũ lapsu ætatis, sicut vidi dominum Ceruotum petentem.

Etiam minores. Exposui hanc legem supra eodem neque Andreas.

SUMMARIUM.

1 *Protestasiæ officium est eorum, qui præsunt publicis stationibus. Decaprotia verò eius qui præest sacerdotio.*

1 Nec protestasiæ. Qui præest stationibus publicis, debet habere quoddam officiũ; quod vocatur protestasiæ: Sed qui præest sacerdotio, dicitur habere

decaprociam, à Deca, quòd est decem, & sunt ista munera patrimonialia.

Patrimonium. Mulieres non excusantur a patrimonialibus, quod dic, vt infra de Mulier. & in quo loc. l. vna.

SVMMARIVM.

1 *Indictiones annuæ idest collectæ olim erant extraordinariæ: easque possessor quilibet agnoscebat.*

1 Quantum. Indictiones annuæ idest collectæ olim erãt extraordinariæ, vt supra de indiction. l. 1. Has indictiones, quæ rerum gratia indicuntur, vult Imperator, ꝙ quilibet possessor agnoscat, cum per plures solutiones citius publicis obsequijs parcatur. Dic plenè, vt supra eo. l. neque.

Rubr. quemad. ciuil. indic.

SVMMARIVM.

1 *Electus in vno officio non cogi debet ad aliud durante priori.*

Cum te. Titius decurio Bononiensis electus fuit ad aliud munus à decurionibus extra prouinciam, appellauit, dicitur quòd est absoluendus ab illa electione, quia debet seruire illi curiæ, cui se nouerit attributum. Et hoc, prout est in littera curiæ, & tunc est sensus, vt in vno officio electus, non cogatur ad
1 aliud, durante primo. concor. infra de susceptor. l. neminem, arg. supra de assessor. nemo, cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *In honoribus gerendis seruandus est gradus, vt à minoribus ascendatur ad maiores; non contra.*

1 Maioribus. Qui habent maiores honores non debent eligi ad minores. Nota in gerendis honoribus est seruandus gradus, vt non ante quis gerat maiores, quàm gesserit minores, vt ff. de muner. & honor. l. honor. §. gerendorum, & facit

facit ad Listam extra de translatio.c.1.& fi.vbi archiepiscopus non potest transire ad episcopatum, sed è contra sicut in eod.c. Etenim considerandus est ascensus,& non discensus in dignitatibus, vt ff. de mun.& hon.vt gradatim,& de neg.gest.quæ vtiliter.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio honorum facienda est, vbi est copia ciuium.est ratio nu.3.remissiue.*
2 *Honores continuari possunt, quando est penuria idoneorum hominum: tunc etiam spurij admittendi.*

1 Cum te. Qui gessit honores, vel munera in republica; si est copia ciuium, non debet eosdem continuare ho-
2 nores; immo debet habere vacationes.vt supra tit.2.l.2. Nota cogi continuare in defectum aliorum, vt ff. de mun. & hon. l. honor. §.fin.& propter penuriam hominum, immunitas in alio infringitur, vt eo.tit vt gradatim.§.quoties, & etiam spurij eliguntur in defectum legitimi competitoris.ff de decurio. generaliter. §. spurios. & est ratio, quia ex vtilitate ordinis est semper ordinem plenum
3 esse, vt ibi dicitur. Ratio autem quare quis non debet continuare honores, nisi in defectum, est infra de susceptor.l.neminē, in princ. & ff.de mun.& hon.l.2.§.præses.

SVMMARIVM.

1 *In Collectis grauatus vltra modum potest implorare officium præsidis. seruanda enim est æqualitas & ordo in muneribus subeundis nu.2.& 4.*
3 *Subueniri alicui non debet cum alterius detrimento.*
5 *Ordo vbi seruatur, & vbi non.6.in dubijs etiam seruandus est.7.*
8 *In honoribus decernendis quæ inspicienda ac seruanda sunt.*

Vltra. Præses Prouinciæ, cuius officium est, qualiter munera, & honores in ciuitatibus decernantur, ut ff. de mun. & hon.l.3.§. præses.prouideat, ne aliquis vltra modum in subeundis muneribus affligatur, aliis releuatis, sed seruet æqualitatem,& ordi-
1 nem,& hoc dicit. Nota quòd si quis dicat se grauatum in collectā vltra modum debitum, potest implorare officium præsidis, vt hic patet,& in præall.§.si præses.non enim debet quis grauari vltra quā
2 patiantur propriæ facultates, ut plenè dixi supra de an.& trib.l.2. Secundò nota quòd seruanda est æqualitas in muneribus subeūdis,
3 quod dic, ut dixi supra de an.& trib.in fraudem. Tertiò quòd non

debet

debet alicui subueniri cum alterius detrimento, & unius immunitas non debet esse alterius tribulatio, ut hic, & plenè dixi supra l. ne-
4 que. Quartò nota in muneribus subeundis seruandum esse ordinē vt. ff. de mun. & hon. l. honor in §. gerendorum, & in præall. §. præses & est ratio quare seruatur, & ordo, & qualitas, nè ijsdem frequēter oppressis, sine uiris, & iuribus respublica destituatur, ut in præ-
5 all. §. præses. Et nota in quibus seruatur æqualitas, ut dicemus infra de prox. sacr. scrin. in sacris. In quibus autem seruatur ordo dic plenè. seruatur enim in debitoribus fisci conueniendis, vt infra quo quisque ord. conu. per totū. Item in muneribus subeundis, ut hic. Item in exequutione rei iudicatæ, vt supra de exeq. rei iud. ordo. Itē in pignoribus conuentionalibus, quia qui prior est in tempore, potior est in iure supra qui pot. in pign. l. 2. Item in petitionibus, quæ à diuersis iudicibus componuntur, ut ff. de iudic. qui prior. Item & cū ab eodem ut supra de reiuend. ordinarij, & in testamentis, vt inst. de hæred. instit. & in rescriptis, ut extra de rescript. cum dilecta. Quid plura? inordinatū nihil facit legislator, ut in auth. de hæred. & falc.
6 §. inordinatum. Multa sunt arg. contraria, vt ff. de pecul. quidam, & in pactis contrarijs, ut ff. qui accus. non poss. l. 1. & ff. de solut. non enim cum sim. ibi not. Circa quæ dic, ꝙ cum constat de intentione legis, non sequimur ordinem, quia sensus, & non verba &c. vt ff. de-
7 legib. l. scire leges, & ff. de adim. lega. l. 3. §. conditio. In dubijs autem seruamus ordinem, quia in re dubia melius est verbis ædict. seruire, vt ff. de exerc. action. l. 1. §. institor, & pone unum exemplum, cū propono accusationē, seruatur ordo, ut in l. qui prior. Sed ubi constat actio, vel accusatio secunda, est maior, non curamus de ordine, de ord. iudic. l. fi. Item optimum exemplum, vt not. infra de pot. in mūnom. & sic patet sol. supra qui accus. non poss. l. 2. & hæc est optima solutio in legibus. In rescriptis dic cum plura alicui committuntur tanquam principalia nō curatur de ordine, quia potest à quolibet incipi, si modo quædam principalia, quædam accessoria, debet incipere à principali, vt in præall. c. cum dilecta, & ibi plenè notatur, & ad hanc distinctionem optime facit ff. de vulg. l. 2. §. adeo, & §. prius. quia ibi est distinctio principalis, & accessorij, ideo à principali incipitur, vt ff. de pecul. quidam: quia cum ibi sint duo principalia legata peculij, & libertatis, non curatur de ordine, utrunque. n. valet.
8 Denuo nota ad intellectum huius tituli, quæ sunt seruanda in honoribus decernendis, & primo seruantur quatuor, quæ sunt in 4. l. huius tituli. Item alia quatuor, quæ sunt. ff de mun. & hon. l. in honoribus. nono inspicitur persona decernentis munus, ut supra de decurion. l. 2. lib. x. ff. de decurion. l. honores.

Rubr.

Rubr. de his, qui sponte mun. publ. sub.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio renunciat, qui ad aliud munus priuilegio incompatibile se eligi patitur.*
2 *Priuilegio non tantum ipso facto renunciatur, sed etiam tacite. Sic & appellationi, & legi commissoriæ.*
3 *Contra factum suum quis non uenit.*

Veterani. Si veteranus, vel quilibet alius passus fuerit se eligi in decurionem amisit immunitatē à cęteris muneribus, nisi certa cōuentione, ut certa munera subiret, passus fuit
1 se eligi in decurionem, & hoc dicit. Nota quòd quis recipiendo decurionatum, uidetur in totū renunciare priuilegio suo, ut in l. prox. & l. 3. & ff eo. l. pen. §. fin. & est ratio, quia soli decuriones creant, & creantur ad munera, ergo qui uoluit esse decurio, uoluit subire omnia munera, unde ergo sic renunciat priuilegio, qui patitur se eligi
2 ad aliud munus, ut in l. prox. Item not. quòd quis tacite renunciat priuilegio suo, sicut, & alias ipso facto, ut supra de iur. dom. impetr. l. 2. cum multis simil. ibi not. & de uacat. muner. l. pen. §. fi. & de nouat. Si aliquis delegatus cū similibus, sic & ipso facto, & tacite quis renunciat appellationi recipiendo terminum ad soluendum, ut supra de re iud. ad solutionem, & ff. de pact. l. tale pactum. §. 1. Et ipso facto quis renunciat legi commissoriæ, vt ff. de leg. commiss. l. 4. cū
3 similibus. Tertio nota quòd non uenit aliquis contra factū suum, de hoc dixi infra de agr. & censit quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio suo si quis semel contra faciat an unico actu priuilegium perdat.*
2 *Priuilegium an solo tempore perdatur, remissiue.*

Qui publici. Habens immunitatem à muneribus publicis passus fuit se eligi ad aliquod munus, nō dico, in decurionem, nō perdit priuilegium immunitatis, si ad alia
1 munera eligatur. Formo hic talem quæstionem, nunquid si quis faciat semel contra priuilegium suum, vnico actu priuilegium perdat. Et primo uidetur, quòd sic vt supra de iur. dom. impetr. l. 2. cum simil. & supra de re iudic. l. ad solutionem, & ff. de leg. commiss. l. 4. §. eleganter, & l. post diem cum simil. E contra quòd non ut supra

de epis.

de epiſ.& cler.presbyteros,& de excuſ. tutor. voluntaria,& hic per totum hunc tit. Sol dicunt quidam aut Priuilegiũ continet odiũ, & tunc unico actu perdatur,ut in cõtrarijs,erat enim odioſum priuilegium creditoris, per quod aufertur dominium rei debitoris. appellatio odioſa eſt,quæ conatur reſcindere iudicata,arg.ff.ad trebell.ſeruo.§.cum prætor,& lex commiſſoria odioſa eſt, ut ff. de minor.l.ęmilius,& ſupra de pact.pign.per tot.Aut continet fauorem, 1
& non perditur unico actu, ut hic, concor. præallegata, & facit ad hanc diſtinctionem.ff.de liber.& poſthum.cum quidam.Vel ſecũdò poteſt rationabilius dici. Aut fit tale factum,quod non recipit reiterationem,& tunc obtinent iura primo allegata,aut recipit, & tunc obtinet lex iſta cum ſimil. & hanc ſecundam approbat Ber. extra de conſt.cum acceſſiſſent,ubi plenè de hoc, licet Goffr.videatur approbare primam,& in apparatu ſuo. Ex his,quæ dixi patet ſolutio talis quæſtionis,quam uidi de facto. Ianuenſes,ſiue Piſani habebant priuilegium immunitatis uectigalium ſoluerunt per unũ, vel duos annos,vel etiam per decem contra priuilegium fecerunt; an tali actu priuilegium ſit amiſſum, ut teneantur ſoluere in futurum,dico quòd non,quia recipit iterationem, vnde neceſſe eſt, ꝗ currat præſcriptio x.vel xx.vel xl.annorum, ut contra formam priuilegij fiat,vt extra de Priuil.de terra,& c.accedẽtibus,& ibi de hoc. Sed an ſolo tempore perdatur priuilegium, vel reſcriptum,dic ut ſupra de diuer.reſcript.falſo.

SUMMARIUM.

1 *Munus aliquod licet quis uoluntarie recipiens,non ſibi præiudicet, tamen acceptum complere debet.*

Qui conditioni. Titius non incola, non decurio Neapolitanus, & ita non tenebatur ſubire munera Neapoli,uoluntariè geſſit aliud munus,dicitur quòd nõ præiudicauit ſibi in alijs muneribus ſubeundis,ſed tam ipſe, quam filij ſui ab omni munere ſunt liberi,& immunes. Secundò ibi,ita tamen.&c.dicitur quòd tenetur reddere rationem, & reliqua eius actus,ſeu muneris,quod adminiſtrauit. Tertio ibi,ſi quis &c. dicitur quòd ſi ſponte vult omnia facere,quæ faciũt decuriones,& vult eius ciuitatis,decurio effici audiendus erit,& hoc dicit.
1 Nota quòd licet qui uoluntariè recipit aliquod munus, ſibi non præiudicet in futuris,eum acceptum complere debet, & conſummare:ſimiledicitur in procuratore, & defenſore, ut ſupra de procurator.l. inter alia,dic ut ſupra l prox.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Decurionum voluntariorum quædam erant priuilegia.*

1 Eos qui. Qui sunt liberi ad decurionatum alicuius curiæ si volunt ire ciuitatis illius efficiuntur decuriones, filij sui, & posteri erunt liberi à curiali fortuna, & hoc ideo, ut sint plures, qui curiales fiant. Similis ratio supra de bon. quæ liber. l. 2. Item isti uoluntarij decuriones habent aliam prærogatiuam, quia si delinquunt, bona sua decurionum debetur quarta curiæ, quod secus est in cęteris decurionibus ut supra quando, & quibus quarta pars deb. l. 1. & per totum. Si quid tamen debuit curiæ iste uoluntarius decurio ex administratione, quam gessit uel ante quam esset decurio successit decurioni, & ita quarta Pars est curiæ debita, ꝙ illa debita, & ad quartam partem soluendam tenebuntur filij eius. In secunda parte, ibi, Illis scilicet, &c. dicitur quæ diximus, fallũt quãdo quis naturalis sponte fuit curię oblatus, vt legitimaretur, quia tũc, & ipse, & filij sui curiæ, si non habet filios hæredes decuriones, vel filias curialibus nuptas.

Rubr. de his, qui à prin. vac. acceper.

SUMMARIUM.

1 *Decurio ut possit impetrare immunitatem, tria sunt necessaria.*

Nullus. Non potest decurio temporalem excusationem impetrare, nisi à Principe ex iusta causa. Nota quòd tria
1 sunt necessaria, vt decurio possit impetrare immunitatem, scilicet quòd sit immunitas temporalis, quod ex iusta causa, & ꝙ à Principe, nisi in casibus, ut infra tit. 2. l. v. concord. infra de agr. & cens. l. immunitates, & est ratio ff. de vac. mun. l. 1. in prin.

Rubr. de vacat. mun. publ.

SUMMARIUM.

1 *Immunitas est duplex, nuda & simplex, alia plena, remissiue.*

Muneris.

Muneris. Qui simplicis muneris vacationem impetrauit, immunis est ab extra ordinarijs, quæ lege, vel senatus consulto, vel constitutione Principis indicũtur, ut sunt omnes extraordinariæ functiones. ergo si habens talem immunitatem, ad
1 extra ordinaria eligatur, appellabit, & hoc dicit. Nota quòd duplex est immunitas, alia nuda, & simplex, alia plena, ut ff. de uacat. mun. l. pen. §. duo, & dic plenè, ut hic not. in gl.

Rubr. de decret. decurion.

SVMMARIVM.

1 *Decurionum decretum in quibus interponatur.*

Exceptis. Decuriones non possunt præstare per decretum eorum publici muneris immunitatem, nisi doctoribus, & medicis, regulariter à Principe tantum, ut supra titul. 1.
1 dixi. Item nota in quibus interponatur decretum decurionum, vt not. hic in gl. super rubr. & ex quibus causis dicantur ambitiosa.

SVMMARIVM.

1 *Decreta ex quibus causis dicantur ambitiosa, remissiue.*
2 *Decretorum ad res diuersas & causas plures species referuntur.*
3 *In Decretis debet esse solennitas: nec possunt per delegatum explicari.*

1 Ordinis. Non valent decreta ordinis, quæ sunt ambitiosa, & ex quibus causis dicantur ambitiosa, dic, vt ff. eo ambitiosa. & nota quòd quantum ad hũc titulum dicitur decretum, quod interponit uniuersitas l, vel curia circa eligendos, ut supra de
2 decurion. l. 1. vel creandum sindicũ, vel actorem, vt ff. quòd cuiusq; vn. nom. l. item eorum. §. decurio, & circa ea quæ continentur in rubric. Aliud est, quod facit Iudex, vel delegatus, cum aliquod negotium ciuile ex officio suo discutit, & quasi propria authoritate confirmat, vt negotium robur accipiat, quod priuati faciunt ex auctoritate prætoris, causæ cognitione præmissa, & hoc habet locũ in alienationibus minorum, ut in l. lex quæ tutores. Et super transactione alimentorum, ut ff. de trans. cum hi. Et super decernendis alimentis pupillo, ut ff. ubi pup. educ. deb. l. 1. Et super vendendis rebus ciuitatis, ut infra de uend. re. ciuit. l. fi. & super vendendis rebus curialium,
vt supra de præd. curial. l. 1. super dominio adiudicãdo alicuius, qui

per

per primam contumaciā passus est pignoris captionem, & hoc uocatur secundum decretum, ut ff. de damn. infec. si finita. §. fin autē. Item super manumissionibus minorum, quæ fiunt uindicta. ff. de off. consul. l. una. Item super uendendis rebus ecclesiæ, vt in auth. hoc ius porrectum. Et dandis in emphyteusim, ut in auth. perpetua. Itē olim in bon. possessione decernenda, ut ff. de succ. ed. §. decretalis, hodie secus, ut supra qui adm. ad bon. poss. possint. l. fin. Et super dote constituenda quibusdam personis, ut supra de epis. aud. tam dementis, & super quadam tutela. ut supra de epis. aud. decretationi-
3 bus, & supra de tut. illustr. person. l. unica. & in decreto debet esse solemnitas, ut supra de præd. minor. l. minorum, nec potest per delegatum explicari, ut ff. de off. procons. l. nec quicquam §. vbi decretum. & debet fieri cum causæ cognitione, ut ff. de transl. cum ij. §. cū prætor, & supra de præd. minor. ob æs, & hæc propriè decreta, idest opera iudicum confirmata. Aliàs dicitur decretum, quod decernit tutelam, ut. C. de excus. tut. l. 2. & ab hoc, uelut a quadam sententia appellatur excusatione non admissa, ut eo. tit l. 3. Et aliud quando prætor decreuit creditores certa parte bonorum esse contentos, vt ff. mand. si præcedente, & ita infinita possunt uocari decreta, prout super diuersis negotijs, seu causis ingesserit.

Rubr. de excus. muner.

SUMMARIUM.

Munerum immunitatem qui consequantur, seriasim hoc toto titulo enumerantur.

Etiam hi. Qui fuerant procuratores Cęsaris, non habēt immunitatē ciuilium munerum, ut ff. de adm. tut. l. administratores, & sic fauorabilior est legatio, q̃ procuratio, quia legatus ad minus habet uacationem biennij, ut supra de mun. non contin. l 2. Andr.

Inductis. Certis dignitatibus, scilicet, Protector, & Præpositus labarum dat immunitatem ciuilium munerū, & quis dicatur protector expone infra de dom. & prot. in rubric. & dixi infra. l. 1. quis sit præpositum labarum, expone infra de præpos. labar.

SUMMARIUM.

1 Munera publica tum auctoritate, tam utilitate, sunt magis priuilegiata quàm munera auctoritate publica sed utilitate priuata.

Tutelæ.

Hydraulæ. Hydraules, ideſt cuſtodes aquæ publicæ non habent imunitatem à publicis muneribus, aliàs contra, ut infra de aquæd. l. pen. ibi erant conſecrati, hic tm̃ electi.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio munerum ciuilium non datur procuratori, abſenti reipub. cauſa, tametſi detur domino.*

2 *Exceptio hoſtica data euntibus ad exercitum, in detur procuratoribus eorundem.*

Procuratores. Procuratores abſentium cauſa reip. nõ habent uacationem ciuilium munerum. Et
1 ſic nota, quòd uacatio data Domino, non datur procuratori abſen
2 ti reipublicæ cauſa. §. Item, qui rei publicæ. Et ita eſt hic arg. quòd exceptio hoſtica, quæ datur euntibus ad exercitum per conſt. imperialem, non datur procuratori ſuo, ſi in princ. per procuratorem litigauit, vt arg. ff. de procur. ita tamen ſi Dominus cogi poteſt, licet procuratorem relinquere non teneatur, ut dicit conſtitutio imperialis, tamen ſic impoſita eſt illa conſtitutio, ut etiam procuratori detur per illa iura, quæ uolunt, quòd procurator poſſit vti exceptione Domino cõpetenti, vt plenè not. ff. mand. fideiuſſor, & de dãn. in fact. l. qui bona. §. pen. Ad hoc etiam facit infra de prox. ſacr. ſcrin. l. in ſacris, & de priuil. ſchol. l. fin.

Venatoribus. Venatoribus non datur immunitas, nam & dicit decretum, nullum ſanctum legimus venatorem.

Negociantes. Dat immunitatem omnium munerũ negotiantibus ideſt ſeruientibus Principi circa quoddam genus ueſtium.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens quandoque punitur mitius, quam delinquens: contra quandoque.*

Placet. Tria dicuntur hac l. primò dicitur, quòd nullus iudex, qui pro tempore fuit ordinarius, vel delegatus iudicat ex conſcientia Principis. Secundo ibi; ſed quod &c. dicitur quòd ſi immineat alia neceſſitas imponendi extraordinaria, cũ fuerit exactum referat ad conſcientiam Principis, ut ſic iubente Principe roboretur. Tertiò ibi, ſi quis &c. imponit pœnam iudicibus contra facienti-

facientibus, ſcilicet quadrupli: ſcilicet quando ipſi exigerunt aliquid ultra ordinarias indictiones, vel quando paſſi fuerunt quòd alius exigeret. Quod dicit de pœna quadrupli expone, ut ſupra de
1 ſuperexact.l. vna, quæ eſt contra. Item nota quòd minus punitur conſentiens, quàm delinquens, argumen. contra ſupra de epiſc. & cler. ſi quemquam. §. fin. Andreas.

Illud. Qui electus eſt ad aliquod munus ſpeciale non poteſt ipſum redimere per pecuniam, facit. ff. de mun. & honor. l. æſtimationem, immo ſi dederit, perdet pecuniam, & ſubit onus, vt ff. de pollicitat. in priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Afflictio afflictis non addenda: & qui grauatur in uno, eſt releuandus in alio.*

Priuatæ. Illi qui habent prædia Principis in perpetuam emphyteuſim, non tenentur ſoluere alia ſuperindicta, etiam ex Principis iuſſione: & ita non afficiuntur alijs impendijs, ſed ſoluent tantum debitum canonem, & adeo ſunt exempti à ſuperindictis, vt nec etiam ſuſceptori aurario, qui eſt priuilegiator omnibus alijs, nõ teneantur emphyteotæ ſoluere dicta ſuperindicta, & ita non ſunt cenſendi, & extimandi iſti emphyteutæ cũ cæteris priuatis, qui tenentur ſoluere prædicta ſuperindicta ex ſpeciali prærogatiua, ideſt extra ordinem iniuncta. Et ſic nota quòd non
1 debet addi afflictio afflictis, aliàs qui grauatur in uno, releuatur in alio, ut infra de om. agr. deſer. l. antepen. & adde.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas prima, eiusve priuilegium durat electis etiam ad aliam.*

Eos. Magiſtri ſcrinij ſacrarum epiſtolarum, ut ſunt prothonotarij, vt credo, & libellorum, ut ſunt notarij, actorum principum, & qui aſſecundant in peragendis reſponſis, ut ſunt referendarij, ſunt immunes à muneribus, & durat hoc priuilegium ſi
1 de hac dignitate promoti fuerint ad maiorem, & nota quòd durat prima dignitas, ſiue priuilegium primæ dignitatis, ſi ad aliam eligatur, ut infra de dignitat. l. 3. & de prox. ſacr. ſcrin. l. iubemus. Circa hoc dic, ut dixi in præall. l. iubemus. Andr.

SUMMARIUM.

1 *Munera sordida quæ dicantur: & quibus competant: quibusque vetantur.*

1 Maximarum. L. ista satis vtilis habet sex dicta. Primo dicitur ꝙ omnes Illustres, & cõsistoriani, & comites, & notarij Imperatoris, & cubicularij habent immunitatẽ munerum sordidorum. Secundo ibi, Cæteros, dicitur ꝙ alij habẽtes dignitatem in palatio, qui vocantur Palatini, habent eandem immunitatem, ita tamen si hoc eis est speciali prærogatiua cõcessum, & sic dignitati, uel corpori toti potius dari uideatur immunitas, quàm personæ. Tertio ibi circa &c. dat eandem immunitatem doctoribus rhetoricæ, & grammaticæ. Quarto ibi, sordidorũ, numerat sordida munera: quæ omnibus iniunguntur, personis quibusdam exceptis, & hæc pars durat usque ibi; carbones. Et nota ꝙ est sordidum munus, cura cõficiendi Pollinis, extrahendi farinam subtilissimam, & quæ sordida in littera continentur. Quinto in §. publicis, dat eandem immunitatem legatis, & athletis. Sexto ibi, hoc tamen &c. dicitur quod hanc prærogatiuam habent, & etiam, qui in præteritum habuerunt, & hoc dicit, & hoc ultimum nota, ut dicam infra l. prox. seq.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium datum personæ ad quos hæredes non transeat, uerum datum rei transit ad quemlibet possessorem, datum generi transit ad omnes descendentes masculos.*

Sordidorum. Immunitates à sordidis munerib. quibusdam personis dignitatis propriæ prærogatiua concessę, non transeunt ad hęredes, sed cum persona finiuntur. Quæ dignitas concessa data personæ, cum persona finitur, non autem est perpetua, & h.d. Nota ꝙ licet Priuilegium datum dignitati duret etiam post dignitatem, ut supra l. prox. in fi. non tamen durat
1 post uitam, ut hic. Item nota ꝙ priuilegium datum personæ nõ transit ad hæredem, scilicet extraneum; sed suum sic, ut ff. sol. matr. l. etiam. §. 1. secus si datum est rei, quia cum re transit ad quemlibet possessorem, ut ff. de censib. l. 3. in fi. Item si detur generi, transit ad omnes descendentes ex linea masculina, ut ff. de iur. immun. l. 1. Denuo not. ex hac l. non dicitur esse perpetuum, quod cum uita finitur, alibi sic. ff. pro soc. l. 2. sed multas habet significationes, hoc, quod dic, ut ibi not.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Immunitas data dignitati, non finitur cum ea, sed permanet vita durante.*

1 Eam legem. Dicitur hic ꝙ immunitates sordidorum muneɾũ indultas certis personis per l. superiorem, maximarũ, in qua fuerunt sordida munera expressa, uolumus durare non tantum durante dignitate, sed etiam finita, quandiu viuit, qui illam meruit, & h. d. Et sic nota, ꝙ immunitas non cum dignitate, sed cum persona finitur, ut hic & supra l. prox. & concor. supra l. maximarum, in fi. & infra, de prox. sacr. scrin. l. eos. §. sit vsurus.

Euidenter. Quantum ad effectum idem dicitur hic, quod supra l. priuatæ. Mãdat enim Imperator, ꝙ prædia patrimonialia sua, siue teneantur ab alio nomine cõductionis ad tempus, siue ad perpetuã emphyteusim, ꝙ non cogatur soluere aliqua superindicta præter ordinem, idest extra ordinem, nec nomine precij, puta per comparationem specierum publicarum, vt in tit. 1. l. 1. nec pro sordidis muneribus, secũdum quod dictum est per alios imperatores. infra, eo. priuatæ, contrafacientibus imponit pœnam quinque librarum auri.

Ab illustribus. Dicitur, quòd Illustres, nec sordida munera, nec extra ordinaria subire coguntur, de hoc dixi supra eo. maximarum. in princ.

Rubr. de quib. mun. vel præst. nem. lic. se excus.

SVMMARIVM.

1 *Muneribus personalibus iniungendis requiruntur idonei & ditiores.*
2 *Pauper tam idoneus est ad modicum soluendum in tributis, quã diues ad multum*

Comparationi. Mandat Imperator neminem excusari comparatione publicarum specierum, nec transuectione, nec aliquis excusetur, quin teneatur cõferre in exercitibus Imperatoris, cum vadit in Sclauoniam, vel ad aliũ locum, ergo nemine excusato quilibet ad hæc munera patrimonialia cogatur, non quærantur diuites, vel idonei: sed quilibet tã diuites, quàm pauperes pro suæ quantitate substantiæ, prædicta munera subire cogatur. Nota quod dixi supra nem. lic. ab empt. spec. 1

1 l.vna. Item nota cum iniunguntur munera personalia requiruntur idonei,& ditiores,vt infra de potior. ad mun. nom. l. vna. & su-
1 pra de decurio.ad subeunda. Nota sicut in patrimonialibus, quòd quilibet debet soluere pro eo,quod habet; & ita sic est idoneus pauper ad modicum,sicut diues ad multum,quantum Regis. Vltimo nota quòd in collectis nemo debet grauari ultra uires patrimonij sui,de quo dixi de annon.& tribut.l.2.

SVMMARIVM.

1 *Imperatore exeunte ad exercitum,nemo excusatur,quin teneatur ad iter illius ministrare commoda plaustrorum & alia.*

1 Cum ad fęlicissimam. Cum Imperator vadit ad exercitum, nemo excusatur quin omnia per loca,quibus iter facit,teneatur angarias, perangarias plaustrorum,& alia necessaria ministrare, siue prius habuit immunitatem ab alijs muneribus,ut Illustris; siue pertineat ad domum Augustam,siue ad sacrosanctas, & nec valet imperiale rescriptum contra legem istam,& hoc dicit expone.l.istam,vt l. sacrosancta,& l neminem supra de sacrosan. eccles.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas nulla excusat à collatione ad murorum constructionem, vel ad comparationem frumenti,vel aliarum specierum.*

1 Hac. Nemo excusatur cuiuslibet dignitatis prætextu quin teneatur conferre ad constructionem murorum,uel cōparationem frumenti,vel aliarum publicarum specierum,vt s.eo l.2.

Rubr. qui ætat. vel profess. se excus.

SVMMARIVM.

1 *Minores xxv. annis operam dantes liberalib. studijs habent à muneribus vacationem.*

1 Cum affirmes. Minores xxv. annis,dantes operam liberalibus studijs, & maximè professioni iuris ciuilis,nō vocantur ad munera ciuilia, & ita a muneribus habent

bent

bent vacationem, nisi sit penuria hominum, quia tunc infringitur dicta immunitas, ut infra l. prox. Et qꝫ minores xxv annis non eliguntur ad munera, ut ff. de mun. & hon. ad rem, & vltimus annus inceptus pro completo habetur, ut ibi dicitur. Quod ergo dicitur hic de illis, qui dabant operam studijs, subaudi; maximè quia eo quòd minor est, repellitur ab eo, nec uolens admittitur arg. supra de leg. tut. l. fi. Sed illi, qui excusantur per maiorem ætatem, ut in l. ult. uolentes, admittuntur, & uidentur propriæ immunitati renunciare, ut supra de decurion. l. 3.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas à muneribus quandoque infringitur propter hominum penuriam.*

1 **Cum filios.** Supra l. prox. dixi intentionem huius l. Et nota propter penuriam hominum infringitur immunitas, ut ff. de mun. & hon. vt gradatim. §. quoties, & l. honor. sed & admittuntur aliqui in defectum legitimi competitoris, ut ff. de decurion. generaliter. §. spurios.

SVMMARIVM.

1 *Ad munera non vocantur inuiti illi, qui excedunt annos lv. multo minus qui plures.*
2 *A muneribus publicis quis citius excusatur, quam a tutela post annum lv.*

1 **Manifesti.** Qui excedunt quinquagintaquinque annos, & multo fortius si lxx. inuiti ad munera non uocantur: & ideò nominatus, si appellauit ab omni grauamine liberatur. Nota quòd dixi inuitos, nam secus si uolentes ut supra eod.
2 l. 1. dixi. Item nota quòd citius, quis excusatur à publicis muneribus post lv. annos, quàm à tutela, quia post lxx. excusantur, ut ff. de decurion. l. 2. in fi. & de iur. immun. l. maiores. Item nota in glo. casus, quibus non defertur ætati, & hoc dicit.

Rubr. Qui morbo se excus.

SVMMARIVM.

1 *Cæcus vel vno vel vtroque oculo a quibus muneribus excusatur.*

1 **Si ea cęcitate.** Qui est cęcus utroq; oculo, si eligitur ad aliquod munus personale, quod labore corporis est implendum, habet immunitatem. Nota quòd dixi utroq;

oculo, secus si uno, & supra de excus. tut. l. fratris. Item dixi si eligatur de nouo, quia non deponit antiquum propter casum superuenientem, ut ff. de postul. l. 1. §. cœcum, & de iudic. cœcus. Fallit in tutela iam suscepta, quam deponit, ut ff. de excus. tutor. l. post susceptam. Item dixi personale, quia nõ à patrimonialibus, ut ff. de uac. mun. l. 2. §. corporis. Item dixi de labore corporis implẽdo: quia personale, quod consistit in consilio, non excusat uiros prudentes, licet perpetua corporis ualetudine impeditos, ut in præall. §. corporis. Et per hoc potes peroptimè scire huius tituli intellectum ad totum tit. extra de cler. egr. & extra de censib. c. licet.

Cum auriculari. Morbus auricularis, idest altata, dat uacationem à munere personali, & dic, ut in l. prox.

Podagræ. Podagra non dat immunitatem, nisi prorsus ualetudo pedum reddat eum inhabilem, ut etiã suis interesse non possit.

Casus. Valetudo patris filium non excusat, faciebat dubium, quia sunt iuris præsumptiones, de eadem persona, ut dixi infra de agr. & cens. cum scimus, in fi. Quando autem immunitas patris filio prosit, dixi supra de muner. non contin. l. 1.

Rubr. de his, qui num. lib. vel paup. excus. meruer.

SVMMARIVM.

1 *Numerus liberorum à quibus muneribus excusat, à quibus non.*

1 Numerus. Numerus liberorum nõ excusat ab honoribus concor. ff. de uac. mun. l. 2. §. numerus. Sed hoc ab honoribus, ut in eo. l. fi. scilicet, si habeas in littera, honoribus; sed si habeas; muneribus, dic, quòd non præstant uacationem à patrimonialibus, ut in eo. tit. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus in bello uidetur uiuere in gloria.*

Filium. Qui habet. 5. filios, excusatur à personalibus, ut infra eo. l. fi. in quibus non numeratur ille, qui est captus ab hosti-

1 ab hostibus, secus si est mortuus in bello, quoniam iste uidetur in gloria uiuere, ut ff. de uacat. mun. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes qui pro filijs computantur ad immunitatem à muneribus.*
2 *Differentia inter tutelam & curam ex vna parte, & inter alia ciuilia munera, quo ad excusationem.*

1 Nepotes. Certum est, ut dixi in prima l. & patet, ut in ult. ꝙ quinque filij præstant immunitatẽ à muneribus. Sed quid erit, habeo quatuor filios, & unum nepotem ex filio præmortuo, dicitur ꝙ iste nepos computatur pro filio, & ita numerus filiorum suppletur ex nepotibus filiorum amissorum, & hoc dicit. Nota quòd dixi nepotum ex filio, secus ex filia ut supra qui nu. lib. l. fi. Item dixi nepotum ex filio præmortuo, secus si uiuant patres nepotum, quia tunc suo patri prosunt, ut in præalleg. l. supra qui num. liber. & infra eo. l. fi. Itẽ nota ꝙ non quilibet nepos numeratur pro filio; sed plures nepotes ex uno filio præmortuo loco unius filij habentur. ff. de excus. tut. l. 2. §. quoties. Item nota ꝙ succedit hic nepos in loco sui patris, sicut in successionibus per l. Velleian. vt ff. de lib. & posthum. Gallus. §. nunc de lege Velleia. Item nota hic quòd non distinguitur hic numerus filiorum, sicut in tutela, scilicet ꝙ sint quinq; in prouincia, quatuor in Italia, tres in urbe. Sed
2 hic indistinctè exiguntur quinque. Et sic nota differẽtiam inter tutelam, & curã ex una parte, & alia ciuilia munera ex alia parte. Prima tractatur de excusatione pro numero liberorum, ut modo dixi. Secunda cum tractatur de excusatione pro ætate, nàm in tutela necessarij sunt. lxx. anni, at ff. de iur. immun. maiores & supra qui ætat. l. 1. in v. vel in cæteris muneribus. lv. vt ff. de decurion. l. 2. §. vlt. & supra tit. prox. l. fi. Tertia in excusatione, qui morbo, quia interueniente morbo perpetuo tutela finitur, ut ff de excus. tutor. l. post susceptam, nõ sic in alijs magistratibus, ut ff. de postul. l. 1. §. casum, & de iudic. cœcus. Est quarta, quia tutelæ onus explicitum non tribuit interualla uacationum, ut supra de excus. mun. l. 3. sed alia munera sic, ut supra de mun. & hon. non contin. l. 2. Est quinta, quia à nominatione tutelæ non appellatur, sed probatur excusatio, ut ff. quando appell. fit. l. 1. §. tutor, sed à nominatione aliorum munerum sic, ut supra qui ætat. l. fi.

Cũ facultates. Si omnia bona mea donaui filio meo emancipato, aliàs non ualet donatio vt supra de inoff. donat. l. 2. non cogor ad munera patrimonij. Nota ꝙ prodest paupertas. Sed à tali prodesse liberet nos Deus &c.

2 de iud.§.ne labor. Et meretur studiorum labor, ut supra de assessor. l.1.& miseri scholares non debent dare, quod minimum possunt, sed quilibet secundum sui patrimonij facultates, ut ff. de adm. tut. l.si plures.§.in primis. Item de eo quod dicit de immunitate danda filijs dic, ut dicam infra eo.l.fi. Item an sint immunes a patrimonialibus, dic plenè, ut in glo.

SVMMARIVM.

1 *Magistri scientiarum quibus debent esse praediti: & a quibus approbari, ut licentiam legendi obtineant.*

2 *Bonus praesumitur qui approbatus est à bono.*

1 Magistros. Duo dicuntur hic primo, quòd Magistri scientiarum debent esse Morigerati, & facundi; Itē debent alia quàm plura habere, vt infra de profess. qui in vrb.const. l.vna. Dicitur secundo, quòd cum accipiunt legendi licentiam, debent approbari iudicio ordinis decurionum, & optimorum cōsensu, idest habentium illius artis peritiam, ut infra de re milit. l. semper, & ibi dixi.
2 Secundò nota quòd praesumitur bonus, qui approbatur à bono, ut infra eo.l.prox.

Reddatur. Qui promotus est indigne ad habitum philosophiae, non habet immunitatem, & sic reddēdus est suae patriae, ut munera subeat, & turpe erit allegare non posse subire patriae functiones, qui professus est, semel posse pati fortunae, illi autem habent, quod Philosophi non debent curare de aduersitate. Item nota immunitates, quae sunt à probatissimis approbari, nota quòd dixi supra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Medici debent a ciuitatibus habere stipendia ne pauperes negligant: à quibus possunt accipere aliquid postquam conualuerint.*

2 *Pauperi honeste seruire melius est, quam diuiti turpiter.*

1 Archiatri. Medici statuti in ciuitatibus ideo debent habere stipendia publica ciuitatis, ut libentius curēt pauperes, quam diuites. Sed quòd dicitur, quòd medicus non potest accipere aliquid ab aegroto, sed postquam conualuit sic, & hic dixi. Sic in aduocato, qui lite pendente non potest contrahere cum clientulo suo, vt supra de postul. quisquis, & facit ff. de var. cognit. l: medicus

2 medicus. Item nota quòd melius est seruire pauperi honeste, quam diuiti turpiter.

SUMMARIUM.

1 *Vltimò qui uenit, ultimum habeat locum.*

Si quis. Qui subrogatur in locum defuncti medici, debet approbari ad minus iudicio septem de ordine decurionum. Secundò dicitur, quòd iste subrogatus non obtinebit locum, idest medici illius, in cuius locum substituitur, immo licet præmortuus fuerit primus, iste erit ultimus. Nota quòd licet regulariter cũ aliquid est agendum ab ordine decurionum, debeant adesse duæ partes, ut supra de decurion. l. nominationum, hic sufficiunt septẽ
1 decuriones. Secundò nota, quòd qui uenit ultimò obtinebit ultimum locum, & hoc dicetur infra de tironib. l. 1. de prox. sacr. scrin. l. vnicuique.

SUMMARIUM.

1 *Immunitas data scholari, uel doctori an censeatur data filijs & uxori.*

Grammaticos. L. ista, licet per multa uerba, dat immunitatem omnium munerum grammaticis philosophis, & alijs professoribus, & maximè eis, qui propter antiquitatem comitiuam primi, uel secundi ordinis susceperunt, quod expone, ut supra de decurion. l. Alexandrinis. Secundò dici-
1 tur, quòd omnia ista priuilegia uxoribus, & filijs suis dantur. Nota ꝙ immunitas data scholari, vel doctori, videtur data filijs, & vxori, vt supra eo. l. magistros infra de prox. sacr. scrin. l. in sacris. imò, & toti familiæ, vt supra de superexact. l. 1. & 2. & infra de prox. sacr. scrin. l. in sacris, & infra de re mil. l. quicunque. Sed opponitur, & uidetur, quòd non datur filijs, ut supra qui morb l. fi. & supra qui num. lib. l. fi. & ff. de iur. immun. l. semper. & ff. de excus. tutor. l. in honoris. §. uacationem. Ad quod uidetur mihi uti tali consideratione. Aut datur alicui immunitas ratione dignitatis, siue professionis, & tunc obtinet l. ista cum simil. nisi fauor curiæ aliud inducat, ut supra de decur. l. priuilegio, & l. filijs in fi. Aut ratione necessitatis; ut quia impeditur morbo, vel quia habet multos filios, quia debet uacare educationi filiorum, ut in l. semper. §. si non omnibus, & tunc obtinent iura cõtraria, nam licet pater sit inhabilis, filius potest esse habilis. Ad hæredes autem indistinctè non transit immunitas, ut

Hydraulæ. Hydraules, ideſt cuſtodes aquæ publicæ non habent imunitatem à publicis muneribus, aliàs contra, ut infra de aquæd. l. pen. ibi erant conſecrati, hic tm̃ electi.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio munerum ciuilium non datur procuratori, abſenti reipub. cauſa, tametſi detur domino.*

2 *Exceptio hoſtica data euntibus ad exercitum, in detur procuratoribus eorundem.*

Procuratores. Procuratores abſentium cauſa reip. nõ habent uacationem ciuilium munerum. Et
1 ſic nota, quòd uacatio data Domino, non datur procuratori abſen
2 ti reipublicæ cauſa. §. Item, qui rei publicæ. Et ita eſt hic arg. quòd exceptio hoſtica, quæ datur euntibus ad exercitum per conſt. imperialem, non datur procuratori ſuo, ſi in princ. per procuratorem litigauit, vt arg. ff. de procur. ita tamen ſi Dominus cogi poteſt, licet procuratorem relinquere non teneatur, ut dicit conſtitutio imperialis, tamen ſic impoſita eſt illa conſtitutio, ut etiam procuratori detur per illa iura, quæ uolunt, quòd procurator poſſit vti exceptione Domino cõpetenti, vt plenè not. ff. mand. fideiuſſor, & de dãn. in fact. l. qui bona. § pen. Ad hoc etiam facit infra de prox. ſacr. ſcrin. l. in ſacris, & de priuil. ſchol. l. fin.

Venatoribus. Venatoribus non datur immunitas, nam & dicit decretum, nullum ſanctum legimus venatorem.

Negociantes. Dat immunitatem omnium munerũ negotiantibus ideſt ſeruientibus Principi circa quoddam genus ueſtium.

SVMMARIVM.

1 *Conſentiens quandoque punitur mitius, quam delinquens: contra quandoque.*

Placet. Tria dicuntur hac l. primò dicitur, quòd nullus iudex, qui pro tempore fuit ordinarius, vel delegatus iudicat ex conſcientia Principis. Secundo ibi; ſed quod &c. dicitur quòd ſi immineat alia neceſſitas imponendi extraordinaria, cũ fuerit exactum referat ad conſcientiam Principis, ut ſic iubente Principe roboretur. Tertiò ibi, ſi quis &c. imponit pœnam iudicibus contra 1
facienti-

facientibus, scilicet quadrupli: scilicet quando ipsi exigerunt aliquid ultra ordinarias indictiones, vel quando passi fuerunt quòd alius exigeret. Quod dicit de pœna quadrupli expone, ut supra de
1 superexact. l. vna, quæ est contra. Item nota quòd minus punitur consentiens, quàm delinquens, argumen. contra supra de episc. & cler. si quemquam. §. fin. Andreas.

Illud. Qui electus est ad aliquod munus speciale non potest ipsum redimere per pecuniam, facit. ff. de mun. & honor. l. æstimationem, immo si dederit, perdet pecuniam, & subit onus, vt ff. de pollicitat. in priuatis.

SUMMARIUM.

1 *Afflictio afflictis non addenda: & qui grauatur in uno, est releuandus in alio.*

Priuatæ. Illi qui habent prædia Principis in perpetuam emphyteusim, non tenentur soluere alia superindicta, etiam ex Principis iussione: & ita non afficiuntur alijs impendijs, sed soluent tantum debitum canonem, & adeo sunt exempti à superindictis, vt nec etiam susceptori aurario, qui est priuilegiator omnibus alijs, nō teneantur emphyteotæ soluere dicta superindicta, & ita non sunt censendi, & extimandi isti emphyteutæ cū cæteris priuatis, qui tenentur soluere prædicta superindicta ex speciali prærogatiua, idest extra ordinem iniuncta. Et sic nota quòd non
1 debet addi afflictio afflictis, aliàs qui grauatur in uno, releuatur in alio, ut infra de om. agr. deser. l. antepen. & adde.

SUMMARIUM.

1 *Dignitas prima, eiusve priuilegium durat electis etiam ad aliam.*

Eos. Magistri scrinij sacrarum epistolarum, ut sunt prothonotarij, vt credo, & libellorum, ut sunt notarij, actorum principum, & qui assecundant in peragendis responsis, ut sunt referendarij, sunt immunes à muneribus, & durat hoc priuilegium si
1 de hac dignitate promoti fuerint ad maiorem, & nota quòd durat prima dignitas, siue priuilegium primæ dignitatis, si ad aliam eligatur, ut infra de dignitat. l. 3. & de prox. sacr. scrin. l. iubemus. Circa hoc dic, ut dixi in præall. l. iubemus. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Munera sordida quæ dicantur: & quibus competant: quibusque vetantur.*

1 Maximarum. L. ista satis vtilis habet sex dicta. Primo dicitur ꝙ omnes Illustres, & cōsistoriani, & comites, & notarij Imperatoris, & cubicularij habent immunitatē munerum sordidorum. Secundo ibi, Cæteros, dicitur ꝙ alij habētes dignitatem in palatio, qui vocantur Palatini, habent eandem immunitatem, ita tamen si hoc eis est speciali prærogatiua cōcessum, & sic dignitati, uel corpori toti potius dari uideatur immunitas, quàm personæ. Tertio ibi circa &c. dat eandem immunitatem doctoribus rhetoricæ, & grammaticæ. Quarto ibi, sordidorū, numerat sordida munera: quæ omnibus iniunguntur, personis quibusdam exceptis, & hæc pars durat usque ibi; carbones. Et nota ꝙ est sordidum munus, cura cōficiendi Pollinis, extrahendi farinam subtilissimam, & quæ sordida in littera continentur. Quinto in §. publicis, dat eandem immunitatem legatis, & athletis. Sexto ibi, hoc tamen &c. dicitur quod hanc prærogatiuam habent, & etiam, qui in præteritum habuerunt, & hoc dicit, & hoc ultimum nota, ut dicam infra l. prox. seq.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium datum personæ ad quos hæredes non transeat, uerum datum rei transit ad quemlibet possessorem, datum generi transit ad omnes descendentes masculos.*

Sordidorum. Immunitates à sordidis munerib. quibusdam personis dignitatis propriæ prærogatiua concessę, non transeunt ad hęredes, sed cum persona finiuntur. Quæ dignitas concessa data personæ, cum persona finitur, non autem est perpetua, & h.d. Nota ꝙ licet Priuilegium datum dignitati duret etiam post dignitatem, ut supra l. prox. in fi. non tamen du-
1 rat post uitam, ut hic. Item nota ꝙ priuilegium datum personæ nō transit ad hæredem, scilicet extraneum; sed suum sic, ut ff. sol. matr. l. etiam. §. 1. secus si datum est rei, quia cum re transit ad quemlibet possessorem, ut ff. de censib. l. 3. in fi. Item si detur generi, transit ad omnes descendentes ex linea masculina, ut ff. de iur. immun. l. 1. Denuo not. ex hac l. non dicitur esse perpetuum, quod cum uita finitur, alibi, sic. ff. pro soc. l. 2. sed multas habet significationes, hoc, quod dic, ut ibi not.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immunitas data dignitati, non finitur cum ea, sed permanet vita durante.*

1 **Eam legem.** Dicitur hic ꝙ immunitates sordidorum munerũ indultas certis personis per l. superiorem, maximarũ, in qua fuerunt sordida munera expressa, uolumus durare non tantum durante dignitate, sed etiam finita, quandiu viuit, qui illam meruit, & h.d. Et sic nota, ꝙ immunitas non cum dignitate, sed cum persona finitur, ut hic & supra l. prox. & concor. supra l. maximarum, in fi. & infra de prox. sacr. scrin. l. eos. §. sit vsurus.

Euidenter. Quantum ad effectum idem dicitur hic, quod supra l. priuatæ. Mãdat enim Imperator, ꝙ prædia patrimonialia sua, siue teneantur ab alio nomine cõductionis ad tempus, siue ad perpetuã emphyteusim, ꝙ non cogatur soluere aliqua superindicta præter ordinem, idest extra ordinem, nec nomine precij, puta per comparationem specierum publicarum, vt in tit. 1. l. 1. nec pro sordidis muneribus, secũdum quod dictum est per alios imperatores. infra eo. priuatæ, contrafacientibus imponit pęnam quinque librarum auri.

Ab illustribus. Dicitur, quòd Illustres, nec sordida munera, nec extra ordinaria subire coguntur, de hoc dixi supra eo. maximarum. in princ.

Rubr. de quib. mun. vel præst. nem. lic. se excus.

SVMMARIVM.

1 *Muneribus personalibus iniungendis requiruntur idonei & ditiores.*
2 *Pauper tam idoneus est ad modicum soluendum in tributis, quã diues ad multum*

Comparationi. Mandat Imperator neminem excusari comparatione publicarum specierum, nec transuectione, nec aliquis excusetur, quin teneatur cõferre in exercitibus Imperatoris, cum vadit in Sclauoniam, vel ad aliũ 1
locum, ergo nemine excusato quilibet ad hæc munera patrimonialia cogatur, non quærantur diuites, vel idonei: sed quilibet tã diuites, quàm pauperes pro suæ quantitate substantiæ, prædicta munera subire cogatur; Nota quod dixi supra nem. lic. ab empt. spec.

1 l.vna. Item nota cum iniunguntur munera perſonalia requiruntur idonei,& ditiores,vt infra de potior. ad mun. nom. l. vna. & ſu-
1 pra de decurio.ad ſubeunda. Nota ſicut in patrimonialibus, quòd quilibet debet ſoluere pro eo,quod habet; & ita ſic eſt idoneus pauper ad modicum,ſicut diues ad multum,quantum Regis. Vltimo nota quòd in collectis nemo debet grauari ultra uires patrimonij ſui,de quo dixi de annon.& tribut.l.2.

SVMMARIVM.

1 *Imperatore exeunte ad exercitum,nemo excuſatur,quin teneatur ad iter illius miniſtrare commoda plauſtrorum & alia.*

1 Cum ad fęlicissimam. Cum Imperator vadit ad exercitum, nemo excuſatur quin omnia per loca,quibus iter facit,teneatur angarias, perangarias plauſtrorum,& alia neceſſaria miniſtrare , ſiue prius habuit immunitatem ab alijs muneribus,ut Illuſtris; ſiue pertineat ad domum Auguſtam,ſiue ad ſacroſanctas, & nec valet imperiale reſcriptum contra legem iſtam,& hoc dicit expone.l.iſtam,vt l. ſacroſancta,& l neminem ſupra de ſacroſan. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas nulla excuſat à collatione ad murorum conſtructionem, vel ad comparationem frumenti, vel aliarum ſpecierum.*

1 Hac. Nemo excuſatur cuiuslibet dignitatis prætextu quin teneatur conferre ad conſtructionem murorum,uel cõparationem frumenti,vel aliarum publicarum ſpecierum,vt s̃.eo l.2.

Rubr. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ.

SVMMARIVM.

1 *Minores xxv. annis operam dantes liberalib. ſtudijs habent à muneribus vacationem.*

1 Cum affirmes. Minores xxv. annis,dantes operam liberalibus ſtudijs, & maximè profeſſioni iuris ciuilis,nõ vocantur ad munera ciuilia , & ita a muneribus ha-

bent

bent vacationem, nisi sit penuria hominum, quia tunc infringitur dicta immunitas, ut infra l. prox. Et ꝙ minores xxv annis non eliguntur ad munera, ut ff. de mun. & hon. ad rem, & vltimus annus inceptus pro completo habetur, ut ibi dicitur. Quod ergo dicitur hic de illis, qui dabant operam studijs, subaudi; maximè quia eo quòd minor est, repellitur ab eo, nec uolens admittitur arg. supra de leg. tut. l. fi. Sed illi, qui excusantur per maiorem ætatem, ut in l. ult. uolentes, admittuntur, & uidentur propriæ immunitati renunciare, ut supra de decurion. l. 3.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas à muneribus quandoque infringitur propter hominum penuriam.*

1 Cum filios. Supra l. prox. dixi intentionem huius l. Et nota propter penuriam hominum infringitur immunitas, ut ff. de mun. & hon. vt gradatim. §. quoties, & l. honor. sed & admittuntur aliqui in defectum legitimi competitoris, ut ff. de decurion. generaliter. §. spurios.

SVMMARIVM.

1 *Ad munera non vocantur inuiti illi, qui excedunt annos lv. multo minus qui plures.*
2 *A muneribus publicis quis citius excusatur, quam a tutela post annum lv.*

1 Manifesti. Qui excedunt quinquagintaquinque annos, & multo fortius si. lxx. inuiti ad munera non uocantur: & ideò nominatus, si appellauit ab omni grauamine liberatur. Nota quòd dixi inuitos, nam secus si uolentes ut supra eod. 2 l. 1. dixi. Item nota quòd citius, quis excusatur à publicis muneribus post lv. annos, quàm à tutela, quia post lxx. excusantur, ut ff. de decurion. l. 2. in fi. & de iur. immun. l. maiores. Item nota in glo. casus, quibus non defertur ætati, & hoc dicit.

Rubr. Qui morbo se excus.

SVMMARIVM.

1 *Cæcus vel vno vel vtroque oculo a quibus muneribus excusatur.*

1 Si ea cęcitate. Qui est cęcus utroq; oculo, si eligitur ad aliquod munus personale, quod labore corporis est implendum, habet immunitatem. Nota quòd dixi utroq;

oculo, secus si uno, & supra de excus. tut. l. fratris. Item dixi si eligatur de nouo, quia non deponit antiquum propter casum superuenientem, ut ff. de postul. l. 1. §. cœcum, & de iudic. cœcus. Fallit in tutela iam suscepta, quam deponit, ut ff. de excus. tutor. l. post susceptam. Item dixi personale, quia nō à patrimonialibus, ut ff. de uac. mun. l. 2. §. corporis. Item dixi de labore corporis implēdo: quia personale, quod consistit in consilio, non excusat uiros prudentes, licet perpetua corporis ualetudine impeditos, ut in præall. §. corporis. Et per hoc potes peroptimè scire huius tituli intellectum ad totum tit. extra de cler. ęgr. & extra de censib. c. licet.

Cum auriculari. Morbus auricularis, idest altata, dat uacationem à munere personali, & dic. ut in l. prox.

Podagræ. Podagra non dat immunitatem, nisi prorsus ualetudo pedum reddat eum inhabilem, ut etiā suis interesse non possit.

Casus. Valetudo patris filium non excusat, faciebat dubium, quia sunt iuris præsumptiones de eadem persona, ut dixi infra de agr. & cens. cum scimus, in fi. Quando autem immunitas patris filio prosit, dixi supra de muner. non contin. l. 1.

Rubr. de his, qui num. lib. uel paup. excus. meruer.

SUMMARIUM.

1 *Numerus liberorum à quibus muneribus excusat, a quibus non.*

1 Numerus. Numerus liberorum nō excusat ab honoribus concor. ff. de uac. mun. l. 2. §. numerus. Sed hoc ab honoribus, ut in eo. l. fi. scilicet, si habeas in littera, honoribus; sed si habeas; muneribus, dic, quòd non præstant uacationem à patrimonialibus, ut in eo. tit. l. fi.

SUMMARIUM.

1 *Mortuus in bello uidetur uiuere in gloria.*

Filium. Qui habet. f. filios, excusatur à personalibus, ut infra eo. l. fi. in quibus non numeratur ille, qui est captus ab hosti-

1 ab hostibus, secus si est mortuus in bello, quoniam iste uidetur in gloria uiuere, ut ff. de uacat. mun. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes qui pro filijs computantur ad immunitatem à muneribus.*

2 *Differentia inter tutelam & curam ex vna parte, & inter alia ciuilia munera, quo ad excusationem.*

1 Nepotes. Certum est, ut dixi in prima l. & patet, ut in ult. ꝙ quinque filij præstant immunitatẽ à muneribus. Sed quid erit, habeo quatuor filios, & unum nepotem ex filio præmortuo, dicitur ꝙ iste nepos computatur pro filio, & ita numerus filiorum suppletur ex nepotibus filiorum amissorum, & hoc dicit. Nota quòd dixi nepotum ex filio, secus ex filia ut supra qui nu. lib. l. fi. Item dixi nepotum ex filio præmortuo, secus si uiuant patres nepotum, quia tunc suo patri prosunt, ut in præalleg. l. supra qui num. liber. & infra eo. l. fi. Itẽ nota ꝙ non quilibet nepos numeratur pro filio; sed plures nepotes ex uno filio præmortuo loco unius filij habentur. ff de excus. tut. l. 2. §. quoties. Item nota ꝙ succedit hic nepos in loco sui patris, sicut in successionibus per l. Velleian. vt ff. de lib. & posthum. Gallus. §. nunc de lege Velleia. Item nota hic quòd non distinguitur hic numerus filiorum, sicut in tutela, scilicet ꝙ sint quinq; in prouincia, quatuor in Italia, tres in urbe. Sed
2 hic indistinctè exiguntur quinque. Et sic nota differẽtiam inter tutelam, & curã ex una parte, & alia ciuilia munera ex alia parte. Prima tractatur de excusatione pro numero liberorum, ut modo dixi. Secunda cum tractatur de excusatione pro ætate, nam in tutela necessarij sunt. lxx. anni, at ff. de iur. immun. maiores & supra qui ætat. l. 1. in v. vel in cæteris muneribus. lv. vt ff. de decurion. l. 2. §. vlt. & supra tit. prox. l. fi. Tertia in excusatione, qui morbo, quia interueniente morbo perpetuo tutela finitur, ut ff de excus. tutor. l. post susceptam, nõ sic in alijs magistratibus, ut ff. de postul. l. 1. §. casum, & de iudic. cæcus. Est quarta, quia tutelæ onus explicitum non tribuit interualla uacationum, ut supra de excus. mun. l. 3. sed alia munera sic, ut supra de mun. & hon. non contin. l. 2. Est quinta, quia à nominatione tutelæ non appellatur, sed probatur excusatio, ut ff. quando appell. sit. l. 1. §. tutor, sed à nominatione aliorum munerum sic, ut supra qui ætat. l fi.

Cũ facultates. Si omnia bona mea donaui filio meo emancipato, aliàs non ualet donatio vt supra de inoff. donat. l. 2. non cogor ad munera patrimonij. Nota ꝙ prodest paupertas. Sed à tali prodesse liberet nos Deus &c.

SUMMARIUM.

1 *Mulieres à quibus muneribus excuset liberorum numerus.*

1 De personalibus. Alia munera personalia in alio casu, licet raro possunt alijs mulierib. indici, vt dicetur infra de mulier. & in quo lo. l. vn. in eo casu prodest mulieri ad excusationem numerus filiorum, uel filiarum. 1

SUMMARIUM.

1 *Immunitas patris ob liberorum numerum non prodest filijs, si sint habiles.*
2 *Pauperem qui se dicit, probare debet.*
3 *Pauper, uel diues vt quis dicatur, in qua quantitate iudex sibi reseruat.*

1 Eos. Numerus filiorum dat patri immunitatem, sed non filio, quia si filius sit habilis, nõ excusatur, & immunitas patris sibi non prodest, vt ff. de mun & hon. l. 3. §. quamuis. sicut nec morbus patris, vt supra tit. 1. l. fi. de his dicam plenè in tit. 1. l fi. Secundò
2 dicitur idem quod supra eo. l. cum facultates. In quo nota, qui se dicit pauperem, probare debet. Item & si alium pauperem dicat, vel diuitem, similiter probat. ff. qui satisd. cog. l. qui vero. §. 1. si dubite-
3 tur, statur arbitrio iudicis, vt ff. de rei uend. si in fundo. Item super qua quantitate iudex aliquem esse diuitem, vel pauperem dicat, totum suo reseruatur arbitrio, vt supra de episc. aud. l. tam dementis, & not. supra vnde vir, & vx. auth. præterea.

Rubr. de profess. & medic.

SUMMARIUM.

1 *Medici qui vel quando immunitate gaudeant.*
2 *Absens causa Reip. habet anni vacationem post reuersionem.*

1 Cum te. Ad euidentiam nota, quod in qualibet ciuitate, decreto curiæ statutus erat certus numerus medicorũ, vt ff. de decr. ab ord. fac. l. 1. & qui erant infra istum numerum habebant immunitatem, etiam si infra numerum, ut infra eo. l. nec intra. Et sic duo sunt necessaria medico, ad hoc ut habeat immunitatem, quòd sit infra numerum, & quòd de uoluntate ordinis sit admissus,

admissus, concessa sibi immunitate. Dicitur ergo hic quòd medicus quandiu est in exercitu, & post reuersionem, sicut quilibet absens causa reipublicæ, habet uacationem munerum post non, nisi
2 sit infra numerum medicorum, ut modo in euidentia dixi. Et nota quòd absens causa reipublicæ habet anni vacationem post reuersionem, ut inst. de excus. tutor. §. item qui reipublicæ.

SUMMARIUM.

1 *Manumissionis causa semel probata, non potest reprobari, fauore libertatis.*

Grammaticos. Doctores quando promouentur ad conuentum, approbantur, & recipiũt docẽdi licentiam ab ordine decurionum, ut infra eo. magistros. Dicitur ergo quòd Grammatici, uel Rethorici, qui fuerunt approbati ab ordine, si postea reperiuntur esse inutiles, & minus benè fuisse approbati, poterunt reprobari, & sic nota quòd licet sine causa non
1 possit reprobari, causa tamen manumissionis semel probata, non reprobatur fauore libertatis, ut inst. qui man. non poss. §. semel, nec sententia iudicis, ut ff. de re iud. l. iudex, & de hoc in dicta. l. ponam.

Poetæ. Ideft uersificatores, ut Ouidius, non habent immunitatem.

Oratione. Qui docent artem numeri, & Abbacum non habent immunitatem.

SUMMARIUM.

1 *Doctor ad melius legendum prouocatur salario.*
2 *Studiorum labor dignus est præmio.*

Medicos. Medici Doctores, & Grammatici, & aliarum artium professores iuris ipsi cum uxoribus, & filijs, & omnibus rebus suis sunt immunes ab omni publica functione, nec hospites recipere tenentur: nec uocantur in causa ciuili in iudicio re ipsa, nec in causa criminali erit exhibendus, sed committitur fideiussoriæ, iuratoriæ cautioni cõtrafacientibus, pena imponitur. Secundò ibi; mercedes &c. Dicitur, quòd ad hoc, ut facilius alios instruant artibus memoratis soluenda sunt & salaria à scholaribus
1 & hoc dicit. Nota quòd prouocatur doctor ad melius legendum si habeat salaria, quia labor non debet esse sine mercede, ut in auth.

de iud.

2 de iud.§.ne labor. Et meretur studiorum labor, ut supra de assessor. l.1.& miseri scholares non debent dare, quod minimum possunt, sed quilibet secundum sui patrimonij facultates, ut ff. de adm. tut. l.si plures.§.in primis. Item de eo quod dicit de immunitate danda filijs dic, ut dicam infra eo.l.fi. Item an sint immunes a patrimonialibus, dic plenè, ut in glo.

SVMMARIVM.

1 *Magistri scientiarum quibus debent esse præditi: & a quibus approbari, ut licentiam legendi obtineant.*

2 *Bonus præsumitur qui approbatus est à bono.*

1 Magistros. Duo dicuntur hic primo, quòd Magistri scientiarum debent esse Morigerati, & facundi; Itē debent alia quàm plura habere, vt infra de professs. qui in vrb. const. l.vna. Dicitur secundo, quòd cum accipiunt legendi licentiam, debent approbari iudicio ordinis decurionum, & optimorum cōsensu, idest habentium illius artis peritiam, ut infra de re milit. l. sem-
2 per, & ibi dixi. Secundò nota quòd præsumitur bonus, qui approbatur à bono, ut infra eo.l.prox.

Reddatur. Qui promotus est indigne ad habitum philosophiæ, non habet immunitatem, & sic reddēdus est suæ patriæ, ut munera subeat, & turpe erit allegare non posse subire patriæ functiones, qui professus est, semel posse pati fortunæ, illi autem habent, quod Philosophi non debent curare de aduersitate. Item nota immunitates, quæ sunt à probatissimis approbari, nota quòd dixi supra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Medici debent a ciuitatibus habere stipendia ne pauperes negligant: à quibus possunt accipere aliquid postquam conualuerint.*

2 *Pauperi honestè seruire melius est, quam diuiti turpiter.*

1 Archiatri. Medici statuti in ciuitatibus ideo debent habere stipendia publica ciuitatis, ut libentius curēt pauperes, quam diuites. Sed quòd dicitur, quòd medicus non potest accipere aliquid ab ægroto, sed postquam conualuit sic, & hic dixi. Sic in aduocato, qui lite pendente non potest contrahere cum clientulo suo, vt supra de postul. quisquis, & facit ff. de var. cognit. l. medicus

2 medicus. Item nota quòd melius est seruire pauperi honeste, quam diuiti turpiter.

SVMMARIVM.

1 *Vltimò qui uenit, ultimum habeat locum.*

Si quis. Qui subrogatur in locum defuncti medici, debet approbari ad minus iudicio septem de ordine decurionum. Secundò dicitur, quòd iste subrogatus non obtinebit locum, idest medici illius, in cuius locum substituitur, immo licet præmortuus fuerit primus, iste erit ultimus. Nota quòd licet regulariter cũ aliquid est agendum ab ordine decurionum, debeant adesse duæ partes, ut supra de decurion. l. nominationum, hic sufficiunt septẽ
1 decuriones. Secundò nota, quòd qui uenit ultimò obtinebit ultimum locum, & hoc dicetur infra de tironib. l. 1. de prox. sacr. scrin. l. vnicuique.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas data scholari, uel doctori an censeatur data filijs & uxori.*

Grammaticos. L. ista, licet per multa uerba, dat immunitatem omnium munerum grammaticis philosophis, & alijs professoribus, & maximè eis, qui propter antiquitatem comitiuam primi, uel secundi ordinis susceperunt, quod expone, ut supra de decurion. l. Alexandrinis. Secundò dici-
1 tur, quòd omnia ista priuilegia uxoribus, & filijs suis dantur. Nota ꝙ immunitas data scholari, vel doctori, videtur data filijs, & vxori, vt supra eo. l. magistros infra de prox. sacr. scrin l. in sacris. imò, & toti familiæ, vt supra de superexact. l. 1. & 2. & infra de prox. sacr. scrin. l. in sacris, & infra de re mil. l. quicunque. Sed opponitur, & uidetur, quòd non datur filijs, ut supra qui morb l. fi. & supra qui num. lib. l. fi. & ff. de iur. immun. l. semper. & ff. de excus. tutor. l. in honoris. §. uacationem. Ad quod uidetur mihi uti tali consideratione. Aut datur alicui immunitas ratione dignitatis, siue professionis, & tunc obtinet l. ista cum simil. nisi fauor curiæ aliud inducat, ut supra de decur. l. priuilegio, & l. filijs in fi. Aut ratione necessitatis; ut quia impeditur morbo, vel quia habet multos filios, quia debet uacare educationi filiorum, ut in l. semper. §. si non omnibus, & tunc obtinent iura cõtraria, nam licet pater sit inhabilis, filius potest esse habilis. Ad hæredes autem indistincte non transit immunitas, ut

ut supra de excus. mun. sordidorum, sed cum uita finitur, ut eod. tit. l. eam legem, nisi cum datur generi, quia tunc transit ad descendentes ex linea masculina, ut ff. de iure immunitatis. l. 1. And.

Rubr. de Athletis.

SVMMARIVM.

1 *Promoto ad conuentum non sufficit una carminatio.*
2 *Doctor qui promouetur ad cõuentum doctoribus subornatis, non habet immunitatẽ.*

Athletæ. Qui pugnabant in colluctatione, habent immunitatem, si tria interuenerunt. Primo à tenera ætate fuerunt in arte pugnandi. Secundò, quòd habuerint tres coronas uictoriæ, & unam adminus in altera Roma. Tertio quòd obtinue-
1 rint aduersarijs incorruptis, & h. d. Nota per l. istam ꝙ non sufficit eis, qui promouentur ad conuentum una examinatio, immo in triplici corona uictoriæ coronantur. Primo in priuata. Secũdo in publica examinatione. Tertio cum accipit librum, quia semel posset quis dicere benè ex fortuna ut supra de præscript. xxx. ann. l. omnes.
2 Secundò nota quòd ille doctor, qui promouetur ad conuentũ Doctoribus subornatis, quod utinam non fieret, non habet immunitatem tanquam doctor. Tertio nota quòd non uidetur quis uincere, qui uincit aduersarijs corruptis, vt supra de pę. iud l. 1. Quarto nota quòd licet sint sublati gladiatores, ut infra de gladiator. non tamẽ athletæ. Quinto quòd aliquis debet studere à pueritia sua, & illa dicitur adolescentia gloriosa, ut infra de stud. liber. vrb. rom. l. vna.

Rubr. de his, qui non implet stipend. sacr. sol. sunt.

Ignominiæ. Milites à militia ignominiose remissi debent arceri ab honoribus, non à muneribus. Nota in hac l. duo pulchra, ut dicam infra de infam. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia non debentur ei, qui stipendia non compleuit.*

Cum ob. Ad euidẽtiam nota quòd Miles habet multa priuilegia immunitatis, qui completis stipendijs,

idest

ideſt xx. annis tẽpore militauit, & dimiſſus eſt, ut in l. prox. Dicitur ergo hic ꝙ qui remiſſus fuit curiæ propter ſenectutem, ſi non militauerit xx. annis, non habet priuilegia plena illorum, qui completis
1 ſtipendijs ſolutis, & hoc dicit. Nota nõ ſequitur integra priuilegia, qui ſtipendia non compleuit, nam nil actum credas &c. & qui ponit principium, debet ponere finem, vt in decret. de conſ. diſt. 1. nullus, & euidenter. Probatur autem miles ſoluere curriculum, quàm occurrat victori aduerſitas præliorum, vt extra de regul. cap. 1. in fi. & poſt palmam laboris emeriti, conferuntur inſignia principatus, vt infra de princ. ag. in reb. l. 1.

Veteranis. Veterani, qui militauerunt per xx. annos, & ſic ſoluti ſunt ſacramento honeſta miſſione, habẽt integra priuilegia à lege, & ideo ſuperuacue petũtur à Principe. Et ſic nota ꝙ ſuperfluum eſt precibus impetrare &c. vt ſupra de theſaur. l. vna. Intelligitur finis huius l. & alio modo, ut in glo.

Rubr. quib. mun. excuſ. hi, qui poſt impl. milit.

SVMMARIVM.

1 *Conductor conductoris fiſci non habetur: conductor fiſci: ita nec ſocius ſocij mei eſt ſocius meus: at hæres mei eſt hæres meus, niſi &c.*

Non alios. Conducentes publica vectigalia à fiſco habent vacationem ciuilium munerũ, non qui conducunt a conductoribus, & h. d. Nota ꝙ conducentes à fiſco habent hanc prærogatiuam in priuilegium fiſci, cui bona ipſorũ ſunt obnoxia, & ideo huic priuilegio conductores renunciare nõ poſſunt, vt ff. de iur. immunit l. ſemper. §. conductor, & durat hæc prærogatiua quandiu durat conductio non poſt, vt ff. de mun. & hon. l. in honorib. §. non aliter. Secus in alijs vacationibus, dixi ſupra de muner.
1 non cõtin. l. 2. Tertio nota ꝙ cõductor conductoris fiſci non vr̃ cõductor fiſci, ſicut, & ſocius ſocij mei non eſt ſocius meus. ff. pro ſoc. nam ſocius. & libertus liberti mei non dicitur libertus meus, ut ff. de liber. ag. nos. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis alio libertus, At hęres hæredis mei eſt hæres meus, niſi in caſibus. ff. de uerb. ſign. l. ſciendũ, & de vulg. ſubſt. l. liberis. §. hæc uerba.

Rubr. de libertinis.

Conditio. Licet conditio libertorum ab honoribus arceatur, ut ſupra ſi ſeru. aut liber. ad decur. aſpir. l. 1.

non

non tamen à muneribus ut hic,ab actu tamen serui excusantur,ut infra ne quis lib.act.reip.l.1.hodie uero ab honoribus arcetur,ut in auth.ut libert.de cætero.vj.coll.

Rubr.de infamibus.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates,non patent infamibus.*
2 *Pœnam & præmium quis non debet consequi ex eodem facto.*
3 *Infames an uacationem ab oneribus,habeant,contra legem istam.*

Infames. Duo dicuntur hic primo q infames arcentur ab honoribus,& dignitatibus. Secundo quòd non ha-
1 bent munerum vacationem. Nota quòd portæ dignitatum infamibus non patent, ut infra de dignitat. l.2. dixi supra de decur. nec infames,& promouendum non recipit,& deijcit iam promotum,
2 ut infra de dignitat.l.iudices,cum simil. Secundo nota quòd pœna non debet præstare immunitatem,ut ff.de interd. & rel.l. relegatorum in fin. Et ex eodem facto non debet quis consequi pœnam, & præmium,ut ff.de neg.gest.siue hæredi. hæc omnia ita benè, ut hic
3 colligũtur supra de his,qui impl.stip.l.1. & dic,ut not.infra de dign. l.2.Sed oppono,& conuincitur legem istã duobus modis stare non posse,ecce subire tutelam est onus,& eam quis inuitus subire compellitur,nisi habeat excusationem tutelæ, & lex appellat tutelam, dum dicit tria onera tutelæ,ut ff.de excus,tut. l.2. Sed propter infamiam quis excusatur ab urbicis tutelis,ut ff de excus. tutor.l. sed & milites.§.sed si ignominia,& ideo illud contingit occasione potius quàm ratione,ut ibi not quòd infames urbem ingredi nõ possunt, & denuo instatur ferre testimonium est onus,ad quod inuitus quis compellitur,ut ff. de verb. oblig.l. Sed & si propter in fi. & supra de testib. Si quãdo,& ff.de tab.exhib. quis repellitur testimonio, ut ff. de restib.l.3. Responde illud est duplici ratione; tum quia legitimi actus infamibus sunt interdicti,ut extra de testib. licet. Tum quia ferre testimonium est dignitas,vt 32.q.5.prçceptam,& dignitas denegatur infamibus,ut supra dixi.

Rubr.de reis postulatis.

SVMMARIVM.

1 *Accusati de crimine non uocantur ad nouos honores.*

Reos

1 Reos criminis. Accusati de crimine nō uocantur ad nouos honores. Nota quòd dixi Accusati; nam secus si non habeant accusatores, quia nemo sine accusatore punitur, ut ff. de mun. & hon. rescripto §. si quis accusatores Nota quòd dixi ad nouos, quia à ueteribus non repellūtur, ut ff. ad municip. l. libertus. §. in quæstionibus. A quibus autem repellatur accusatus, dic, ut in glo.

Rubr. de his, qui in exil. dati uel ab ord. moti sunt.

SVMMARIVM.

1 *Remotus ad tempus ab ordine uel aduocationis officio, non est infamis, & locum recuperat. Secus in relegato, & reuerso.*

1 Quibus post. Remotus ad tempus ab ordine, uel aduocationis officio interdictus, finito tēporę non est infamis, suum locum statim recuperat, si vacet, si non uacat, expectat, ut uacet, secus in relegato & reuerso, qui nec suum locum recuperat, si uacantem inueniat, nisi per nouam electionem, nec ad nouos honores aspirat, nisi post tantum tempus quanto in fuga fuit, idest in exilio, ut hoc plenè colligitur ff. eo. l. 2. quam uideas. Ad tempus exulare. Iussus, & reuersus pristinam recuperat dignitatem, si crimen non importat infamiam, ut ff. ad municipal. l. ordine, & subaudi, quòd recuperat per nouam electionem, ut dixi supra l. proxim. Ad nouas autem non recipitur, nisi post tantum tempus, quanto in exilio fuit.

Rubr. de filijs fam. & quemadmod. pater pro his teneat.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas quando inducat consensum.*

Patrem. Tria dicuntur hic. Si consentiat pater cū filius emancipatus in decurionem eligitur, non tenetur. Secundo dicitur, quòd tenetur si consentiat nominationi filij familias. Tertio

Tertio dicitur, quòd uidetur consentire, qui non contradicit. Nota quòd dicitur in secundo casu esse verum, si filius sit habilis, aliàs
1 secus, ut supra de muner. non contin. l. 1. §. fi. In ultimo nota quòd taciturnitas inducit consensum, ut hic, & ff. ad municip. l. 2. cum simil. quod intellige quando contradictio patris potuit aliquid operari, aliàs taciturnitas ei non præiudicat, sic soluitur contrarium ff. de testam. tutel. l. si filius. Et de materia ista dic, ut not. ff. de pignor. act. l. Caius, & ff. de procurat. l. filius. §. inuitus.

SUMMARIUM.

1 *Consentit aliquis appellando quo ad hoc, quòd confitetur tenere processum.*

Cum appellasse. Si filio familias nominato ad munera, Pater appellauerit, uidetur cōsensisse appellatione nominationi. Et sic nota ꝙ aliquis appellando
1 consentit, quia cōfitetur tenere processum, ex quo appellat: ad idē ff. rem rat. hab. l. 3. in fin. & hoc est uerum si pater appellauit nomine suo, secus si nomine filij. Sic soluitur cōtrarium ff. de decurion. si pater. §. pater.

SUMMARIUM.

1 *Prostasiæ munus quid sit, remissiue.*

Si hi. Non debet Pater cum filijs suis, qui sunt in sua potestate nominari ad idem munus publicum, puta, prostasiæ, sed cum emancipatis potest, & hoc dicit. Et quid sit munus prostasiæ dic ut supra de mun. non contin. l. 1. Et collige hic arg. ꝙ pater & filius, qui est in eadem familia non debet taxari in collectis, sed pater tantum.

Sine. Filius meus familias si nō fuit nominatus ad munus meo periculo, vt quia non consensi, licet non appellauerim nō teneor, quia ex quo nominatio ad meum non spectat periculum, necesse non habui appellare: nominator tamen, si filius non erat soluendo, tenebitur reipublicæ præstare indemnitatem, & hoc dicit. Nota quòd licet pater non teneatur insolidum, tamen tenetur tantum ad minus de peculio supra quòd cum eo. l. 1.

Rubr. de periculo successor parentis.

Si proprio. Nota ad euidentiam, quòd sacerdotium est, quædam dignitas cum sumptu, ut ff. ad municipal. l. sponte in princ. Dicitur ergo hic quòd si pater cōsensit tacitè vel

citè vel expresè filio electo ad sacerdotium,& permisit editionem muneris proprio sumptu suo, illos sumptus, qui fuerunt facti in illo munere, omnes hęredes patris cogẽtur agnoscere, & hoc dicit. Nota differentiam, gerat filius honorem patre viuo: quia tunc serua quod dixi vt hic,& ff. famil. hercifcun. l. si filia. §. Idem scripsit; an mortuo patre, quia tunc non tenentur cohæredes, vt in d. §. Idem scribit,& ff. de mun. & hon. l. si filium. fallit in duobus casibus, primo si pater in vltima voluntate voluit contrarium, vt ff. de mun. & hon. l. 3. in fi. Et si viuus fuit professus, ꝙ de suo volebat hoc onus expediri, vt ff. in d. l. si filia. §. Neratius.

Rub. de mulier. & in quo lo. mun. sexui congr. agno.

SVMMARIVM.

1 ***Mulieres ab honoribus quidem arcentur, sed interdum illis fruuntur sine administratione.***

2 ***Mulieres possunt subire munera personalia, & in quo loco, & quæ sint congruentia sexui. nu. 4. & patrimonialia pro rebus parapbernis. 6.***

3 ***Mulier sequitur forum viri, & domicilium, sicut & dignitatem.***

5 ***Domus possessio licet non faciat aliquẽ ciuem, obligat tamen eum patrimonialibus.***

1 Vnica eamque. Ad euidentiam, nota ꝙ licet regulariter mulieres ab honoribus arceantur, vt ff. de mun. & hon. l. 3. §. corporalia,& de reg. iur. l. fœminæ, interdum tamen habent honores sine administratione, vt infra de dignit. mu
2 lieres. Item possunt subire munera personalia quædam, vt not. in præall. l. fœminæ de reg. iur. Quæritur ergo in h. l. in quo loco debeant dicta munera agnoscere,& dicitur in loco, in quo mariti habent domicilium, non vnde ipsa duxit originem. Secundo dicitur ꝙ patrimonialia debent subire mulieres in loco, in quo habẽt pos-
3 sessiones,& h. d. Nota ꝙ mulier sequitur forum,& domicilium viri, vt ff. de iur. omn. iud. l. cum quædam cum simil. sicut & dignitatẽ eius, vt dixi supra de incol. l. fi. & infra de dignit. mulieres. Secundo
4 nota ꝙ mulier agnoscit munera personalia congruentia sexui fœminino, vt tutelam filiorum, vt supra quando mul. tut. off. per to-
5 tum,& alia extraordinaria, vide. ff. de reg. iur. l. 2. in gl. Tertio nota quòd licet sola domus possessio nõ faciat aliquem ciuem, obligat tamen eum patrimonialibus, vt plenè dixi supra de incol. est uerũ,
6 & l. seq. Quarto nota mulier subit patrimonialia pro rebus parafrenalibus, non pro dotalibus, sed solus maritus ad instar fructuarij, vt ff. de vsufr. hactenus,& hic not. in glo.

Rub. de legationibus.

Pater. Qui habet tres filios non cogitur officium subire legationis, in alijs muneribus exiguntur quinque, supra de his, qui num. liber. l. nepotes.

SVMMARIVM.

1 *Defensionem publicam, vel legationis officium qui sponte deserit, sumptus reddit.*

Cum vos. Ego, & Titius fuimus ordinati defensores, seu syndici uniuersitatis in quadam causa, & cuilibet nostrum data fuit certa quantitas pro salario, siue sumptibus: Titio tamen fuit data quædam quantitas, quæ erat data pro aduocatis. Titius cessauit in defensione, volo ego repetere omnes sumptus, dicitur quòd non possum, quia non interest mea. Sed si Titius sponte deseruit, tunc respublica aufert sumptus ab eo, vel ab hæredibus suis, salarium tamen aduocatorum ego recuperabo, quia eis sum de meo soluturus, & nihilominus potero eum deserta defen-
1 sione arguere coram præside, & hoc dicit. Nota qui sponte deserit defensionem, vel legationis officium, sumptus reddit, ut hic, & extraordinariè punitur, vt ff. eo. l. 1. si ex necessitate non punitur, & sumptus lucratur, vt ff. de assessor. l. diem, & ff. eo. l. legatus autem, in fi. necessitatem autem probare debet, qui ait, vt ff. eo. l. 2. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Legationis officio qui suo nomine utitur non alterius, is habet priuilegium vacationis biennij.*

Transmarina. Illi legati habent vacationem biennij, vt supra de mun. non contin. l. 3. qui longin-
1 qua, vt transmarina, legatione functi sunt, non propinqua. Secundo nota, quòd ille habet hoc priuilegium, qui suo nomine, non alterius vtitur legationis officio, vt ff. eo. filius, & dicetur de hoc infra de comit. rei milit. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas quæ datur absenti causa reip. quomodo datur comitibus eius, remissiue.*

Vniuersi.

Vniuersi. Pone sic casum secundum verum, & planum intellectum. Præsides, & Comites sui non habent vacationem munerum, subaudi, finito præsidatu, nec valet illa vmbratilis, idest subintellecta pactio, ex quo habuit præsidatum, quod habeat vacationem. Secundo dicitur, q̄ qui post præsidatum, fuit legatus, post legationem habet vacationem biennij vt supra. l. proxima. Nota post præsidatum non habet præses vacationem, sed eo durante sic; & ita soluitur contrarium. ff. de vacat. muner. l. legato.
1 §. comites. Item nota, quòd illa immunitas, quæ datur absenti causa reipublicæ, datur, & comitibus eius, quod dic, vt dixi de com. rei militar. l. eos.

SVMMARIVM.

1 *Emergentibus quibusdam fortuitis necessaria remedia deposcuntur negocijs priuatorum.*
2 *Vniuersitatis in negocijs statur iuditio maioris partis.*

Si quid. Aliàs, si quod. Quando præses consulit principem super aliqua quæstione priuatorum, dicitur supra de relation. l. 1. Quando verò consulit super aliquo consilio pertinenti ad totius Prouinciæ vtilitatem dicitur hac l. in qua. l. dicitur, quòd vbi inter Prouinciales conuenit præside assidente, vt præses consuleret Principem super aliquo negotio, nō debet præses aliquid diffinire, sed præfectus prætorio diffiniet si potest per se, vel remittet ad Principem, debet esse in loco communi, idest in palatio communi cum prouincialibus assidentibus, & debet dicere; placet vobis, vt de tali negocio consulatur Princeps, & stabit super hoc iudicio maioris partis: Item mittet ad hoc legarum, quem maior pars elegerit. & hoc dicit. Nota quòd in alio conuenit ista relatio cum illa, quæ fit in causa priuatorum, quia postquam facta fuit, non debet præses diffinire, vt hic, & supra de relation. l. 1. in princ. Secun-
1 do nota pulchra verba, quòd quibusdam emergentibus fortuitis
2 necessaria remedia deposcuntur negotijs priuatorum. Tertio nota quòd in negotijs vniuersitatum statur iudicio maioris partis, de quo plura dixi supra de decurion. nominationum.

SVMMARIVM.

1 *Legati debent habere litteras directorias, sic & alij officiales.*
2 *In electiones debent omnes qui possunt, conuenire: infirmi excusantur: an absentes sint vocandi, remissiue.*

Quotiens. Quod dixit l. superior in genere, dicit l. ista in specie in ciuitate Alexandrina. Cum ciuitas vult cōsulere Principem super aliquo negocio debent omnes curiales illius ciuitatis conuenire in loco communis exceptis ægrotis, & firmare decreta sua in propria subscriptione super quo fit Principi referendum, & illa decreta insinuare præfecto augustali per proprios legatos, & dicti legati cum relatione, siue litteris præfecti augustalis, mittentur ad præfectum prætorio maximum, & præfectus suo examine expediat, si potest dictas quæstiones, seu relationes,
1 vel remittat ad Principem ut supra l. proxima. Nota quòd legati, siue ambassatores debent habere litteras sic, & alibi in quolibet of-
2 ficiali, quod dic, vt dixi supra de iur. fisc. l. prohibitum. Secundo quòd omnes, qui possunt debent conuenire in electionibus; infirmi autem, quòd non expectandi, vt hic habes. Item an absentes sint vocandi, dic vt supra de decurion. l. nominationum. Item nota ꝙ per multas manus vadit ista relatio, non sic illa, quæ fit in causis priuatorum, quæ fit tantum à iudice volentibus partibus.

Rubr. de excusat. artificum.

SUMMARIUM.

1 *Otium requiritur in addiscendis artibus.*
2 *Artificium omne studiumque ex continuo sui exercitio suscipit incrementum.*
3 *Doctor quo ad discipulos dici potest pater: ab eisque reuereri debet.*

Artifices. Artifices diuersarum artium, qui continentur in breui posito hac l. in §. & est notitia, in quo §. vsq; ad fin. l. continentur diuersa nomina artificum, habent immunitatem ab oneribus personalibus, & hoc ideò, quia in addiscendis, idest docendis, & in discendis, est habendum otium, vt sic, & docentes efficiantur promptiores, docendo alios, & melius possint
1 suos filios idest discipulos erudire, & hoc dicit. Nota quòd in addiscendis artibus habendum est otium, & ideo non debent scholares esse in tumultu, vt infra de stud. liber. vrb. rom. l. vnica in fi. vnde Sapiens, A tempore natiuitatis scribe sapientiam, & qui immoratur actu augebit sapientiam. Et sic facit contra scholares rixātes,
2 & delectantes in armis. Secundo nota ꝙ doctor docendo peritior efficitur, iuxta illud; discere si quæris, doceas, sic ipse doceris. Et omne artificiū ex continuo artificio suscipit incrementū, vt ff. de leg. 3.
3 l. legatis. §. ornatricibus. Tertio no. ꝙ lex appellat discipulos, filios:

ergo

ergo Doctor potest dici pater, & ad hoc sæpe lex ista inducitur; immo potest probari in iure, ꝙ plus honorat discipulus Doctorem, quàm filius patrem. Nam filius patrem minus benè dicētem sine aliquo uerborum colore correxit, vt ff. de cond. ob caus. l. 3. §. sed, & si seruus. Sed discipulus Doctoris sui sententiam excusauit, ut ff. de arbitr. l. qualem. §. Sabinus.

SVMMARIVM.

1 *Docentis atque addiscentis par est studium.*

Mechanicos. Et hæc lex sicut, & superior dat immunitatem quibusdā artificibus in littera expres-
1 sis. Et nota in hac l. quòd par est studium docentis, & addiscentis. concor. supra de mathem. l. artifices. contra supra de hæret. l. quicunque circ. fi. Virgilius, qui docuit.

Rubr. de potior. ad mun. nominand.

SVMMARIVM.

1 *In patrimonialibus non est differentia inter diuites ac pauperes quoad onus subeundum. Sed in personalibus sic; in quibus ordo seruatur, vt hic.*

Si ipse. Ad euidentiam, nota quòd ad subeunda ciuilia munera, & Magistratus debent eligi diuites, vt supra de decurio. ad subeunda. Si ergo fui nominatus ad Magistratum, qui pauper eram, Titius uerò qui erat diues, non præmissa appellatio-
1 ne, si hoc probauero, debeo excusari, & hoc dicit. Nota in patrimonialibus non est differentia inter diuites, & pauperes, nam omnes debent onera subire, secundum modum facultatum suarum, ut supra, de quib. mun. l. 1. in fi. Sed in personalibus sic, ut modò dixi. Secundo nota quòd in personalibus seruatur ordo, ut primo eligatur ille decurio, qui primo fuit in ordine, secus ubi sunt omnes idonei, sed vbi certum est, quòd primus non est idoneus, sed ultimus, non seruatur ordo, immo idoneus eligitur, vt ff. de muner. & honor. rescripto. §. imperatores. & facit hoc ad quoddam brocardum, quod not. in brocard. de ordine seruando. ad quod supra quēadm. ciuil. mun. indic. l. 1. Andreas.

Rubr. Si propter inimic. creatio facta sit.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia iudicem ordinarium repellit, ac testem.*

Si propter. Non valet nominatio, quæ fit propter inimicitias, & semper intelligitur appellatio præmissa, & arbiter propter inimicitias recusatur, ut ff. de arbitr. l. non distin-
1 guemus. §. cum quidam. Et inimicitia iudicem ordinarium repellit, ut ff. de procur. l. vel exilio. & tutorem, ut inst. de excusat. tutor. §. item propter inimicitias, & testem, ut supra de testibus, si quis in fi.

Rubr. de sumpt. recuper.

Muneribus. Qui nominat inhabilem ad munera, puta habentem ad minus quinque filios, si nominatus præmissa obtinuit, sumptus, quos fecit occasione nominationis, resarciat nominator: Ratio quare hic imponitur pœna, redditur supra de episc. & cler. l. omnes in fin. Fit eadem taxatio, & sacramenti prohibitio, ut dicitur supra de iud. sancimus.

Rubr. Si post creationem quis decesserit.

Si post. Ad euidentiam nota, quod officiales, & Magistratus per aliquod tempus ante Kal. Ianuarias eligebantur, & à Kal. debebant munera, & officia explicare, ut ff. de conditio. & demonstr. l. dicitur, ergo hic quòd si nominatus ad munera decessit, antequam ueniret dies muneris subeundi, occasione illius officij hæredes non conueniuntur.

Rubr. de tabular. & logographis.

SVMMARIVM.

1 *Tabelliones non possunt esse milites.*

Nullus.

Nullus. Prohibentur tabelliones, scribæ, & logographi, militare, & in quocunque officio fuerint, retrahantur, & ad tabellionatus officium redire cogantur, etiam si in nostro Palatio minus quinquennio militauerint, & hoc dicit. facit ad l. istam
1 infra eod. l. fi. & quod dixi infra de coh ortal. l. si cohortalis. Nota ꝙ tabelliones non possunt esse milites.

Quicunque. Decurio, qui passus fuit se eligi in tabellionem, in euitandis tormentis non utitur prerogatiua decurionis, cogitur tamen redire ad decurionatum, sic soluitur supra de decurion. l. vniuersos, & l. qui derelicta, & supra l. prox. in fi. Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Obligatur quis per consensum, siue scientiam, & non ignorantiam.*
2 *Ignorans punitur interdum.*
3 *Seruis omnia officia publica, actusque publici interdicta sunt.*

Generali. Prohibet lex ista tabelliones seruos fieri. Secundo imponit pœnam domino consentienti seruũ esse tabellionem, scilicet, ut teneatur ad interesse contrahentibus, quorum confecta per seruum instrumenta nõ valent. Tertio imponit pœnam seruo, ut affectus uerberibus fisci iuribus applicetur. Nota
1 quòd consensum, siue scientiam, & non ignorantiã volumus obligari, concor. ff. de procurat. si defunctus, & de eden. l. 4. §. sed, & si fi-
2 lius cum multis not. in gl. Interdum tamen punitur ignorãs, quod dic, ut not. supra de decurio. l. omnes. Secundò nota ꝙ seruus tabellio esse non potest, nec decurio, ut supra de decurio. uniuersas, nec miles, ut infra qui milit. non poss. l. super seruis. licet tabelliones ser
3 ui publici dicãtur, quia publicè seruiunt supra de adopt. l. 2. Tertio nota seruis omnia officia publica, & actus publici sunt interdicta, ut in fi. huius l. & sic finis est generalior principio, actus tamen seruiles reipublicæ seruis non sunt interdicti, ut infra ne libert. actum reip. l. vn. Quarto ꝙ generalior est finis huius legis, q̃ principium; interdum è contra, ut ff. de iur. & fact. ignor. l. regula, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Leges dicuntur inexorabiles: ideo dicuntur etiam res surdæ: & quare.*
2 *Conditioni suæ quisque seruire debet.*
3 *Obligatio conditioue patris obnoxium reddit filium: fallit tamen quandoque.*

Mulier. Hæc l. loquitur de diuersis generibus tabellionũ, de quibus dicitur, ꝙ siue aliquis sit tabellio, uel de cor-

pore tabellionum per se, siue per patrem: si illud officium deseruit, cogitur redire ad ipsum, nec erit liber missus aliquo honore, quem fortè meruit, vel priuilegij colore, quod fuerit cōsequutus. Et hæc vera sunt secundum diffinitionem in exorabilium legum, & h. d.
1 Nota ꝙ leges dicuntur inexorabiles, quæ non audiunt preces aliquorum, & ideo leges possunt dici res surda, ut infra subijciā; quia sunt constantes, nec mouētur precibus, quin detur cuilibet ſm merita sua, bonis præmia, & malis pœnam, vt patet. ff. de iust. & iur. l. 1. Et hoc verbū inexorabilium legum miro modo bene exponit Tullius dicendo leges rem surdam, inexorabilem, fauorabilem, meliorem, quæ tam inopi, quàm potenti nil veniæ vel laxamenti dant. si modum excesserit, periculosum est in tot magnis erroribus sola in-
2 nocentia viuere. Secūdo nota ꝙ quilibet debet propriæ seruire cō-
3 ditioni. de quo dic plenè, vt dixi infra de cohort. l. si cohortalis. Tertiò nota ꝙ obligatio patris, siue cōditio filiū reddit obnoxiū, vt h. l. in fi. vt supra de decurio. l. in successione, & infra de agr. & cens. l. cū satis, in fi. cum sim. fallit supra de his, qui spon. mun. sub. l. fi. in prin.

Rubr. de susceptoribus, præpositis, & archarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Vectigal seu tributum soluere aliquo debente, si non soluit, res ei oneri obnoxia incidit in commissum.*

2 *Oblatio sola sufficit ad pœnam futuram euitandam: non liberat autem à debito principali, & quomodo intelligatur facienda illa oblatio. 3.*

Susceptores. Ad euidentiam totius tituli, duo præmitte. Primo qualiter eligantur susceptores, quod dic vt supra de iur. fis. super creandis, quod sit eorū officiū, & dic ꝙ habent destinare apparitores, siue opinatores ad præsidē, vt ad eorum instantiam præsides exigant tributa per se, vel suos officiales, & dent ea infra annū dictis apparitoribus, vt supra de exactor. trib. l. apparitores, & l. missi. Et isti opinatores debent illa tributa assignare susceptori, & recipere apocam, ne decipiatur, vt supra de apoc. publ. l. 1. & sic nō directo ipsi susceptores exigunt à prouincialibus, sed per quendam mediū dicūtur exigere, vt infra eo. l. diu, minimè. Ipsi aūt susceptores non debent personaliter tributa exigere, quia sic à curia, & suis negotijs diutius euagarent, vt in l. prçall. apparito-
1 res, in fi. Vidisti euidentiam tituli huius, modo vide euidentiā legis. Et dic ꝙ aliquis, qui debet soluere vectigal, vel tributū, si nō soluat res huic oneri obnoxia incidit in cōmissū. Modò pone sic casum.

Ego

Ego pro re mea tenebar soluere uectigal, seu tributum, abstuli susceptori quod debebam, noluit accipere: dicitur quòd uocatis testibus debeo contestari, & reddere, ut sic non afficiar laboribus, & expensis, & sic liberatus ero à timore commissi, quia res mea non incidit incommissum, & liberabor etiam ab ipso uectigali, & ita consequar emolumentum, scilicet liberationis. quod intellige si pecunia oblata perierit, susceptor punietur in duplum: & preses prouinciæ, si fuit negligens, cum uidebat malitiā susceptoris, punietur in
2 duplum, & hoc dicit. Nota quòd sola oblatio sufficit ad penam futuram euitandam, sic ff. de arbitr. cellus in fin. sicut, & cursum usurarum impedit futurarum, ut supra de usur si per te non stat. A debito autem principali non liberat sola oblatio, sufficit ad pœnam futuram, nisi sequuta fuerit amissio, ut ff. de solutio. decem; & ita intellige quod dicitur hic de solutione uectigalis, ut supra dixi. Ipso autem iure liberatur à debito principali, & ab vsuris currētibus,
3 sequitur depositio, & cōsignatio, quod dic plenè, ut supra de usur. acceptam, & hęc omnia intelligas si facta fuit oblatio idoneo loco, & tempore, aliàs secus, vt ff. de solution. l. si soluturus. Item nota ꝙ plus punitur delinquens, quàm negligēs. Sed opponitur susceptor non debet per se accipere à collectoribus, sed per mediū, ut supra dixi, ergo non imputatur ei si non accepit. quare punitur, & offerēs liberatur si obtulit ei, cui non debuit. Nota licet non debeat exigere, oblatam tamen debet accipere, vt ff. de leg. 3. vndecim. §. si rem, vel dic, quòd hic ponitur susceptor pro apparitore tributorum, ut supra apparet, quia præses punitur, qui negligentiam eius non correxit; & ita uidetur, quòd erat exactor officialis præsidis, ut l. missi opinatores.

Iusta. Si susceptores non sunt soluendo, uel præpositi horreorum tenentur nominatores eorum, idest procuratoris Cæsaris, ut supra de iur. fisc. l. super, & facit infra de peric. nom. per totum. Secundò dicitur quòd nullus emat de rebus susceptorum, nec per se, nec per interpositam personā, & hoc ideo, quia interest reipublicæ illos esse soluendos, qui primo loco conueniuntur, & facit infra de erog. mil. an. l. opinatoribus, ubi omnino commerciū his susceptoribus prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *Iustitiarius debet recolligere residua collecta, quæ remanserunt suo prædecessori.*

Susceptor.

Susceptor. Noui susceptores, qui modo eliguntur, debent exigere præsentis anni debita, & reliqua præteritorum. Et sic nota quod iustitiarius debet recolligere residua col-
1 lectæ, quæ remanserunt suo prædecessori.

SUMMARIUM.

1 *Officium unum qui gessit, non eligitur ad idem, uel ad aliud, priusquam primi reddiderit rationem.*
2 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
3 *Officia quare non sunt continuanda, ordoque seruandus sit in officijs.*

Neminem. Duo dicuntur h. l. Primo dicitur, quod non debet aliquis continuare officium susceptoris, & assignantur duæ rationes: prima quòd non debet aliquis eligi ad idē munus, nisi prius reddat rationem sui actus. Secunda est ratio, quia aut fuit bonus, aut malus, si fuit malus, non debet iterum eligi, quia præsumitur, quòd erit ad huc malus: si fuit bonus, non debet propterea grauari, quia officium suum nemini debet esse damnosum. Secundò ibi, igitur, dicitur quòd non debet esse susceptor, nisi per vnum annum non plus, nisi consuetudo ciuitatis habeat, ut possit
1 esse per biennium, & hoc dicit. Nota primo quòd qui gessit unum officium, non eligitur ad idem, uel ad aliud priusquam primi exegerit rationem, quod dic, ut ff. de mun. & hon. l. rescripto. §. debitores, & dixi infra de debitor. ciuit. l. 2. Secundo nota qui semel est ma-
2 lus &c. vt ff. de accusat. l. si cui. §. 1. Tertio nota quòd officium suum nemini debet esse damnosum, ut de furt. l. si furtum, & l. si seruus
3 communis. Quarto collige rationem, quare non sunt continuanda officia. & quare sit seruandus ordo in officijs, quod dic, quemad. ciuil. mun. ind. l. fi. Quinto & ultimo nota quòd obseruanda est cōsuetudo ciuitatis, ut supra de emanc. liber. l. 1. & ff. quòd cuiusque vn. nom. item eorū, & dixi plenè supra de exactor. tributor. l. missi.

SUMMARIUM.

1 *Aureus, solidusue quilibet quantum ualeat: solidus autem idem est quod aureus.*

Quotiescunque. Qui debet libram auri, & ultra soluere per aureos, siue solidos, debet pro
1 qualibet libra auri soluere. lxxij. aureos, siue solidos. Et sic cum hic dicatur quot uerè aurei faciunt libram auri, patet quantum ualet quilibet aureus, uel solidus, quod est idem quod aureus.

Frumenta.

Frumenta. Duo dicuntur in h.l. Primo dicitur ꝙ cũ præpositus publicis horreis assignet aliquam quantitatem frumenti, militibus transferendam, debet ei fieri apodixa de frumento assignato. facit supra de Apoc. publ. l. 1. Secundo dicitur quòd in horreis publicis non debet aliud frumẽtum reponi, quàm publicum.

Diu. Dicitur hic quòd pecuniam exactam à prouincialibus nõ diu retineant susceptores, sed statim ad ærarium, uel thesaurum reipublicæ transferre festinent.

SUMMARIUM.

1 *Electores tenentur de mala administratione electi.*
2 *Electum qui confirmat, non uidetur eligere: contra quandoque.*

Exactores. Exactores, siue susceptores tributorum, cum eliguntur ad hoc officium nominãtur per procuratorem Cæsaris, ut supra de iur. fisc. l. super, & nominati publicãtur in urbe in cętu publicorum senatorum, uel in prouincijs decurionum, & per omnes senatores, uel decuriones, uel per maiorem partem confirmantur, & confirmatis eis; tam nomina nominan-
1 tium, quam ipsorum electorum ad notitiam præsidis declarantur; & ita si ipsi susceptores malè administrauerunt, teneantur nominatores in subsidium, non confirmatores, & maior magistratus eligit, & magistratus confirmat, quia solus eligens tenetur, ut inst. de
2 satisd. tutor. §. fin. & collige aliud notabile, quòd qui confirmat electum, non uidetur eligere, arg. contra in auth. de defens. ciu. §. 1. cũ simil. Tertio nota, quòd statur iudicio maioris partis, quod dic, ut supra de decurion. l. nominationum. Quarto nota de hac electione, ut dixi supra de iur. fisc. l. super.

SUMMARIUM.

1 *Tributi minus quare soluebat, qui remotior erat.*

Modios. Ad euidentiam nota, quòd tributa soluebãtur alia in pecunia, alia in specie frumenti, uel ordei, uel uini, uel lardi, ut supra de an. & trib. in rubr. not. in l. ista tractatur de tributis, qui soluebantur in specie, & dicuntur hic duo. Primo ad hoc quòd non decipiantur prouinciales in soluendo frumentum, uel ordeum in mensura, debent ueræ mensuræ esse lapideæ, uel æneæ,

æneæ, in loco publico, uel in aliqua Ecclesia sicut est Baroli in Ecclesia sancti Nicolai, ut si prouinciales cōquerantur de falsitate mēsurarum, possint ad dictas mensuras lapideas habere recursum, & puniuntur susceptores, qui falsas adhibuerunt mensuras. Et sic nota in hoc principio, quòd remouetur occasio delinquendi. Secundo ibi; Et submotis &c. dicitur ꝙ quilibet prouincialis debet soluere de frumento, quod nascitur in prædio suo, Quinquagesimam partem de ordeo, quadragesimam de uino, & lardo uigesimam. in partibus remotis soluent de frumento, & ordeo quadragesimam,
2 de vino, & lardo decimamquintam, & hoc dicit. Nota quòd minus soluit ille, qui est remotus, & hoc ideo quia susceptor oneratur in deferendo.

Susceptores. Susceptores in qualibet ciuitate debent describere bona singulorum, præsentibus defensoribus ciuitatis, & fit ista descriptio ad tutelam possessorum, vt nil exigatur ultra quàm patiantur proprię facultates, quod dic vt supra de an. & tribut. l. 2.

Securitates. Susceptores ferunt aliquas securitates inquirentes patrimonia singulorum, & illæ securitates fuerunt publicatæ in actibus defensorum, ut l. prox. imputantur susceptoribus, qui secundum illas securitates, idest secundum quam inuenerunt quemlibet possidere, ipsi colligent non plus, vel minus. Secundo dicitur, quòd quantum ipsi exigerunt pro mercede sua, debet à parte sua discuti, & inquiri. Secundo dicitur, quod si susceptores fecerūt alicui apocam de solutis, illę securitates remanebunt firmæ, & non poterit ipse discussor apponere exceptionem nō solutæ pecuniæ, quod est not. & dic ut supra de apoc. publ. l. fin. & l. semel.

SVMMARIVM.

1 *Depositus ab officio ex suo delicto non debet redire ad illud.*
2 *Rescriptum principis quandoque non ualet: & cur, remissiue.*

Si aliquid. Susceptor qui aliquid in officio suo, uel tabellio aliqua fraudulenter omiserit, ad aliud officium
1 nunquam reuertatur etiam per rescriptum Principis. Nota depositus ab officio ex suo delicto, non debet redire ad illud arg. infra de dignit. l. iudices, & supra si quac. præd. potest l. 1. & infra de pa-
2 lat. sacr. larg. l. 2. sed arg. contra de cohortal. l. si quis. Secundo nota casum,

casum, in quo non ualet Principis rescriptum quod dic ut supra de pet. bon. subl. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Archæ plures erant, ad quas deferri quid deberet ostendit.*

Duos. In hac. l. dicuntur tria. Primo dicitur, quòd in qualibet Prouincia debent esse susceptores duo, & duo tabularij. Et intellige, quòd unus est susceptor auri, alter specierum, ut infra de numer. l. 4. & supra de can. larg, titul. l. præcipit. §. penul. Secundò dicitur quòd pecunia, quæ colligitur ex sola pactione tributorum, quod uocatur aurum largitionale, non mittetur ad scrinium rationalium subaudi, sed Comitis rerum priuatarum, ut supra de can. larg. tit. l. 1. Tertiò puniuntur iudices, & officiales contrafacien-
1 tes. Nota quòd plures sunt archæ, est archa præfecti prætorio. Est archa rationalis, de qualibet habes supra de exactor. tribut l. in fiscalibus. Est & tertia comitis rerum priuatarum, ut supra de can. larg. titul. l. 1. de qua modo dixi. Est quarta archa cuiuslibet ciuitatis, quę vocatur archa communis, ut ff. quod cuiusque un. nom. 1. Ad primam archam deferuntur species, ut in auth. de collator. § eos. Ad secundam reliqua officialium, ut in d. l. in fiscalibus. Ad tertiam aurum largitionale, vt hic. Ad quartam pecuniæ ciuitatum, & collige arg. hic ꝙ aurum, quod percipitur per præsides ex collectis non mittitur ad magistros rationales.

SVMMARIVM.

1 *In officio, aliquo is qui semel bene se gessit, poterit assumi iterum in eodem, modo non continuet.*
2 *Officia committenda sunt expertis.*
3 *Commodum qui sentit, debet & idem onus sentire, non alius.*
4 *Priuilegium primæ dignitatis non perditur propter aduentum secundæ.*

Humilioribus. Ad euidentiam nota ꝙ olim erat quoddam tributum pro uestibus militum, & illud exigere erat officium, ad hoc officium non eligantur decuriones, quia ad alia humiliora, & extraordinaria eliguntur, sed eligentur officiales, & proconsules, uel alij, qui aliàs fecerunt hoc officiū, & propterea fuit eis de publico prouisum, unde illi habent modo prouisionis commodum, sentiant hoc onus officij, nam decuriones non debent subire onus, & alij commodum prouisionis agnoscere,

ſcere,niſi decuriones, antequam eſſent decuriones, militauerint: id eſt fuerint in officio ſupradicto, quia defecti decuriones non ex-
1 cuſantur,& hoc dicit.Nota qui ſemel in aliquo officio bene ſe geſſit,poterit aſſumi iterum in eodem,vt hic,& ſupra de aſſeſſor.l.liceat
2 dummodo non continuet vt ſupra eo.l.neminem. Secundo nota
3 quòd officia debent committi expertis,non rudibus. Tertio nota, quòd non debet unus habere commodum,alius onus, ſed qui habet unum,habeat,& reliquum,ut ff.pro ſoc.l.ſi non fuerint.§.fi. &
4 de reg.iur.l.ſecundum. Nota quòd priuilegium primæ dignitatis non perditur propter ſecundæ dignitatis aduentum, de qua dicemus infra de prox ſacr.ſcrin. iubemus.

SVMMARIVM.

1 *Archarij officium quod erat.*

1 Aurum. Archarius uocatur ille,qui ſuſcipit aurum,uel argẽtum à collatoribus illatum, & iſti niſi benè ponderent aurum ad crimen præſidis pertinebit,& quod mittitur ad prouincias,ad ærarium noſtrum debet aſſignari comiti rerum priuatarum,quod dic,ut dixi ſupra,tit.1.l.pen.

Rub. de ponderator. & auri illatione.

Aurum. Aurũ quod infertur à prouincialibus debet æquis ponderibus ponderari.

SVMMARIVM.

1 *Nicoſtrati quod erat officium.*
2 *Sapiens eſt qui nec fallit, nec fallitur,nec falli poteſt.*

1 Quoties. In qualibet ciuitate debet eſſe vnus officialis, qui vocatur Nicoſtrates, id eſt cognitor auri, qui nec fallit,nec fallitur in cognoſcendo aurum, ad cuius fidem, & induſtriam recurratur,cum de auri qualitate à prouincialibus illati cõ-
2 tigerit dubitari. Nota quòd ſapiens eſt,qui non fallit, nec fallitur, ergo doloſus,non eſt ſapiens, quia decipit, ſeu fallit. Item ſapiens eſt, qui non poteſt falli, quod intelligas, ſi habeat facti peritiam, aliàs ignorantia facti prudentiſſimos fallit,ut ff. de iur.& fact.igno. l.iuris l

Rubr.

Rubr. de auri publici persequutoribus.

Auri. Officiales, qui aurum publicum suscipiunt, ut susceptores, consueuerunt partim aurum præsumere, subaudi coquere sine licentia Imperatoris, & partim, cum interdum habeant licentiam imperatoris coquendi aurum, consueuerunt aurum retinere, & non mittere ad æraria publica: vnde mandat imperator, vt nullus coquat aurum sine licentia Principis, nec coctum in suos vsus conuertat: & hoc dicit.

Rubr. de his, quæ ex pub. collat. illata sunt, non vsurp.

Nullus. Non potest aliquis officialis, ut susceptor, species aliquas transferendas in horrea publica, uel aurũ transferendum in archam publicam ad alium titulum conferre, nisi ex Principis uoluntate: si contra faciat, punitur, ut in l. proxim. Nota casum in quo Principis necessaria est uoluntas, ut supra de iur. fiscl. prohibitum.

SUMMARIUM.

1 *Licentia malæ faciendi est coercenda grauissima seueritate.*

1 Sciant. dictum est supra l. prox. Et nota, quòd omnia potest agere, qui pœnam contemnit, ut infra ibi, nisi maluerint grauissima seueritate, suam licentiam coerceri.

Nullus. Non debet aliquis officialis, aurum publicum, quod ad suas manus peruenerit, mutuo dare, aliàs patietur pœnã, vt dicitur supra de his, qui ex publ. ratioc. l. 1. & 2. & dictvt ibi.

Rubr. de auro coronario.

SUMMARIUM.

1 *Aurum coronarium quod dicebatur.*

Ad colla-

1 Ad collationem. Aurum coronarium dicitur, quòd confertur pro corona Principis: ad hanc collationem non tenentur, nisi illi, qui consueuerunt, ut iudæi ut supra de iudic.l. iudiciorum. Nota consuetudinem, ut dixi supra de exactor.trib.l.missi.

Rubr. de irenarchis.

SVMMARIVM.

1 *Irenarchæ qui dicebantur, & quod erat eorum officium.*

Irenarchę. Irenarchæ sunt, qui moribus corrigendis præponuntur, & ad concordiam retinendam, & pacē seruandam, ut hic, & latronibus capiendis, ut ff. de custod. reor. diuus. Isti nominantur, & eliguntur idonei a decurionibus iudicio præsidis Prouinciæ.

Rubr. de argenti precio, quod thesauris infertur.

SVMMARIVM.

1 *Auri libra, atque argenti quanti ualebat.*

1 Iubemus. Qui debet argentū, & vult soluere aurū pro qualibet libra argenti debet soluere quinque solidos siue aureos. Et sic nota, libra argenti ualet quinque aureis, libra auri ualet solidos.lxxij.ut supra de susceptor.l.quicunque. Item nota quòd soluitur una quantitas pro alia, quod non est creditoris, ut ff. de aur.& arg.leg.l.2.& supra de donation. si quis argentum.in prin. facit.ff.de solut.l.paulus respondit creditorem.

Explicit liber Decimus.

COMMEN-

COMMENTARIVM SEV LECTVRA

In Vndecimum Librum Codicis:

Auctore Andrea de Barulo Neapolitano, Iurisc. celeberrimo, Regioq; consiliario.

Rubr. de Nauicularijs, seu naucleris publicas species transportantibus, & de tollenda lustralis auri persequutione.

Nullam. Prohibet vim, vel concussionem fieri naucleris publicas species transportantibus: cōtrafacientes punit pœna x. librarum auri. Et nota quòd l. 3. & 4. lex loquitur de præmio naucleri. Secunda de officio, pen. & vlt. de pœna.

Comperimus. Sicut patet ex rubr. naucleri isti, vel nauicularij transferunt publicas rationes, siue species à remotis locis in vrbem, v. g. ciuitas Syriæ in signū subiectionis quolibet anno dabat reip. certas species, puta pannos de sirico, vel frumenta, uel similia. Naucleri, qui illas species transferebant: quia non erat statutum tempus transuectioni, de illis speciebus negotiabantur, & propria emolumēta ex tali negotiatione cōsequebātur, ne hoc fiat, statuit hic Imperator, ꝙ isti naucleri teneātur illas species, ex quo susceperunt inferre in urbem infra spatium unius anni, & cum assignant illas species illi, qui susceperunt, eis debent facere cautelam, & apodixam, de illa specierum assignatione. In qua apodixa debet contineri dies assignationis, & dictam securitatem debent dicti naucleri restituere illis, à quibus dictas species receperunt, idest hominibus Syriæ, & h. d. Nota de hac securitate supra de ápoc. l. 1. Nota quòd tollitur materia malignandi.

K Ab his.

Ab his. Qui exercent rapinas contra nauclerum puniuntur in quadruplum, & h.d. & secũdum veram opinionẽ, idem est in hac rapina, ac si esset facta cuilibet alteri, ut triplum sit pœna infra annũ. Si quæras quare specialiter de his dixit, ne uideatur neglectum. Verius, nam quia in prima lege statuerat contra raptorem mulctam x. librarum auri, nõ videbatur raptor afficiẽdus hac pœna quadrupli, ne adderetur afflictio afflicto, tamen vltra illam, punitur hac pœna; quia illo fisco, hæc spoliato datur.

SUMMARIUM.

1 *Defectus vnius ciuitatis suppleri debet per aliam.*
2 *Ecclesiæ electio non debet fieri quandiu est in ea idoneus qui regat.*

Cum nauarchorum. Frumentum erat conditũ in partibus orientalibus transferẽdum per nauicularios illius Prouinciæ ad urbem. Cum esset ibi in Prouincia orientali inopia nauium, nauicularij illius prouinciæ causa faciendi, uel inueniendi naues, superueniente iam tempore æstiuo, quo erat facienda transuectio, dum illi nauicularij morantur in insulis, præfectus orientis, ne illi nauicularij punirentur à iudicibus, siue officialibus præpositis transuectioni, non facta trãsuectione suo tempore conuocauit præfectum Augustalem, & præsidem insularum, & iunxit eis, ut naucleros summates, idest, primates classium Alexandriæ ciuitatis, & carpatiæ inducerent ad onus frumentarium orientalis transferendum in sacratissimam ciuitatem, qui procurauerunt dictos naucleros Alexandriæ educi, statuto eis salario, de quo commendat factum prætoris Dominus Imperator, & h d. Argumentum collige pro officialibus. Mandatur secreto, ut cum tali naui mittas nobis mille salmas ordei, si illa nauis impeditur, potest aliam conducere. Nam duæ sunt partes huius præcepti mittere, & cum illa naui mittere. Vnde licet excusetur, quia non misit cum ista naui, quia non potuit, non excusatur, si nõ
1 misit, vt ff. de arbitr. celsus. Item argum. ꝙ defectus vnius ciuitatis,
2 suppletur per aliã, vt ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. diuus. Item arg. ꝙ non possit electio fieri de aliqua ecclesia, quandiu reperitur idoneus in eadem, ut supra de episc. & cler. ecclesijs. De hoc dic, ut extra de electio. cap. cum inter canonicos.

Qui fiscales. Puniuntur officiales pœna capitali, qui vendunt frumenta, quæ suscipiunt in publicis transferenda. Et vide clarius intellectum huius l. supra quæ res vendi non poss. l. pen. & fi.

Iudices.

Iudices. Puniūtur iudices,& officiales omnes, qui impediūt naues portantes publicas species, asserentes esse tēpus hyemale, cum sit æstiuum,& aptum ad nauigandum. Item puniuntur naucleri, qui patiuntur se decipi, participantes fraudem cum iudicibus.

Rub. de præd. & omnibus rebus nauiculariorum.

SVMMARIVM.

1 *Onus comitatur rem, nec perit priuilegio noui possessoris.*
2 *Valor rei conijcitur ex præsenti æstimatione, non præterita, vel futura.*
3 *Vasallus tuus non sum, eo quòd rem emerim à tuo vasallo: res enim obnoxia tibi est seruitio, non persona.*

Domum. Ad euidentiam nota, ꝙ nauicularij patrimoniū est obnoxium functioni nauiculariæ: nā dicitur hic ꝙ ad quemcunque fuerit alienata res nauicularij, etiam si ad fiscum, ille, in quem facta est alienatio, debet deseruire oneri seu fun
1 ctioni nauicularię secundum existimationem rei alienatæ. Et nota ꝙ onus comitatur rē, nec perit priuilegio noui possessoris. Aduerte ꝙ est lex, quę incipit, in his, quam auctor legit, cum. l. domum, tu eam diuide: in his tria dicuntur in h. l. si nauicularius alienauit mihi aliquam rem patrimonij sui, res illa est obnoxia nauiculariæ functioni, non persona mea, non residuum patrimonium meum. Secundo dicitur in versiculo domus, ꝙ si domus nauicularij ad me peruenit pro ea æstimatione erit obnoxia functioni nauicularię, q̄ poterat haberi,& percipi ex ea tempore factæ alienationis, cum pecunia mea mutuaretur, id est vicissim daretur pro re illa. Tertio dicitur, ꝙ si in loco, vel area mihi donata, vel vendita à nauiculario, ex qua modica pēsio colligi poterat, ego ędificaui opus sumptuosum ex quo non habetur augmentum pensionis, puta quia feci ibi turrim, non debet mihi augmentari pensio, sed tenebor pro illa modica pensione, quæ tempore alienationis ex ea colligi poterat, subaudi idē si fuisset pensio augmentata, vt supra prox. dixi, quia debet industria cuilibet prodesse, quod nota vt supra de alluuion. l. si. cū sim.
2 Item nota ꝙ colligitur valor rei præsenti æstimatione non præterita, vel futura, vt ff. de iur. fi. l. 3. §. diui fratres;& facit contra insatiabiles prælatos ecclesiarum, qui si alienauerunt rem ecclesiæ modici valoris, puta, domum ruinosam, postea videntes rem preciosiorē effectam, dicunt ecclesiam deceptam, quia tunc per l. istam haben-

da est consideratio æstimationis, quæ erat tempore alienationis, quia tempus contractus inspicitur, vt supra de rescind. vend. si voluntate, & extrà de contrah. empt. c. 2. Item nota ꝙ onus nauiculariæ functionis comitatur rem tanquã lepra, vt onus tributi, vel pignoris, vt ff. de publican. Imperatores, & supra sine cens. vel reliq. l. pe. & fi. & ita non immutatur ex persona cuiuslibet successoris etiã priuilegiata, vt supra l. prox. ad idem facit supra de ann. & trib. l. 1. cum simil. & supra de impon. lucr. descript. l. vn. Item not. ꝙ ædificia sunt decus vrbium, concor. ff. de nou. oper. nunc. l. prætor. §. hoc interdictum. Item nota ꝙ magna ædificia fiunt cum magna difficultate, & sumptu, & iudicatur magnanimus, qui fecit ea. Ita nota arg. si emerem à vasallo tuo, non propterea sum vasallus, sed res est tibi obnoxia seruitio, non persona: nam iste, qui emit à nauiculario, non est nauicularius.

SUMMARIUM.

1 *Pactum priuatorum non valet in præiudicium iuris priuati.*

Hi qui. Qui emit fundos à nauiculario secũdum præsentem æstimationem huius rei, quam emit, res erit illa obnoxia nauiculariæ functioni. Secundo dicitur ꝙ si conuenit inter nauicularium, & emptorem, ꝙ ipse nauicularius teneatur obnoxius dictæ functioni, non valet illud pactum in præiudicium eius functionis, sed cõuenietur emptor nõ obstante illo pacto. Tertio dicitur ꝙ si emptor non est idoneus, tenebitur in subsidiũ nauicularius ido-
1 neus etiam postquam rem alienauit, & h. d. Nota ꝙ nõ valet pactũ priuatorum in præiudicium iuris publici, vt ff. de pact. ius publicũ, & de magistr. conuen. l 1. §. eius. cætera nota, vt in l. prox.

Rubr. de nauibus non excusandis.

SUMMARIUM.

1 *Titulum vel nomen alterius affigere sua rei quisque prohibetur.*
2 *Priuilegia dignitatum non debent publica vtilitati obesse.*

Multi. Aliqui sunt, qui habent naues, & cũ respublica egeat eis subtrahunt naues, ne deseruiant publicæ vtilitati, dicendo nauem esse alicuius potentis. prohibet ergo l. ista hanc fraudem fieri reipublicæ sub pœna nauis: & vt nullus locus fraudibus relin-

relinquatur, mādat, vt nauis cuiuslibet in dignitate positi à vectione publica non excusetur, cum omnes conueniant reipublicæ obe-
1 dire sine alicuius priuilegio dignitatis, & h. d. Nota prohibetur quis rei suæ affigere titulum, uel nomen alterius vt supra nem. pri-
2 uat. Secundo nota ꝙ priuilegia dignitatum publicæ utilitati obesse non debent, vt supra de an. & trib. l. obsistere, cum simil.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium non valet contra publicam vtilitatem obtentum.*
2 *Delictum priuati nocet interdum ecclesiæ.*

Iubemus. Prohibet Imperator, vt nemo excuset nauē suā, quominus vadat ad exercitum siue dignitatis, siue religionis contemplatione, puta quòd nauis est alicuius Ecclesiæ. Secundò dicitur ꝙ nec priuilegium ualet, quod excusationem indulgeat, quia in nullo casu valet priuilegium contra publicā uti-
1 litatem, circa quam uisus est suam nauem excusare, & h. d. Nota ꝙ valet priuilegium contra publicam vtilitatem obtentum, vt supra de prec. imper. offer. l. nec damnosa, & si cōtra ius, vel vtil. publ. l. fi.
2 & supra de pet. bon. subl. l. 1. & 2. cum simil. Item nota quòd delictum priuati nocet ecclesiæ. argu. contra supra. vnde vi, l. meminerint, in fi. sol. vt in l. iubemus supra de sacrosan. eccles. vbi est l. ista de uerbo ad uerbum.

Rubr. ne quid oneri publico imponatur.

S V M M A R I V M.

1 *Occasionem damni qui dat, damnum dedisse videtur.*

Oneri. Prohibet Imperator, ne aliquis priuatus aliquid imponat de mercibus suis naui oneratæ publicis speciebus, & imponit pœnam contrafacienti, quia erit obnoxius periculo naufragij, si nauis naufragium fuerit passa, quia illa occasione iniuncti oneris, naufragium incurrerit, & nihilominus vult eum pu-
1 niri pœna extraordinaria. Nota hic, qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur, vt ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac quoque actione, in fin. cum simil.

Rubr. de naufragijs.

SUMMARIVM.

1 *Fisci iuri etiam detrahitur, vt iuri, & commodis subueniatur singulorum.*

Si quando. Si aliqua nauis patiatur naufragium, fiscus nō occupat res naufragij. Sed dominis reseruātur: quia non debet fiscus ex aliena calamitate, luctuosa cōpendia consequi, & hoc dicit. Et nota quòd fiscus nō intendit facere lucrum
1 cum dispendio subiectorum, immo detrahitur iuri suo, vt iuri subueniat, & commodis singulorum, vt C. de cad. toll. l. vn. in fin. & de ed. diu. Adr. toll. l. fin. in princ. & facit contra dominos christianos, qui subditos affligunt indebitè. Item nota, ꝙ non est addenda afflicto afflictio, vt supra de episc. aud. l. tam dementis: qualiter autē, & per quos dominus debeat probare suas res, dicetur infra eo. quoties, & infra quod tempus, dicetur in l.

SVMMARIVM.

1 *Instantia causæ nauis passæ naufragium durat per annum, regulariter per triennium.*

Si quis. Ille qui dicit res naufragij esse suas, debet hoc probare infra annum, & si probauerit res ei restituentur; si infra annum non probat, perit instantia illius causæ, & hoc dicit. Nota speciale, quòd instantia causæ nauis durat per annum, regulariter per triennium, vt in l. properandum.

SVMMARIVM.

1 *Collegium probat per eos, qui sunt de collegio. Sic per domesticos probantur ea quæ domi fiunt.*

Quoties. Dictū est supra lege prox. ꝙ si aliquis dicat res naufragij esse suas, debet hoc probare. in hac l. dicitur per quot testes, & quales probetur, & dicitur ꝙ sufficit per tres testes. Secundò dicitur quales testes admittantur ad hoc probandū, & dicitur, quòd primo magistri nauis si supersunt, si non supersunt alij nautæ, sed omnes perierunt, per libros ipsorum nautarum, siue

siue magistrorum probatur. Vltimò dicitur quòd non debent nauigare naues, quæ ducũt, publicas merces, nisi in Kalendis Aprilis, vsque ad Kalen. Octobris. Nota primo quòd in ore duorum, vel trium stat omne verbum, vt extra de testib. cap. licet in quibusdam causis plures requiruntur, quod dic, vt not. ff. de testib. l. testium. vni autem non creditur, nisi in casu supra de fal. l. si quis decurio. Secũ-
1 do nota quòd de his, quę fiunt in naui melius potest sciri veritas, per eos, qui sunt in naui, sicut ea, quæ fiunt domi probantur per domesticos, vt supra de diuort. l. consensu, in fi. vnde est, quòd collegium probat per eos, qui sunt de collegio, vt extra de probatio. Tertio, & de testib. veniens. Item nota, quòd iudicis officium est inquirere veritatem, vt supra de edendo. l. 2. cum simil. & quibus veritas assistit, vt hic, & 4. q. 3. testis. & extra de testib. testimonium, vt hic in gl. fallit in casu. ff. quemad. testam. aper. l. si quis, dic, vt ibi. Item nota ꝙ secundum Romanos duo sunt tempora anni æstas, & hyems. Secundum leges sunt quatuor, quod dic, vt ff. de aq. quot & æst. l. 1. §. æstate, & secundum Hippocratem, & Galenum, & Auicennam.

Pro ijs. Prouinciales, siue erant priuati, siue senatores soluerunt tributa exactori tributorum, & dum veherentur, perierunt in mari; dicitur quòd nullum est periculum delatoris, & dicetur infra eod. l. prox.

SVMMARIVM.

1 *In summarijs an sit opus libello, discutitur.*

De submersis. Duo sunt dicta huius l. Primo dicitur ꝙ qui aliquid de naufragio abstulerunt criminaliter accusati, & conuicti infra biennium damnantur pęna extra ordinaria pro qualitate personarum. Secũdo dicitur, ꝙ si accusaui criminaliter nauicularium, quia diripuit aliquid de naufragio, & accusaui cũ libello, & stetit per iudicem, quo minus illa causa fuisset finita infra biennium, & ita nauicularius fuit absolutus ab obseruantia iudicij, iudex, & eius officiales soluent mihi, quæ fue-
1 runt ablata, & h. d. Nota ꝙ dicitur summaria cognitio sine libello, vnde quæritur hic an in summarijs sit opus libello, hic videtur innui, ꝙ non, alibi autem dicitur, ꝙ de plano libellus offerri potest. ff. de adulter. miles. §. sexaginta, & alibi ꝙ in summaria cognitione seruatur iudiciarius ordo, vt ff. ad exhib. in actione enim ad exhibendũ summariè cognoscitur, vt eo. tit. l. 3. & sic sunt iura pro, & contra. Circa quod ita uidetur distinguendum; aut summaria cognitio, &

incidens est, aut principalis. Si incidens, vt est exemplum supra vbi in rem actio. l. 2. non est opus libello, tum quia nec in non summarijs incidentibus est opus libello, vt arg. supra de ord. iud. l. 1. tũ quia ea, quæ post litem contestatam emergunt &c. vt ff. de ædil. edi. l. ędiles. §. item sciendum. Si autem summaria sit principalis, vt bonorũ possessio, quæ non tribuit ius, in qua summariè cognoscitur, vt ff. quis ordo in bon. poss. seruet. l. 2. §. 1. aut apparet contradictor, aut non. Si non apparet, puta quia non peto bonorum possessionem gratia agnoscendæ litis, hic non offertur libellus, quia nõ est in iudicio litigare, quia non est actus trium personarum, aut apparet contradictor, ut in carboniana, & tunc est offerẽdus libellus arg. supra de carbon. ed. l. 1. & de edicto diu. Adr. toll. l. fi. Et tangitur hęc distinctio in prealle. lege, quis ordo in bo. poss. seru. sed fallit in l. ista, ubi apparebat contradictor, & non offertur libellus, quod est speciale in fauorem, naufragium passi, uel quia quæstio erat breuis, ut supra de sent. ex breu. recitand. auth. nisi breuiores, & ff. de accusat. l. Leuia. Et prodest hoc scire, quando Princeps mandat, vt procedatur summariè, vel sine strepitu iudiciorum. Item nota ꝙ summaria cognitio dicitur hic à libelli oblatione, vel assentione, idest quia fit aliquid iudice non sedeute pro tribunali, vt in l. præall. quis ordo, & sic summariè, aut sedente, & sic non summariè, vt supra de dilatio. l. à procedente. Item nota, quòd punitur in delictis secundum qualitatem personarum. quod dic, vt ff. eo. l. pedius.

SUMMARIUM.

1 *Nauicularius vnus tenetur pro delicto alterius.*

Super. Si aliqua summa publici frumenti perit in naui culpa nautæ, periculum est totius corporis nauiculariorũ, & non fisci. Prouinciales verò, qui soluerũt, liberati sunt, vt supra eo. l. pro his. Et nota ꝙ vnus nauicularius tenetur pro delicto alterius,
1 idem in fabricensibus, vt infra de fabricens. l. iure, & dic vt ibi.

Rubr. de metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallorum.

SUMMARIUM.

1 *Metallarius dicitur, qui metalli venam inuenit, & tractat: & quid fisco reddat.*
2 *Scrupuli quot requirantur ad unciam.*

Perpensa.

1 Perpensa. Quicunque vult esse metallarius, ideſt inuenire uenam metallorum, libere poteſt, dũmodo pro qualibet uncia metalli, quæ inuenerit, det fiſco tertiam partem, & quod ſupereſt uendat fiſco iuſto precio, & hoc dicit. Et ſic nota in hac. l. caſum, in quo aliquis uendit inuitus contra regulam ſupra de contrah. empt. l. dudum, & ſupra de iur. deliber. l. nec emere. fallit etiam in alijs caſibus ibi notatis. viginti quatuor ſcrupuli faciũt
2 vnciam, & octo ſcrupuli faciunt decem. Item nota quòd baluca, ideſt publica utilitas, & chryſamos utilitatem ſignificat.

Ad metallicum. Quando eſt conſueto, ut metallarius ſoluat metallicum canonem, nõ per ſcrupulos, ſed per libras, nomine libræ ſoluet nouem venetos, quia tantam pecuniã debebat multiplicatã per multos ſcrupulos, quod faciebat vera libra, uel multas libras, quanti ponderis debebat eſſe libra hic dicitur, & nota quòd attenditur hic conſuetudo. concord. ſupra com. delegat. uenditor. §. ſi conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Metalli inuentor debet fiſco portionem non autem theſauri.*

Cuncti. Metallarijs, qui inuenit metalla in loco alieno præter illos ſcrupulos, de quibus dicitur in 1. l. ſoluet decimam fiſco, & decimã Domino loci. & nota quòd poteſt aliquis locum alienum ingredi, cauſa inueniendi metalla, ſed non inueniẽdi theſaurum, ut ſupra de theſaur. l. una. & eſt ratio, ut dicit gl. quia metallum labore, theſaurum caſu inuenitur. Vel ut credo, eſt ratio melior, quia ex metallo ſemper fiſco debetur tertia, & decima ut hic, & in prin. l. in quocunque loco inueniatur, ut hic apparet, ſed de theſauro non habet fiſcus aliquam portionem, niſi inueniatur in ſolo publico, & ita eſt hic fauor publicæ utilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Perfici debet, quod inceptum eſt.*
2 *Procurationem ſemel acceptam ab aliquo, compellitur is conſumare.*
3 *Qui ad utrunque feſtinat, neutrum bene peraget.*

Cum procuratores. L. iſta tractat de ultima parte rubricæ, & dicitur hic quòd procuratores à curialibus creabantur, qui mittebantur ad inſulas, & ad loca,

ad loca, ubi Metalla fodiuntur, ut eis procuratoribus instantibus, metallarij soluerent debitum Canonem scrupulorū, & decimam, de quibus dixi supra. l. prox. Isti procuratores simulabant hostilem metum, & à causa procurationis illicentiato hospite nulla petita licentia recedebant, uolentes fortè promoueri ad aliquam dignita-
1 tem, dicitur eos non posse, nisi procuratione finita. Nota quòd debet aliquis perficere quod incepit, quia nihil actum credas &c. ut supra ad syllanian. l. pen. Et qui ponit principiū, supplere debet &c. vt in decreto, de cons. dist. c. nullus, & alibi non sequitur integra priuilegia qui stipendia non compleuit, ut supra de his, qui nō implēt
2 stipen. l. 2. & ibi de hoc ego notaui. Secundò nota quòd compellitur quis consumare procurationem semel acceptam, ut ff. mand. si mandauero §. sicut, & maximè hanc procurationem, quæ inuito
3 confertur, & ideò propriè dicitur procuratio. Vlterius, qui ad utrūque festinat, neutrum benè peraget. ut supra de assessor. nemo. §. 1.

Per annos. Aurileguli, qui aurum fodiunt, debent soluere fisco de prouentibus septē scrupulos, & sic minus quàm alij, quoniā metallarij soluunt quatuor, & quid est scrupulus dixi supra eo. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Metallum inueniri potest in alieno solo inuito domino.*

1 Quosdam. Prohibetur, quis ingredi fundum alienū causa inueniendi marmora, uel metalla, si periculosum sit ædificijs domini loci. Ergo à contrario sensu colligitur, quod potest quis inuenire metallum in alieno, inuitis Dominis, quod est propter publicam utilitatem, ut in glo.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus ubicunque migrauerit, potest a domino reuocari.*

Metallarij. Metallarij, & metallariæ qui effodiendis thesauris deseruiunt, non debent deserere Prouinciā, quam habitabāt, & si deserant, & ad alium locum migrauerint cū sua sobole reuertant, nec fisco præiudiciū generetur; subaudi, quin possint reuocari ad opus metallicum, quamuis, qui recesserint, ad aliud opus se dederint, & hoc dicit. Et nota an in pęna possit quis damnari, vt sit de aliquo corpore, vel vt deijciatur de corpore quod plene,

1 plenè,ut in gl. Item nota quòd quilibet poteſt reuocare ſuum uaſallum vbicunq; migrauerit arg. huius. l. & infra. de agr. & cenſ. l. cum ſatis,& facit in tit. 1. l. 1. & ſupra de decurion. l. ſi quis decurio cum ſimil.

Rubr. De Murileg. & gynaeciarijs.

Monetarios. Monetarij faciunt monetam Principis, qui debent ſemper eſſe in hoc artificio, nec liberantur prætextu alicuius dignitatis. Nota contra ruſticos, qui diuites efficiuntur, quòd non debent eſſe immemores priſtinæ conditionis,& nota quæ not. ſupra tit. 1. l. cum procuratores,& facit infra de cohortal. l. ſi cohortalis, cum ſimilibus.

Baphij. Aliàs bamphij feriuntur vltore gladio, qui per inquinatæ ambitionis ſuffragia eligunt baphios, aut gynaeciarios, idest tinctores, ſeu textores pannorum, quia per tales conſueuerunt ſpecies publicæ corrumpi. Nota quòd non eſt aliquis eligendus ambitioſe, vt corrumpat, ſeu fraudet publicam rationem.

SUMMARIUM.

1 *Mulier ſequitur uiri conditionem.*

Ingenue. Oẽs iſti, de quibus loquitur hæc rubrica, ſunt ſerui, & artifices palatij ipſi,& liberi,& vxores, modo dicitur, quòd ſi ingenua mulier nubat gynaeciario, ſi præcedente monitione, a modo ab eius noluit recedere contubernio, efficietur cõ-
1 ditionis mariti. Et ſic nota quòd mulier cum nubit clariſſimo efficitur eiuſdem dignitatis, ut ff. de ſenator. l. fi. ita,& ſequitur eius uilitatem, vt hic. Item nota de vi denũtiationis, vt infra eo. l. adiximus, & ſupra de epiſ. aud. auth. captiui.

SUMMARIUM.

1 *Beſtiarij quod erat officium.*

1 Quòd ad præſens. Quilibet ruſticus ſingulis annis dabat de quinq; animalibus unum fiſco pro reparatione Gregis dominici: ad hæc animalia exigenda, erant impoſiti beſtiarij.

Qui

Qui aliquem. Qui sumpsit aliquem de familia Gynecia-rij punitur in quinque libris auri, si uero textrini mancipia sumpserit, quæ erant in loco, ubi texunt gynecia rij, punitur in tribus, & hoc dicit. l. ista, & seq.

Qui textrini. Dictum est supra lege proxima de hac lege.

SVMMARIVM.

1 *Iuris sui persequutionem perdit quis etiam propter negligentiam modici temporis, arbitrio iudicis statuendi.*

2 *Vendicatio rei longo tempore regulariter tollitur.*

Edicimus. Quatuor dicuntur in hac lege. Primo consulit Imperator, quòd nulla mulier ingenua se iũgat contubernio monetario, ut sic non perdat propriam ingenuitatem. Secundo dicit, quòd si spreto isto consilio, adhærebit ei, & post præmissam legitimam denuntiationem, noluit ab eo recedere, quòd tam ipsa, quam filij ex illo suscepti, contubernio, erũt monetariæ conditionis. Tertio loquitur de mulieribus ascriptitiæ conditionis, qui si scienter, vel ignorãte domino, cuius fundo sunt ascriptæ, se coniunxerint monetarijs, nisi domini admoniti retraxerint eas, infra certum tempus, arbitrio iudicis statuendum, de cetero recuperare non poterunt, vt potè effectas monetariæ conditionis. Quarto & ultimo dicitur, quòd sicut nolumus aliquam extraneã copulari monetario, ita nolumus filias monetarij copulari extraneis, sed hominibus eiusdem conditionis; & hoc dicit. Nota quòd
1 dixi supra eo. l. ingenuè. Item nota in tertio dicto quòd propter negligentiam modici temporis arbitrio iudicis statuendi, perdit quis persequutionem iuris sui, ut hic, & infra de agr. & cens. l. fi. cum simil. Item nota, quòd breuissimo tempore tollitur facultas uendicandi rem ipsam, aliàs regulariter longo tempore reiuẽdicatio tol-
2 litur; sed hic non fit ex tempore, sed propter patientiam ex isto silẽtio introductam: item hoc operatur denuntiatio præcedens. liber autem homo alienam ancillam, vel è contra libera mulier si nubat seruo alterius, non immutat propriam conditionem, ut supra de liber. caus. l. liber homo, sed hic in priuilegium fisci.

SVMMARIVM.

1 *Bastigarij cui officio erant præpositi.*

Aeternam.

1 Æternam. Bastigarij,qui præpositi sunt in exigendis vnum ex quinque animalibus,ut supra eod. l. quod ad præsens,priusquam hoc munus impleuerint,non possunt dignitatem,seu militiam impetrare,dic quæ not.supra tit.1.l.cum procuratores,& facit infra de cohortal.cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Atramentum principis ex quorum piscium sanguine fiebat.*

Si quis nauiculam. Imponitur pœna duarum librarũ auri,qui furatur nauiculam, cum
1 qua pisces muricis,& conchylij capiuntur. Et nota quòd ex sanguine istorum piscium fiebat atramentum Principis supra de diuers. rescript.l. sacri, & tingebatur purpura eius, ut supra quæ res vendi non poss.l.1.

Lotas. Mandat Imperator purpuras tinctas certo colo re imperiali, qui uocatur blatta, & maxa, comiti inferri rerum priuatarum, imposita pœna decem librarum auri contrafacientibus, qua pęna afficientur,qui passi fuerint temerari hoc mandatum cœleste.

Muri leguli. Duo dicuntur in hac. l..Primo quòd muri leguli si trãstulerint se ad aliquam dignitatem propria conditione relicta ad conditionem pristinam reuocentur. Secundo dicitur ꝙ si muri leguli alienauerint aliquam rem suam, quæ erat obnoxia muri legiariæ conditioni, possessores rei debent eam restituere ipsis murilegijs, aliàs ipsi pro re ipsa, quam possident,erunt obnoxij functioni prædictæ. Ad principium nota, ꝙ dixi supra eo.l.1.& facit infra de cohortal. In secundo nota quæ dixi supra de præd.nauicul.l.3.& facit tit.ille per totum.

SVMMARIVM.

1 *Matris conditionem interdum quis sequitur.*

1 Hi, qui. Qui nascitur ex matre murilegula,& patre ingenuo, murilegulus est. Nota natum ex matre murilegula, sequi matris conditionem,& sic non obstat ff. de stat. hom.l. cum legitime.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seruire quis per substitutum potest.*
2 *Liberatur quis etiam præstando æque idoneum.*
3 *Substituto delinquente primo loco substitutus in subsidium substituens conuenitur.*

Si quis. Qui est de corpore gyneciariorum, uel aliorũ, qui nominantur in rubrica, siue sit talis conditionis, quia ipse est gyneciarius à principio, siue nexu sanguinis a gyneciario generatus, qui ad fiscum pertinebat si velit liberari ab hac conditione tria sunt necessaria, quòd hoc impetret a Principe. Secundo quòd alium substituat. Tertio quòd idoneum substituat. ab hac cõditione exempti beneficio tenebuntur in subsiduum, si substitutus malè egit, familia sua in eodem corpore obnoxia remanente, quę semper tenebitur ob negligentiam substituti, rebus liberati, nihilominus obnoxijs ob dicti substituti negligentiam cõstitutis.
1 Nota, põt quis per substitutũ seruire, ut domino in feudatario, & hæredi aduocati, quod dic, ut not. supra de episc. & cler. l. quisquis censibus, cum simil.
2 Item nota quòd liberatur quis præstando æque idoneũ
3 vt ff. de const. pecun. qui autem. §. sed & si quis. Tertio nota quòd si substitutus delinquit primo loco substitutus in subsidiũ substituẽs conuenitur, ut supra de præd. nauic. l. fi. ad instar eius, qui gessit, qui primo conuenitur ut supra de admin. tutor. l. fi.

Priuatæ. Procuratores priuatæ, idest Principis uestis, uel uestis linteæ, & familiarium Principis, uel procuratores thesaurariorum, vel gyrenacij, uel aliorum, qui sunt in rubrica, non ante assumuntur ad aliam procurationem, uel administrationem publicam, quàm idonee satisfecerint primæ procurationi, non superioris proderunt sacræ litteræ ab eo petitæ, & hoc dicit, concord. ff. de mun. & hon. l. rescripto. §. debitores, & infra de debitorib. ciuit. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Patris conditionem seruilem interdum sequitur filius.*

Vltima, qui aut. Conchylij, siue conchyliæ sunt conditionis, q. d. siue habeat patrem conchylium tantum, & matrem ingenuam, siue è contra erit conchylius.
1 Et sic nota mirabile, quòd sequitur filius patris conditionem etiã

in serui-

in seruitute,& quòd inspicimus deteriorem conditionem patris, & est speciale fauore fisci,ut supra de seru.fugit.l.fin.concord.ff. ad municipal.l.1.

Rubr. de vestibus oloberis, & auratis, & de tinctione sacri muricis.

Auratas. Prohibet hæc l. vestes auratas, vt paragaydas, idest grauatas deputari usibus priuatorum. Secundo dicit,quòd in loco gynecİario, qui erat locus publicus, debent fieri hæ vestes,non in locis priuatorum.

Nemo. Prohibet uiros ferre grauatas aureas,nisi hoc ex speciali habeat Principis prærogatiua, aliàs puniretur extraordinariè,& hoc nè Principi similes uideantur.

SUMMARIUM.

1 *Ius idem ibi est, ubi est eadem ratio.*

Vellera. Duo prohibentur hac l. Primo ne quis tingat uestes suas aliquo colore,qui habeatur instar muricis,nam cum uerus color muricis est prohibitus,ergo,& eius similis. Secũdo prohibetur quis ne primo colore de rodhino supposito, tingat uestes suas quocunque alio colore; siue habeat instar muricis, siue non. Sed debet primo imponere colorem album, & postea imponit qualem uelit,dummodo instar muricis non habeatur,& hoc di-
1 cit. Nota primo casu ubi est eadem ratio,ibi idem ius,quod dic,vt ff.de uerb.olig.l.à Titio. Secundo nota quòd non debet fieri fraus legi,& alia uia circunueniri,vt ff.de transact.cum ij.§.sed cum lis.

Temperent. Primo prohibet, ut nemo habeat uestes auratas,uel sericas murici coloris,quę uestes soli Principi conueniunt. Secũdo in uers.nec pallia; prohibet ne quis texat, vel faciat uestes tinctas conchylio colore, & si inueniantur in ædibus priuatorum auferantur eis, & dentur comiti rerum priuatarum,& dicitur quòd istæ uestes sunt tinctæ hoc colore ex vtraque parte. Tertio in uers. nulla prohibet, quòd nec lanam hanc debeant parare causa faciendi has uestes,sed & lana, & uestes auferãtur priuatis,& dentur Aerario. Quarto dicitur in vers. nec est &c.

quod

quod non possunt conqueri hi priuati, si perdunt precium, quod dederunt in hac lana, uel uestibus, quod satis est, quod non patiantur aliam pœnam, & sic sufficit calcatæ legis impunitas. Vltimò in uers. Nequis imperator magis causam exasperat, ut non detur calcatæ legis impunitas, immo punietur, qui fecit, vel habuit dictas vestes crimine lesæ magiestatis. Nota impunitatem calcari. Et nota quòd ornamenta Regia debent fieri in aula Principis, non priuati domo, ut infra nulli licer. in fren. circa fin.

SVMMARIVM.

1 *Negligenter qui se gessit in officio suo, perdit salarium, quod à publico percipiebat: quin & eo priuandus est officio.*

Purpuræ. Prohibet Imperator, fieri nundinas, idest mercatum, siue commertia a priuatis uestium imperialium, idest purpurarum, & ad hoc ut hæ incantationes possint melius cohiberi, ut imperator quòd certis temporibus mittantur certi scriniarij ad hæc commertia prohibenda, qui si male exercuerint hanc sollicitudinem eis commissam, perdent omnia salaria, quę de publico consueuerunt habere, & soluent triginta libras auri. Et quod mittebantur scriniarij septimus de scrinijs, quia isti erant sex, quintus de scrineo, quia isti erant quinque, & ita mittebantur unus de
1 septem, uel sex, uel quinque. Nota qui negligenter se gessit in officio suo, debet perdere salaria, quæ a publico percipiebant ut hic & supra de an. trib. l. pen. immo est honore, & administratione priuandus, ut supra de off. præfe. præt. l. si quis, cum simil. ibi notatis.

Rubr. de fabricensibus.

SVMMARIVM.

1 *Fabricenses qui dicebantur.*
2 *Ad munus aliquod qui tenetur, non liberatur soluendo æstimationem, uel redimendo onus pecunia.*

1 Omnibus. Ad euidētiam nota, quòd fabricenses sunt qui faciunt arma publica de ferro, quod dabatur à priuatis, qui pro tributo soluebant certam speciem ferri fabricensibus. Dicitur ergo hic, quòd qui debet soluere fabricensibus ferrum, non liberatur soluendo æstimationem, quia fraus posset fieri fisco

fisco in soluendo aliud pro alio, quia minus solueretur, quàm habere ferrũ, quare ferrũ, quod debetur, debet solui, & ità nota ꝙ aliud
2 pro alio solui nõ potest. Item nota, qui tenetur ad aliquod munus, non liberatur soluendo æstimationẽ, vel redimẽdo onus pecunia, vt supra de excus. mun. l. illud. ff. de muner. & honor. l. æstimationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Primicerius qui, & quod erat eius officium.*

1 Primicerium. L. ista tractat de priuilegio Primicerij: & Primicerius est, qui præest fabricensibus, qui recipiebat arma facta à fabricensibus, & reponebat in publicis armamentis. Iste Primicerius, qui per biennium durauit in hoc officio, habet immunitatem omnium munerum, & etiam habet dignitatem protectoris, vt veniat singulis biennijs adoraturus Imperialem æternitatem. Nota quòd adoratur principalis maiestas. Item nota quòd dicitur æterna in perpetuum, quia nihil æternum nisi Deus. vt ff. de seru. vrb. præd. l. eum qui debere.

SVMMARIVM.

1 *Conditio quorundam hominum, vt solet designari & cognosci quibusdam exterioribus signis.*

2 *Religionem qui vouit, seque in manibus Abbatis obtulit, an incontinenti sit monachus, & efficiatur intestabilis.*

Stigmata. L. ista tractat qualiter signentur, seu consecrentur fabricenses. habebant ad instar Tyronũ stigmata, idest quædam signa in brachijs, vt cum aufugerent, possent cognosci. Dicitur ergo, ꝙ tam recipientes, & occultantes eos cum suis liberis conscij huius delicti, debent seruire huic fabricæ, quam ipsi fugitiui fabricenses debent reduci ad hoc opus inuiti. Facit ad l. istam supra de murileg. l. 1. & quod ibi not. & infra de cohortal. l. si cohortalis. Nota hic ꝙ propter stigmata cognoscuntur fabricẽses,
1 sic aquarij, vt infra de aquæd. l. pen. Et debent ista stigmata fieri in brachijs, nõ in vultu, quia nõ debent maculari, vt pote ad Dei, similitudinem, formatus, vt supra de pę. l. si quis. Sic & procõsul cognoscitur propter insignia proconsularia, vt ff. de off. procon. & leg. l. j. Et archieps per pallium, ut extrà de vsu pal. ad honorẽ, & per habitũ cognoscitur meretrix à matrona ut ff. de iniur. apud Labeonẽ. §. si quis virginẽ, & per pileũ cognoscitur seruus à libero, vt s. de lat. lib,

toll.§.qui pilleum,& habitus distinguit nouitium à professo, vt ex. tr 1 de regula c.pen.& hoc in dubio, quia in dubio est locus huic distinctioni,& coniecturis, vt in l.continuus.vbi uerò constat de veritate, non curamus de habitu,& sic intelligimus, ꝙ monachum nõ facit habitus, sed professio regularis. Et collige hic arg. ad quæstio-
2 nem de facto Nunquid si aliquis vouit religionem, & obtulit se in manibus Abbatis in continenti sit monachos ante habitum susceptum,& efficiatur intestabilis,& per l.istam, cum simil. supra positis uidetur, ꝙ in continenti non sit monachus, imò sit necessarius habitus, sicut, & hic stigmata, nam & miles tunc fruitur priuilegio militari, quãdo in numero est receptus, non ex quo est electus, vt ff. de re milit l. antepen. & pen. & vlt. Sed contrarium credo, ex quo cõstat de voto, vt modo dixi,& ꝙ sit monachus, nec requiratur habitus, vt extra de regular.c.porrecta, quod ponit hunc casum.

SVMMARIVM.

1 *Præiudiciũ cũ aliquibus fit in aliquid faciẽdo, sunt vocandi hi quibus præiudicatur.*

Si quis consortium. L. superior loquuta est qualiter fabricenses signentur, hic qualiter creantur,& dicitur, ꝙ qui vult esse de consortio fabricensiũ, debet venire coram suo iudice, vocatis illis, quorum interest, & qui læderetur ex tali incorporatione, & coram actis, debet probare se non esse subiectum alteri corpori ciuitatis, nec alicui obnoxium. Si post hanc cautelam fuerit electus,& inuenitur alteri corpori obno-
1 xius, restituitur corpori, cui primo fuit obnoxius. Nota cũ aliquid fit in præiudicium aliquorum vocandi sunt hi, qui læduntur, & quibus præiudicatur, vt causam suam defendant, de quo dic plenè. ff. adoption.l.nam ita.

SVMMARIVM.

Punir i non debet quis pro delicto alterius: quando uero, sic.

Iure prouisum. L. ista tractat de periculo fabricensium & dicitur ꝙ fabricenses cum sua sobole in perpetuum debent seruire huic operi. Secundò dicitur ꝙ ad hoc, vt ad hoc munus fabricensis sit sollicitus de facto alterius, ne delinquat, vult vt damnum datum ab vno, emendetur à toto corpore, quasi omnes eandem administrationem habeant,& est ratio quia ex delicto alterius sunt suis rationibus, idest suo nomine obligati

1 gati gerant sollicitudinem, ne aliquis eorum delinquat. Nota contra regulam generalem, quæ est, vt vnus non puniatur pro delicto alterius ut supra de pœn. sancimus. Sed hoc ideo, quia ipsi uidentur delinquere, qui sollicitè non inquisierunt.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium mariti prodest vxori.*

2 *Priuilegium datum doctoribus legum aliarumque scientiarum, & scholaribus, uidetur datum etiam eorum familiæ.*

EOS. Hæc l. tractat de priuilegio Fabricensium; & duo priuilegia dantur, unum durante officio, usque ibi, nec eos &c. Aliud eo finito. quod potest esse qn̄ fabricensis electus ad tempus, reputatur in perpetuum, ut supra l. prox. Primum ergo priuilegiū est, ꝙ ipsi, & filij sui, & uxores debent conueniri corā magistro officiorum, s. durante officio. Secundum ꝙ etiam post functū officiū,

1 sunt immunes à personalibus oneribus, & h. d. Nota ꝙ priuilegiū mariti prodest uxori, coruscant enim radijs maritorum, ut in auth.

2 de cōsul. §. itaq; ff. de senator. l. j. in fi. & l. fi. Item nota ꝙ priuilegiū, quod datur doctoribus legum, & aliarum scientiarum, & scholaribus, uidetur datum suæ familiæ, ut infra de prox. sacr. scrin. in sacris, in princ supra de episc. & cler. l. 1. & expressum supra de profess. & med. l professio, & l. Grammaticos in fi. & dic plenè, ut ibi notatur.

Nullus. Tria dicuntur in h. l. Primo à quibus fabricenses debeant abstinere usque ibi, Quoties &c. Secūdo quid sit seruandum in translatione armorum, usque ibi, ꝙ aliqua tarditas. Tertio de pęna imponenda ei, per quē est trāslatio tardata. Primò ergo dicitur quòd fabricensis non debet ducere agros alienos, quia non debet intendere culturæ agrorum, & alienarum rerum, sed huic tantum operi inseruire, si contrafecerit, perdit agrum, qui sciens eius conditionem, sibi eum locauit, & ipse fabricensis pœna punitur exilij bonis omnibus publicatis. Secūdo dr̄ ꝙ magister officiorum, qui præest translationi armorū, cū vult arma transferre in hanc sacratissimam vrbem, & aliquam prouinciam debet scribere præfecto prætorio numerū armorū, & locū, ex quo erant transferēda, ut sic præfectus pretorio inueniat per præsidē prouincię sufficiētes angarias, i naues cū salario publico, ꝙ est notabile, ut per has naues fiat translatio armorū. Tertio dr̄ ꝙ si præfectus fuerit negligēs circa hoc, & sic fuerit tardata armorū trāslatio, punitur in 50 libris auri. Si uerò præses fuerit negligens punitur in 30 & ista pœna applicabitur fisco, & h. d. facit optimè supra locati. l. fi. cum simil.

Rubr. de veteris numismatis, potestate.

SVMMARIVM.

1 *Regnicolæ male faciunt recusantes recipere Augustales.*

Solidos. Puniuntur extra ordinem priuati ementes, & vendentes, recusantes aureos, siue solidos veterum, ne dum modernorum Principum auctoritate formatos, dummodò
1 sint boni auri, & recti ponderis. Et nota quòd facit contra regnicolas, qui interdum recusant recipere Augustales.

Pro imminutione. Si aurei minuantur pondere, uel etiam in tenuta de mandato Principis, amodo pro minori summa recipiũtur, & sicut diminuuntur aurei, sic & precia rerum decrescũt, q͞p dicit. Ipsi aurei diminuti, qui sub rerum precia minus valent, quàm ante, & hoc obscurè dicit.

SVMMARIVM.

1 *Contemptor mandati principis quandoque punitur pœna capitis, quandoque deportationis.*

Vniuersos. Aurei, qui sunt eiusdem ponderis, & eiusdẽ tenutæ, debent esse eiusdẽ valoris, nec debet plus vnus vendi, quàm alius, qui contrafecerit, quia pro minori accepit, puta augustalem pro quinque capite punitur, item punitur, qui
1 aureos diminuit. Et nota quòd contemptor mandati punitur pœna capitis, de hoc notatur supra de thesaur. alibi dicitur pœna deportationis, vt de fund limitr. l fi. vnde intelligitur secundum determinationem, quam notaui in dicto titulo de thesauris.

Rub. nulli licere in frenis, & equestribus, sellis &c.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ornamenta regia vetabat sibi offerri à priuatis: sed ea recipiebat à palatinis.*

Nulli.

Nulli. Sicut sunt duæ partes rubricæ, ita & legis. In prima parte prohibet oẽs subiectos ponere frenis, aut sellis, aut alijs equorum ornamentis margaritas, & hyacinthos, sed alios lapides preciosos possunt imponi præterquam in morsu equi, in quo nullus lapis debet apponi. Item in fibula clamidis militaris non debet aliquis lapis preciosus apponi, contrafacientibus pœnã imponit, & hoc vsque ad §. nulli. Secundo dicit ꝙ prædictos lapides scilicet, margaritas, & hyacinthos possunt habere viri, vt ferant in anulis tantum, non in alijs ornamentis, nec audiendi sunt, si dicant, ꝙ volunt emere, vel habere hæc regia ornamenta cum prædictis lapidibus, vt Principi donent, quia ornamenta Regia Princeps à priuatis non recipit, vnde vult, ꝙ in aula Regia à Palatinis fiãt Regia ornamenta, non in domibus priuatorum, contrafacientibus pęnam imponit, & hoc dicit. Nota quòd Princeps à priuatis sibi offerri cultum Regium, non requirit, concordat secundum vnum casum supra de aur. coron. l. vna.

Rubr. de classicis.

Classem. Prorsus inutilis est l. ista, in qua dicitur, ꝙ classes cuiusdam ciuitatis, quæ vocatur seleucia, deputantur officio præfecti orientis, cum quibus classibus expediat negotia Prouinciæ, & purget eam malis hominibus, vt ff. de off. præf. l. congruit, & erant forte galeæ.

Rubr. de curialibus vrbis Romæ.

Si quis decurio. Qui vult aliquod crimen obijcere de curiali vrbis Romæ, propter quod crimen sit ab hac dignitate repellendus, conueniat eum coram magistro suo. Concor. vt supra de iur. om. iud. l. fi. in contractu verò conuenietur in loco contractus, vt hic not.

Leges. Confirmat primo Imperator omnes leges pro decurionibus factas: secundo in vers. singulos; prohibet aliquem decurionem torqueri. tertio in vers. huic enim collegio confirmat omnia ipsorum antiqua priuilegia concor. ad secundum dictum, quòd decuriones non torquentur supra de quæst. à diuo vt supra de fals. si quis decurio, & in criminibus exceptis, vt ad l. Iul. Maiest. nullus.

Rubr. de priuilegijs corporatorum vrbis Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitas antiqua seruanda est.*

Nullum. Duobus modis, quis dicitur incorporatus vrbis, siue quia est de aliquo corpore. ut pistorum, siue quia est incola vrbis, omnes isti habent priuilegia, indulta antiquitus incorporatis. Secundo dicitur, quòd rector prouinciæ debet reuocare ad vrbem omnes incorporatos, qui recesserunt, vt ita incorporati seruiant functionibus suis; quæ solemnitas decreuit anti-
1 qua. Nota quòd seruanda est solemnitas antiqua, concor. infra de Pascuis. l. 1. & de hoc dicut supra de iur. fis. l. 2. Item facit infra de cohortal. l. si cohortalis.

Rubr. de Pistoribus.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem suam quisque debet agnoscere, nec inhiare rebus maioribus.*

Quicunque. Pistores sunt, qui faciunt panem, seu mancipia comitis horreorum, dicitur ergo, ꝙ isti Pistores, si ambitione aspirauerint ad aliquam dignitatem, & reliquerint consortium pistorum, puniri debent pœna viginti librarum auri, reuocantur ad prædictum consortium: & rescriptum im-
1 petratum contra legem istam non ualet. Nota tria. Primo contra electos ambitiosè, vt supra de iur. fis. l. super creandis. Secũdo quòd quilibet debet agnoscere conditionem suam, & non aspirare ad maiora, quibus est indignus, quod dic, ut supra de murileg. l. 1. Tertio quòd non ualet rescriptum contra publicam vtilitatem; quod dic ut supra de pet. bon. subl. l. 1.

Rubr. de suarijs, & susceptoribus vini.

Porcinarij. Illi, qui custodiũt porcos ciuium Romanorum sunt exempti à sordidis muneribus.

Qui-

Quicunque. Porcinarius Romanæ vrbis siue conueniatur, siue agat, habebit iudicē præfectū vrbis. Et sic nota casum specialem, in quo reus sequitur forum actoris.

Rub. de collegiatis, carthopatris, & nummularijs.

SUMMARIUM.

1 *Prætextu liciti committitur aliquando illicitum.*
2 *Iudæi, qui intrant scholas physicorum, non tamen gaudent priuilegio scholastico.*
3 *Subrogatus utitur iure, & officio eius, in cuius locum fuit subrogatus.*

Qui sub. In ecclesia maiori de Constantinopoli, uel qualibet alia debent esse certi Decani numero, qui excusabantur ab alijs muneribus, aliqui erant obnoxij functionibus argētariæ, uel alicui alteri oneri, ut releuarentur ab onere, dicebant se decanos nomine, cum non essent. Iste talis non deber gaudere immunitate decanorum; sed eo suo corpore destituto, ponamus argentario, alius clericus subrogatur in locum istius, qui sit in mysterio decanorum, & ubicunque fit ista subrogatio accedat consensus prælati, sub quo est ipse subrogatus, & hoc usque ad uers. Quod autem &c. Secundò dicitur, quòd decani debeant esse certi numero, qui continentur cum cautela in breuibus, qui est ultra illum numerum, non habebit priuilegium decanorum, nec excusabitur ab alijs oneribus patrocinio, uel fauore alicuius personæ, uel etiam ipsius ecclesiæ, cuius se dicebat decanum, & hoc usque ibi, sed ne tantum &c. Tertiò dicitur, ut diximus supra prox. qualiter, quis releuetur à muneribus. Subijciatur, scilicet subrogetur, in locū illius, qui munera subibat. Pone ergo sum de corpore nauclerorum, & sum scriptus in carta, siue in breui, siue in matricula, alius vult subrogari loco mei, qui sum scriptus in charta, emendo locum meum & hoc est, quod hic dicitur emptio. Si quis emit locum meum, seruabitur, quod ab initio est statutum, scilicet, ut subeat onera
1 subrogatus, sicut & ego subieram, & hoc dicit. Nota in principio, quòd prætextu liciti committitur illicitum, vt dixi supra de ann. &
2 trib. l. fin. Item nota contra Iudæos, qui intrant scholas physico-
3 rum, non gaudent priuilegio scholastico. Vltimò nota in fi. quòd subrogatus utitur iure, & officio eius, in cuius locum fuit subrogatus, & hoc dic, vt not. supra de præd. nauicul. l. fi.

Rubr. de studijs liberal. vrbis Romæ, & Constantinopolitanæ.

SUMMARIUM.

1 *Doctores pompose docentes, magisque intendentes loquendi ornatui reprehenduntur: sic & aduocati loquaces.*
2 *Faber non potest iuxta scholas malleare.*

Vniuersos. Ad euidentiam, nota quòd tantum studiũ debebat esse in Roma veteri, vt in noua. In l. ista dicuntur quatuor principaliter. Primo dicitur, quòd Doctores cuiuslibet scientię, siue velint publicè legere in scholis, siue priuatim in domibus proprijs, debent abstinere ab affectatione laicorum, id est non debent legere ad pompam, vt audiantur à laicis, vel in plateis, sed ad profectionem auditorum, qui contrafecerit ab vrbe notatus abscedat. Secundo ibi, illos &c. dicitur ꝙ quilibet Doctor potest legere, & priuatim, & publicè, dummodò abstineat ab ostentatione laicorum, exceptis illis doctoribus, qui deputati sunt infra numerum statutum, vt legant iuxta capitolium, qui publicè tantum, & non priuatim legere possunt, & si priuatim legant puniuntur, quia priuabuntur priuilegio concesso, qui in capitolio legunt. Tertio ibi, habeant &c. Dicitur ꝙ illi Doctores habẽt priuilegia à lege concessa, qui sunt supra de profess. magistros, qui sunt infra numerum statutum. Est ergo statutus numerus doctorum, quia debent esse tres Oratores, & Rhetorici. x. Grammatici quinque, sophistæ quinque, logici decem, vnus philosophus, qui profundioris scientiæ doctrinam adolescentiam doceat gloriosam, duo iuris professores, & hoc vsque ibi, vt ita &c. Quarto, & vltimò dicitur quòd cuilibet Doctori debet deputari locus ad docendũ remotus à tumultu transeuntium; quia linguarum confusio permixta, vel vocum, aures, & mentes scholarium à studio litterarum auertit, & h.d. No-
1 ta primo contra Doctores pompose docentes, & magis voci, vel loquendi ornatui intendentes, arg. supra de postul. l. quisquis, vbi reprehenditur aduocatus, qui clamoribus, & pompa non legibus instruit causam, & ideo dicitur in procemio digestorum, ꝙ debemus primo animas: secundo linguas facere eruditas; non propterea reprobo pulchrum modum, & ornatum, immo commendo, ꝙ Imperator in h.l. eloquentiæ doctrinam cõmendat in tertio dicto. Ex quo collige secundum notabile, ꝙ commendatur ornatus iuxta il-
lud,

lud,loqui omnibus datū est,sed solus ornatus doctis deseruit, Cassiodorus,& ad hoc facit.ff.de orig.iur.l.2.§.eodem tempore, ibi,sed plus eloquentiæ,quàm scientiæ operam dedit. Tertio nota quòd illi,qui sunt ultra numerum,non habent priuilegium, concordat
2 supra l.prox. Vltimo dicto not.arg.quòd faber nō possit iuxta scholas malleare, publica enim vtilitas, quæ replet ciuitatem sapientibus,præfertur arg.ff.solut.matr.l.1.& hic not.in glo. Arg. hic quòd sciētia nō discitur in tumultu,sed otio,vt supra de excusat. artif.l.fi.

Rubr. de honoratorum vehiculis.

Omnes. Palea est,dicitur quòd quidam honorati, habentes in vrbe dignitatem sine administratione,in signum dignitatis possunt ire per urbem in vehiculis,siue carruccis.

Rubr. de Priuilegijs vrbis Constantinopolitanæ.

Vrbis. Constantinopolitana ciuitas habet eadem Priuilegia, quæ,& Roma,quæ Priuilegia dic in glo.

Rubr. de Metropoli berito.

Propter Multas. Beritum,& Tyrus sunt duæ ciuitates in Prouincia Phœniciæ: Tyrus aūt secundum. l. istam erat metropolis,modo imperator ex iusta causa facit Beritum Metropolitanam,dicitur ꝙ nō propterea derogabitur Tyro,& hoc dicit.

Rubr. de canone frumentario urbis Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Contestatio coram iudice facta est ualida.*

Nautici. Ad euidentiam nota quod aliqui nautici erant deputati ad deferendas annonas de prouincijs in sacratissimam vrbem,de quibus habuimus supra de naucl. seu naui. Dicitur ergo hic quòd antequā isti nautici recipiant in aliqua prouincia annonam ferendam in urbem,debent cōfiteri, & testari coram

ram actis præsidis, vel aliorũ magistratuũ illius Prouinciç se recipe re species incorruptas, & præses, uel dictus magistratus apud quos deponitur ista testatio, debẽt personaliter intueri dictas species, vt ita per ipsorum aspectum probetur, nil vitij in annona fuisse, & qñ annona perueniet in urbem, tunc pertinebit ad curiam præfecti annonæ, & hoc dicit. Nota hic duo primo ꝙ illa est valida contestatio
1 quæ fit coram iudice, concor. ff. de adulter. l. miles. §. socius. Secundo nota ꝙ probatur per inspectione oculorum, cõcor. ff. fi regund. si irruptio, in fi. Tertio nota, cum petitur liber redhiberi, quia est vitiosus, potest probari uitium aspectu iudicis, vel illius, qui huius rei habeat scientiam, & peritiam arg. s̃ de admin. tutor. l lex quę tutor.

Si quid. Hac l. dicitur rescriptum nullum esse, quod cõtinet remissionem annonæ debitæ reipublicæ. Nota non valere rescriptum, quod continet damnum reipublicæ, concor. supra de pet. bon. subl l. 1. cum multis simil.

Neminem. L. superior prohibuit remissionem annonæ, hæc prohibet cõmutationem, scilicet vt pro una specie soluatur alia, pura pro frumento ordeum, uel quod debetur ab vno, alius soluat, & hoc dicit super hoc non valere rescriptum, & punit in duplum impetrantes rescriptum. Secundo punit officiales conuertentes annonam publicam ad suos vsus. & hoc dicit, publicè non soluitur, concordat supra de fabricens. l. 1.

Rubr. de frumento vrbis Constantinopolitanæ.

SVMMARIVM.

1 *Reducitur cito ad inopiam, qui non uiuit ordinate & circunspecte.*

Nulli. Annona publica, idest frumentum datur pistoribus, & illi faciunt inde panem coctum, & dant domibus publicis, vult in hac lege imperator ne a modo sic fiat, & non detur frumentum reipublicæ, nec alij faciant panem publicum, quam pistores secundum constitutionem Theodosij, quam non habemus. Vltimò assignatur ratio, quòd nisi iste modus seruetur, crescet inopia panis in re publica, & cogetur de publico frumẽtum emere, quod
1 si fuisset datum pistoribus, uendere potuisset. Nota quòd reducitur citò ad inopiam, qui non uiuit ordinate, & seruato ordine, modo, & mensura, & excrescit patrimonium eius, qui ordinate uiuit,

vt arg.

vt arg. ff. ubi pup. educ. deb. l. ius alimentorum, & est ratio, quare est seruandus in expectādo, ne victum longi temporis breuis hora cōsumat, vt extra de censib. cum Apostolus, & alibi dicit capitulum ꝙ iuxta facultates Ecclesiæ faciendi sunt sumptus, vt eo. tit. cum nuper, ne ad exinanitionem extremæ vires ecclesiæ deducantur, x. q. 3. inter ecclesiam.

Auri. Certa quantitas statuta erat perpetuo dedicata ad emendum frumentum, cogente famis necessitate mandat imperator, vt præfectus vrbi non minuat istam pecuniam, nec conuertat ad suos vsus, sed solummodo det pistoribus, vt illi vice mutua emant frumentum, & faciant panem, & si quid est exoluendum de pecunia prædicta à prouincialibus exigat sine concussione. Secundò dicitur si quid ad suos vsus conuerterit, reddat in duplum, & duplum referuetur similiter pro emendo frumento. Vltimò dicitur quòd lex ista debet inscribi tabulis æneis, & hoc dicit.

Rubr. de annonis ciuilibus.

SVMMARIVM.

1 *Annonæ ciuiles dicebantur quædam salaria seu stipendia data Literarum doctoribus.*

2 *Scholaris bonus ac idoneus, est præferendus doctori insufficienti.*

Annonas. Pone gratia exempli sic casum in terminis: statutum erat in republica, vt doctores literarum haberent certa salaria, vel certa feuda, seu certam militiam, vel præbēdam: quæ omnia hic vocantur annonæ ciuiles. Dicitur ergo hic ꝙ hæ præbendæ non ideo dabuntur, quia est doctoratus, sed ita demum si est dignus, & sufficiens, & ita non sunt hæ præbendæ titulis dignitatum, sed virorum meritis attributæ. Si ergo indignus est aliquam consequutus, uendicatur ab eo. quod dignis, & bene meritis datum est, perpetuum erit apud eos, & suos successores vniuer
2 sales, vt hæredes, vel singulares, vt emptores, & hoc dicit. Nota legem istam contra Doctores insufficientes, quia bonus scholaris debet eis præponi. Secundò arg. ꝙ ea, quæ percepit clericus de præbenda, non auocatur ab hæredibus suis, con cor. ff. de vsufru. defuncta. Tertio nota quòd est aliqua militia, quæ vendi potest, & trāsmitti ad hæredes, quæ dic vt supra de in offic. testam. l. omnia in fiu. cum simil. Quarto nota quod alicui digne collatum, siue donatum est,

tum eſt,non reuocatur morte eius ſuperueniente. concord. ſupra de iur.fiſ.l.1.cum ſimil.ibi not.

Centum. Ad euidentiam nota quòd militibus dabatur ſingulis diebus certa annona, ideſt certum quid in pane,& ordeo,quam annonam, & canonem publicum augmentat Dominus imperator in centum,& uiginti quinque modijs,annuatim,& vult quòd hoc ſtatutum huius augmẽti nuntietur præfecturæ orientis,ut ſecundum iſtum modum ſoluat annonam omnibus militibus,in illis partibus conſtitutis,& hoc dicit.

Rubr.de mendicantibus validis.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſyna eſt danda deboli egeno,non forti.*

Cunctis. Mandat imperator,quòd ille,qui eſt ualidus,& robuſtus non debeat mendicare, ſi autem repertus fuerit,ſeu detectus aliquis alius mendicare,ſi erat ſeruilis conditionis efficietur ſeruus eius,qui eum detexit, aliàs ſi erat liber, erit iſte ualidus mendicans colonus perpetuus detegentis. Dominus autẽ iſtius validi mendicantis habebit actionem de ſeruo corrupto contra eum,qui ſeruum occultauit, & induxit ad hoc, vt derelicto domino mendicaret,& hoc dicit. Nota non eſſe dandam eleemoſy-
1 nam forti,ſed debili,iuxta verbum Matthæi, Iuſtius feceris ſi iniuſtè petentem correxeris,quàm ſi ei dederis. Item nota de colono perpetuo,& iudicio meo differt ab aſcriptitio,vel cenſito. quia hic ſeruit quamdiu viuit: illi,& liberi ſui perpetuo ſunt ſolo annexi,vt infra de agr.& cenſit.diffinimus.

Rubr.de Nauticis Tyberinis.

Qui nauem. Nautę,qui nauigant in Fluuio Romano,qui vocatur Tyberis,debent deſeruire delationi publicorum onerum,nec excuſantur prætextu alicuius dignitatis, & hoc dicit concord. ſupra de nauib. non excuſ.l.2.

Rubr. de frumento Alexandrino.

SVMMARIVM.

1 *Nemo cogitur militare proprijs stipendijs*

In æstimatione. Præfectus oriētis statuit de publico munus, ideſt ſalarium duobus officialibus Elogio, & Sigoſtaſio, qui præeſſent ad cōgregandum frumentum in ciuitate Alexandriæ, & etiam Naucleris, qui deferebant frumētum, ut ita non periret ſubſtātia nauclerorū, quod eſſet ſi proprijs militaſſent ſtipendijs, & hoc ſtatuit ſalarium in æſtimatione, ſiue pro qualitate frumenti, quod in Alexandriam inferrent, inſtrumēta facerent, puta vnum tarenum pro modio. Imperator commendat ordinationem præfecti, & dicit, quod à modo officiales non eli
1 gantur ad hoc officium, nè detur eis prædę occaſio, & hoc dicit. Nota in primo dicto, quòd nemo cogitur proprijs militare ſtipendijs, & quòd remunerandus eſt labor in auth. de iudic. §. ne labor ſit ſine mercede. Secundo nota contra ſollicitos de præda, concord. ff. de admi. tutor. l. minoris.

Diurnos. Sicut ſupra tit. prox. de an. ciuil. centum; augmentat Imperator præbendas militum Romæ in centum, & xxv. modios, ita in hac l. auget præbendas ſolitas militum Alexandriæ in centum, & x. modios, & dic, vt ibi. Secundo dicit de lēdum nomen cuiuſdam officialis, qui vocabatur, Peruſico regię, qui erat iuxta Regem, qui deliquit in officio ſuo, & nota qui priuatur effectu, ut ſupra de ferijs, à nullo, & dic plenè vt ſupra de iud. l. 1. Tertio dicitur quòd teſſeræ, ſiue menſuræ ſunt ſignandæ nomine Imperatoris, vt ita per ſigna cognoſcatur eſſe teſſeras, ſeu mēſuras imperatoris, ſicut & per ſignū eius cognoſcitur codex, quòd ſit liber imperatoris, ut in prima conſt. C. in fin. Et de his ſignis dic plene, vt dixi, de fabricens. ſtigmata.

Rubr. de Alexandriæ primatibus.

Corporatos. Vult Imperator corporatos, vt decuriones ciuitatis Alexādriæ eſſe immunes ab onere purgandi flumen nili. Secundo vult ꝙ p̄tori illius ciuitatis ex reddi-
tibus

tibus uectigalium dentur quadrigenti solidi annuatim, ita tamen, vt dicta pecunia restituatur rationi vectigali ex eo, quod percipitur a nauibus, scilicet ex rimagio.

Rubr. de iure Reipublicæ.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas æquiparatur pupillo, seu minori: interdum habetur loco priuati* 2.

1 Si quid. Si sententia diffinitiua data sit contra ciuitatem indefensam, ipso iure est sententia nulla, & nota quòd æquiparatur pupillo, vt infra. eo. l. 4. & ideo distinguitur in ea, sicut in pupillo, vel minore indefenso, vel defenso, quam distinctionẽ facit l. supra si adu. rem iud. l. 3. Patitur ergo ciuitas missionem, sicut & pupillus propter contumaciam, vt ff. quod cuiusq; vn. nom. l. 1. & ff. quib. ex cau. in poss. eat. l. hoc autem.

An res. Titius erat debitor cuiusdam ciuitatis, solui pro illo Titio ciuitati, & ciuitas cessit mihi omne ius, quod habebat in illum Titium, nũquid habeo hypothecam in bonis Titij, dicitur, quòd non, si ciuitas non habuit, sed si habuit; hypothecã in bonis Titij, & ipse habeo, potest autem ciuitas habere tacitam hypothecam propter expressum priuilegium, sibi indultum, uel propter expressam conuentionem de pignore, potuit habere expressam hypothecam de iure communi, sed hoc est speciale in republica Romanorum, vt supra quib. mod. pig. vel hypoc. tac. contrah. l. 1. & 2. Et ita per l. istam probatur, quòd titulus iste loquitur
2 de Romana republica, non de republica ciuitatis. Et nota quòd ciuitas habetur loco priuati, quod dic, ut in l. cum qui vectig. arg. contra hanc. l. 1. infra de debitor. ciuit. l. 2. sol. vt ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas in quibus habeat ius singulare, & in quibus utatur iure priuati, remissiue.*

Rem publicam. Rei publicæ; sicut pupillo extra ordinem subuenitur. Et nota quòd per l. istam dirimitur illa antiqua quæstio. An restitutio detur ciuitati, & videtur quòd non quia ciuitates æquiparatur priuatis, vt ff. de verb signific. eum, qui. Item si res publica Romanorum restituitur in

Priuile-

Priuilegium suum,vt supra quib.ex caus.maior.l. res publica, contrarium est in cæteris ciuitatibus,quia illud est speciale,cuius contrarium obtinet ius commune,vt ff.ad munic. l. 1.in fi. & ff. deleg. & senatuscons.l. ius singulare. E contra quòd restituatur, nam lex dicit,quòd ille, qui agebat vicem præsidis, cognoscit de restitutione rei publicæ,vt supra de off.eius.qui vic.alter.ger.l. 1. Ergo si vicarius præsidis cognoscebat de restitutione reipublicæ,nō erat respublica Romanorum,quia de illa cognosceret procurator fisci supra si aduers.fisc.l. 1.per totum. Item quia ciuitas æquiparatur ecclesiæ ut supra de sacrosan eccles.l.vt inter diuinū. Et ecclesia restituitur vt extra.de rest.in integr.cap. 1.ergo & ciuitas. Sol.ista l.dirimit quæstionem,quia dicit quòd res publica ad instar pupilli extra ordinē iuuatur,& non potest loqui,nisi de ciuitate,vt supra.l.prox.patet ergo quòd restituitur ciuitas sicut & pupilla,& ita videtur communis opinio. Alij,qui tenuerunt contrariam opinionem, dicunt hanc intelligi de republica Romanorum,& in lege illa de off eius,dicūt quòd procurator Cæsaris agebat vicem præsidis mortui, vt supra de pedan.iud.l. 1.& ibi not. Et sic ille procurator fisci restituebat rēpublicam Romanam. Et in quibus ciuitas habet ius singulare, &
2 in quibus vtatur iure priuati,dic plenè,vt in gl.rubr.

Si secundum. Lex erat in ciuitate,ut quicunque ædificia ruinosa non reparat,quòd illud ædificium efficeretur ciuitatis. Si ergo aliquis domum ruinosam passus est labi,& ciuitas uendit eam,ualet uenditio.

Rubr.de administratione rerum publicarum.

Fundum. Conduxi fundum à ciuitate ad perpetuum uectigal,dicitur,quòd quandiu soluo uectigal,nō sum eijciendus a conductione,concor. ff.si ager.uectig.l. 1.primo resp.

SVMMARIVM.

1 *Administrator cogitur resarcire de suo, siquid uniuersitas ex eius negligentia amisit.*

Contra eos. Legatum fuit, seu fideicommissum relictum ciuitati sub conditione,administrator non petijt cautionem ab hærede de restituendo legato ciuitati,adueniente die,uel conditione,medio tempore hæres effectus non soluendo dici-

do dicitur, quòd administrator præstabit indemnitatem ciuitati, & hoc dicit. hoc est verum, quando hæres desijt esse soluendo, aliàs haberet electionem ciuitas, agere contra hæredem, vel contra administratorem. Sic soluitur contra supra tit. 1. l. 3. & supra si tut. vel
1 curat. interu. l. fi. Et nota quòd cogitur administrator resarcire de suo, si quid vniuersitas propter suam negligentiam amisit concor. supra de admin. tutor. l. debitoribus, & arbitr. tut. l. quicquid, & infra de oblat. votor. l. 1.

Rubr. de vendendis rebus ciuitatis.

SUMMARIUM.

1 *Ciuitates non habent priuilegium licitationis prædiorum absolutam.*
2 *Emens a rep. Rom. cur sit deterioris conditionis, quam emens à ciuitate alia.*
3 *Grauatus in uno releuandus est in alio.*

Sine vlla. Quædam ciuitas uendidit mihi prædia, & tradidit sine vlla conditione, id est sine pacto adiectionis in diē si infra aliqua tempora, puta xx. dierum, vel xl. alius offert maius precium; nunquid poterit illa ciuitas resoluta illa venditione, & traditione mihi facta, prædia tradere. Secundo emptori, dicitur quòd non, quia si talis adiectio infra prædicta tempora admittatur,
1 est speciale in fisco, vel in republica, hoc dicit. Nota quòd Priuilegium licitationis non habent ciuitates, sed sola res publica. Item
2 nota ille, qui emit à republica Romana est deterioris conditionis, quam qui emit a ciuitate, quantū ad hoc augmentū precij admittendum, vt modo dixi, sed in alio est melioris conditionis, quia à republica Romana emit, scilicet, quo ad precij solutionem, quia eo ipso, quòd habet apocham de recepto, nil vltra quæritur, vt supra de apoc. pub. l. fi. & supra de quadr. præscr. l. 2. in fi. Sed qui emit à ciuitate in solutione precij magis grauatur, nam debet probare precium esse conuersum in vtilitatem ciuitatis, ut ff. si cert. pet. l.
3 ciuitas, & arg. in auth. hoc ius porrectum. Et sic nota quòd huius diuersitatis est ratio, quia qui grauatur in vno, releuatur in alio, & è contra ff. de iureiur eum, & de maiorib. l. 1.

Quamuis. Sicut supra proximè non aufertur res vendita à ciuitate à primo emptore propter factum augmentum prec:j à secundo, ita hic non aufertur a primo conductore, res conducta, si plus precij offeratur à secundo conductore, maximè

ximè si ista adiectio precij fiat post tempora, de quibus dixi in l. superiori, & hoc dicit. Lex ista indubitanter loquitur de conductione facta à ciuitate, vt patet per rubricam. Sed quid erit in republica Romana, quæ locat, nunquid erit locus augmento, sicut in venditione, dic, vt in glo. Et nota quòd in lege ista, & superiori, est ratio quare non aufertur res primo emptori, vel conductori; quia licet emptor, vel conductor pro minori precio emerit, vel conduxerit, licitum fuit contrahentes decipere, vt ff. de minor. l. in causæ, in fi. & loc. & cond. l. item si precio. §. fin. nisi esset deceptio vltra dimidiam, vt supra de rescind. vend. l. 2. Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Res ciuitatis ac reipub. alienari possunt, cum expedit: sic res ecclesiæ & pupilli: venduntur autem cum decreto, nu. 4.*
2 *Occasio delinquendi tollenda est.*
3 *Differentia inter ecclesiam vendentem, & ciuitatem.*

Si qua. Quatuor dicuntur hac l. Primo quòd res acquisitæ reipublicæ Romanæ, vel cuilibet ciuitati ex qualibet causa possunt vẽdi, cum hoc expedit ciuitati, vt pecunia inde percepta conuertatur in commodum, maximè, vt inde mœnia reficiãtur. Secundò dicitur, cum qua solemnitate vendat respub. Romana, ibi in §. indefensa; dicitur quòd venditur cum authoritate, & cõsensu Principis, vsque ibi, in prouincijs verò. Tertio dicitur cum qua solemnitate vendit ciuitas, & debent omnes de ciuitate conuenire in vnum, vel maior pars, & omnes iurant ꝙ expedit ciuitati, vt res illa vẽdatur, & post hoc fiat venditio cum decreto præsidis. Vltimò in vers. hi autem; dicitur, ꝙ hi contractus manent firmi, stabiles, quod intellige qñ vendit ciuitas, ibi non est locus augmento, sed quando vendit respublica Romana contractus non stabilis, quia prætextu maioris precij à secundo, aufertur primo emptori supra eod. l. 1.
1 Nota in primo dicto huius l. quòd res ciuitatis, & res publica alienari possunt, cum expedit ciuitati, sic in re ecclesiæ, vel pupilli, vt in auth. hoc ius porrectum, & ff. de reb. eor. per totum. Sic in re dotali.
2 ff. de iur. dot. ita constat. In secundo dicto nota ꝙ tollenda est occasio delinquendi, ideò fit venditio cum conscientia Principis quod dic vt supra de apoc. publ. l. 1. §. hoc obseruando. Secundo nota de eodem, quòd in ijs, quæ fiunt cum conscientia Principis, nulla potest esse fraudis suspitio. Tertio nota casum, in quo est necessaria Principis authoritas, quod dic, vt supra de iur. fis. l. prohibitum. In
3 tertio dicto nota differentiam inter ecclesiam vendentem, & ciui-

tatem, quia cum vendit ecclesia, sufficit maiorem partem præsentium consentire iurante ordinatore domus; tamen cum vendit ci-
4 uitas, omnes iurant. Item nota ꝙ bona ciuitatis venduntur cum decreto, sicut, & bona minoris: nec mirum, quia ciuitas æquiparatur minori, vt supra tit. 2. l. 3. intelligas ergo de illis rebus, q̃ seruari possunt, aliàs decretum non est necessariũ, vt in l. lex, quę tutores.

Rub. de debitoribus ciuitatum.

Non prius. Debitor ciuitatis non gerat ante honorem, vel administrationem in illa ciuitate, nisi satisfecerit in debito illo, & hoc dicit. Idem in debitore fisci. vt ff. de mun. & hon. rescripto. §. 1. & dic, vt not. supra de muril. l. pen. Et nota vnum speciale in debitore ciuitatis, alia not. in l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Emens à debitore ciuitatis etiam bona fide, conuenietur tamen: & tenetur personali actione. nu. 2. sic qui emit à debitore priuati, in fraudem creditorum tenetur reuocatoria fauiana. 2.*
3 *Actio personalis sequitur quandoque fundum.*
4 *Debitores locupletes habere interest creditorum.*

Apud eos. Quinque principaliter dicuntur in hac l. Primo dicitur ꝙ cum pecunia ciuitatis bene est collocata apud idoneos debitores sub vsuris, administrator ciuitatis nõ debet eam exigere, sed promittet, vt perseueret illa pecunia penes idoneos debitores, exigendo vsuras quolibet anno, & ita expediet ciuitati pecuniam apud idoneos perseuerare, & expediet debitoribus soluere quolibet anno vsuras, nè tumultus contra eos nutriatur. Secundo ibi; Et quia nefas est, dicitur quòd si debitor ciuitatis alienauerit aliquam rem suam in aliquem titulo emptionis, vel donationis: & ita ipse debitor sit effectus propter istam alienationem, minus idoneus, ille possessor conditione ex hac l. soluat debitum pro rata, & æstimatione rei, quam possidet, & ideo debebit administrator inquirere, quando debitor alienat, quę est res alienata, & cuius æstimationis, & ita pro eius rata conueniatur possessor: & quòd soluerit possessor recuperabit à debitore, vel per cessionem, vel actione negotiorum gestorum. Tertio ibi, ab eo autem &c. dicitur ꝙ vbi debitor alienauit vẽdendo partem patrimonij sui ad idoneum locupletem possessorem, & ipse debitor residuum patrimonij sui vendet prædicto possessori, vt ita ille solus fisco in solidum teneatur,

neatur. Quartò ibi, quòd si quis &c. quòd vbi fiscus successit debitori ciuitatis, & ipse fiscus vendit rem aliquam quondam debitoris, quòd ipse emptor à ciuitate non poterit inquietari, sed solus fiscus infra quadriennium. Quinto ibi; ꝙ si quis debitor &c. dicitur ꝙ vbi debitor ciuitatis, ita dissipauit bona omnia, vt non appareat illorum possessor, pertinebit hoc ad dispendium ciuitatis, & ita cõcurrent administratores ciuitatis, pecuniam penes idoneos collocare, & hoc dicit. Nota in secundo dicto, ꝙ licet ciuitas non habeat tacitam hypothecã, vt de iur. reipub. l. 2. potest tamen possessor bonorum pro rata tantùm conueniri hypothecaria in solidum annotatione, quia hypothecarius tacitam in solidum auocat non in parte qualecunque sit debita quantitas, nisi in casibus, qui not. in gl. 1. obligati &c. & tũc hoc est uerum, quando ille debitor nullos alios creditores habebat, nisi ciuitatem, aliàs si essent alij creditores, solummodò nudam personalem ex mutuo haberet, vt cæteri credi-
1 tores. Sic soluitur contrarium supra de iur. reipub. l. 2. Secundo nota ꝙ qui emerit à debitore ciuitatis, etiam si bona fide emerit, conuenietur tamen, vt hic dicitur: alius autem, qui emit à debitore priuati in fraudem creditorum, vt supra de reu. his. l. pen. & hoc est pri
2 mum speciale in debitore ciuitatis. Item cum reuocatur ab eo, qui emit à debitore priuati in fraudem creditorum, tenetur reuocatoria fauiana. hic verò, qui emit à debitore ciuitatis, tenetur personali actione, personali ex h. l & hoc est secundum speciale in debitore ciuitatis. Ex præmissis apparet & aliud notabile, quod est contra regulam generalem; personalis actio sequitur fundũ, & hoc erit ter-
3 tiũ speciale. In tertio dicto nota casum, in quo aliquis cogitur vendere inuitus reliquum patrimonium suũ, de quo not. supra de metallar. l. 1. & hoc erit quartum speciale. Est & quintũ speciale supra l. prox. Et est sextum. ff. de vsur. l. etiam. Tertio & quarto dicto nota ꝙ potentior est fiscus, quàm ciuitas, de quo dixi supra de bo. vac. l. j.
4 & not. supra de iur. reip. l. 2. In vltimo dicto nota ꝙ administrator ciuitatis debet pecuniam ciuitatis apud idoneos collocare, cõcor. ff. de usur. si bene & prin. huius l. Item nota dixi idoneos, qui possident immobilia. Et sic nota ciuitatis interest, & etiam nostra locupletes debitores habere: nam inanis est actio &c.

Rub. de periculo nominatorum.

Hi qui. Ego, & Titius collega cum eramus in magistratu, nominauimus Seium in magistratum, siue administrationem ciuitatis, & nõ recepimus fideiussores ab eo, ille tamen Seius, functo officio suo, extetit soluendo. Quæritur cuius est periculum, & respondetur, ꝙ non est periculum nostrum, nam licet non

receperimus fideiussores, sufficit tamen q̄ fuit ille soluendo tēpore depositi officij. Vnde ille tenetur, qui erat magistratus, tempore, quo Seius finiuit officium suum, quia tunc debuit eum conuenire, & hoc dicit. Nota, quòd ista duo sunt paria accipere debitorem, siue non accipere, nominatum esse soluendo tempore depositi officij, vt hic, & ff. de mag conuent. l. 1. §. si magistratus. Et nota ad quem incumbit probare si sit soluendo, vel nè, vt not. supra de prob. ex persona.

Successores. Ego nominaui Seium, Seius Titium, Titius Sempronium, qui malè gessit ex ista gestione mala Sempronij, solus Titius, qui eum nominauit, tenetur, & hoc dicit. Nota q̄ ad magistratum pertinet nominare sibi successorem, sed non eligit, vt not. in auth. de defens. ciuit. §. fi. Nota q̄ quilibet debet subire onus illius, quem nominauit, non illius, quem nominauit successor eius, & sic non porrigitur manus ad nominatorem nominatoris, vt hic dicitur. Et hic nota q̄ licet ego tenear ex omni malo gesto ab eo, quem ego nominaui, nisi fuisset soluendo inuentus tempore finiti officij vt supra l. prox. non tamen ego teneor, q̄ nominatus à me alium nominauit minus idoneum, sed dē hoc hic solus tenetur, & sicut non teneor de hoc ego nominator, ita nec fideiussor, vt ff. ad municip. l. Libertus. §. pen. secus in patre, vt hic not. Item nota quod primus magistratus, & secundus non censetur eadem persona, secus in primo, & secundo hærede, quia hæres hæredis &c. vt supra de hæred. inst. l. fi.

Rub. de periculo eorum, qui pro magistratibus interuenerunt.

Fideiussor. Fideiussor magistratus tenetur, eo quòd malè administrauit, non autem tenetur pro pœna magistratui irrogata; & hoc dicit, nec tenetur quòd ille malum successorem sibi nominauit.

Rubr. quo quisque ordine conueniatur.

Quoties. Duo fuerunt electi ad munus reip. in solidū, & pro indiuiso, prius conueniendi sunt ambo collegæ, q̄ perueniatur ad nominatorem, quod intelligas si ambo gesserūt vt supra

ſupra l.prox.in princ.Si verò facta fuit diuiſio inter eos, & vt credo à iudice, prius conueniretur gerens pro parte ſibi decreta. Secũdo fideiuſſor. Tertio nominator collega, & hoc dicit. Quod intelligo, ꝙ conueniatur collega in illis tribus caſibus, qui ponuntur ſupra de diu.tut.l.2. in fi. licet Doctores aliter intelligant, ut in diſtinctione, quæ eſt.ff.ad municip.imperatores.& ſupra de conuen.fiſ.debitor.quoniam.Item intelligo, quòd collega, qui malè geſſit, nõ fuit ſoluendo tempore finiti officij, vt dixi in princ.

Si ita. Duobus modis lege, primo, vt lex iſta ponit duos caſus. Duo fuerũt creati duum viri, quærebat vnus iſtorum ab Imperatore, quis prius eſſet conueniendus ipſe, vel nominator. Dicit Imperator ꝙ ſi officium non fuit diuiſum, prius ipſe, quàm nominator conuenietur. Secundò dicitur ꝙ ſi officium fuit diuiſum conuenietur prius adminiſtrator, & hoc dicit, & ſecundum hoc dicit idem quod lex prox. ſuperior, vel dic ſecundò, ꝙ ponat caſum vnum, ſcilicet quando in totum fuit officium diuiſum, quærebatur ſimpliciter an unus teneretur pro alio. Reſpõdet Imperator prius nominatore excuſſo, ſubaudi, & fideiuſſore, vt dixi ſupra l. prox. & nota qui ſunt duumuiri, ut ſupra de iudic.l. fi.

Cum te. Ego & Titius fuimus creati adminiſtratores reipublicæ facta diuiſione à iudice, Titius contraxit nomina, & non exegit, cùm potuit, quæritur an ego tenear ex culpa illius. Et dicitur ꝙ prius conuenietur ille Titius, & hæres. Secundo poſſeſſor rerum ſuarum. Tertio conuenietur nominator. vltimò ego. Et ſic idem ferè dicitur hic ꝙ in ſecundo dicto ſupra l.quoties, & ſupra l. prox. Et intellige ꝙ nemo dedit fideiuſſorem, aliàs ipſi prius conuenirentur, quàm nominatores, ut in l.quoties. Sed opponitur in eo, quod dicit teneri poſſeſſores reſpon.ergo perſonalis actio ſequitur fundum contra.ff.ad trebell. l. 1. §. ſi hæres. Reſpon. vel loquitur hic de republica Romana, & non eſt contra, quia agit tacita hypotheca, vt ſupra de iur.reipub.l.2.vel loquitur de illa conditione ex.l.de qua ſatis dictum eſt ſupra de debitor.ciu.l.2. Et nota quòd ſola l.iſta ſuffeciſſet ſuppleta per ſecundam.

Rub. ne quis liber inuitus actum reip. gerere cogatur.

Si vt proponis. Libertus reipublicę non compellitur inuitus ſubire ſeruilem actum, & multo fortius ingenuus. Et nota quòd licet excuſetur ab actu ſeruili libertus, non tamen ab alijs ciuilibus muneribus. Sic ſol. contrariũ

M 3 ſupra

ſupra de libert.l.vna. dignitatem autem ſecundum iura iſta habere non poteſt, etiã volens ut ſupra ad l. Iul. miſcell. hodie ſecus, ut ibi not. Et nota quòd uerbum procuratio, conuenit liberis, actus conuenit ſeruis, ut ff. de nego. geſt. l. eum actum.

Si cum. Lege proxima dictum eſt de hac lege.

Rubr. ſumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.

Cum ad munus. Ego, & Titius fuimus electi ad munus pſonale, ſcilicet datis nobis ſumptibus à publico. Titius recepit ſalarium pro me, & pro ſe, ipſe noluit ſubire munus, ſed ego ſolus ſubij, dicitur ꝙ potero petere ſumptus ab eo, qui percepit à re publica, quod ſi nec ego ipſe geſſi, vterque noſtrum tenebitur reipublicæ, & hoc dicit.

Rub. de his qui ex officio quod adminiſtrau. conuen.

SVMMARIVM.

1 *Fiſco citius ſubuenitur circa ſortem, quam circa acquirenda: ſic & in pœnis.*

Fęnoris. Ego adminiſtrator reip. mutuaui pecuniam publicam ſub uſuris, fui negligens circa nomen illud exigendum, uel collocandum; ita ꝙ debitor non eſt ſoluendo. Dicitur
1 hic ꝙ periculum ſortis pertinet ad me, & non uſurarum; Et ſic nota ꝙ citius ſubuenitur fiſco circa ſortẽ, quàm circa acquirẽda, ſimile eſt in pęna, ut ſupra pę. fiſcal. cred. præf. l. 1. & dic ut ibi not.

Rub. de ſolutionibus, & liberationibus ciuitatum.

SVMMARIVM.

1 *Ius noſtrum non eſt trahendum ad iniquum compendium.*

Cautiones. Tria ſunt dicta huius l. Pone ſic caſum in terminis, accepi peculiarem pecuniam mutuo à ſeruo

seruo reipublicæ: solui sibi, accepta ab eo apoca; quæritur an sim securus tali solutione. Dicitur hic, quòd sic, si tria interueniunt, scilicet solutio curatoris, reipublicæ authoritas, suscriptio. & hoc vsq; ibi, cum autem. Secundò dicitur ꝙ si facta fuit solutio, & recepi solum apocam à seruo sine authoritate curatoris, & subscriptione; ita demum ero securus, si illa pecunia uersa est in utilitatem reipublicę. Tertiò dicitur, ꝙ si dolo serui solui pecuniam curatori, qui eã recepit, nec eam conuertit in reipublicæ utilitatem non sum liberatus. Et quia deficit solemnitas, & quia non peruenit in utilitatem reipublicæ, sed ipse curator, uel successor suus tenebitur mihi de peculio serui publici, qui me decepit, & hoc dicit. Et sic collige tres casus. Aut solui solemniter, & subdistingue, aut pecuniam peruenit in utilitatem ciuitatis, & liberor de æquitate, ut in secundo dicto, aut non peruenit, & nullo modo liberor, ut in si. Nota in primo dicto quòd cum soluitur seruo reipublicæ non est solum necessaria authoritas tutoris, sed etiam subscriptio; secus in curatore minoris, in quo sola authoritas sufficit, ut supra de pact. l. pactum curatoris, sed ibi non paratur soluenti plenissima securitas, nisi interueniente iudicis authoritate, & plenè vt no. supra si adu. solu. l. 1. l tem. nota in eodem primo dicto casum, in quo est necessaria scriptura, de quo dixi de iure fisci l. prohibitum. In secũdo dicto nota ꝙ licet desit solemnitas, non curamus, ex quo pecunia peruenit in reipu-
1 blicæ utilitatem, & sic nota ꝙ non trahimus ius nostrum ad iniquum compendium, concor. supra pro emptore. l. si.

Rubr. de spectaculis scenicis, & lenonibus.

Non inuidemus. Approbat, & permittit Dominus Imperator spectacula, siue ludos, quę faciebat quidam populus, qui vocabatur Gynetius, & maximè approbat quæ erant de uoluntate primatum, & etiam totius populi. Nota ꝙ primates omnes uidentur uelle, ut ff. ad municip. & de cond. & demon. l. in municipibus, & quod indulgetur primatibus, & omnibus uidetur indulgeri, ut supra de aduoc. diuers. iud. §. restitutio, in prin. Et ꝙ permittuntur hic illa spectacula, quæ fiebant sine sanguinis effusione; aliàs prohibent, ut infra de gladiator. l. una.

Quisquis. Imperatores, & consules consueuerunt deputare equos ludis reipublicæ, puta, ut currerent ad pallium, quicunque abstulerit talem equum, & ad proprios usus conuerterit, punitur pœna unius libræ auri.

Eos. Agitatores, qui ludunt in spectaculis agendo, siue salien-do, non puniuntur, qui sic ludendo delinquant, nec aliam patiantur pœnam, nisi ut deseruiant ludis, qui eis non est pœna.

SVMMARIVM.

1 *Ius honesto in loco non licet inhonestas esse personas, honestas etiam seruanda in ludis.*

Si qua. Prohibet Imperator in loco, in quo cum magna solẽnitate consecrantur imagines, siue introducuntur, ꝙ ioculatores pantomimi, facientes ludibrium corporis sui, vel alia turpis pictura non admittantur: in alijs ludis non prohibet hos io-
1 culatores admitti. Nota in loco honesto, non licet inhonestas esse personas supra de sacrosan. eccles l 2. Item quòd honestas etiam est seruanda in ludis. arg. de maiuma. l. vnica.

Nemo. L. ista etiam punit iudices tanquam ioculatores legis abducentes, siue tollentes à ludis publicis equos curiales, scilicet currentes ad pallium, siue bestias aurigas, scilicet ducentes carrotium, vel boues, vt vidi Bononiæ. Item punit abducentes hystriones à ludis, qui intemperanter inseruiunt plausibus, id-est ludis popularibus, & ideò isti abducentes puniuntur, quia abducendo animalia, & hystriones prædictos; & statum reipublicæ fatigant, dum respublica alios inuenire cogatur, & festiuitatem populorum impediunt. Et nota, quòd alia pœna imponitur supra eod. l. 2. Sed hic loquitur de iudicibus, qui grauiter puniuntur, turbantes festiuitatem ciuitatum, vt supra eod l. 2. Item nota quòd ioculatores dicuntur intemperanter suũ officium exercere, qui vltra modum ipsum exercent.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur inuitus emancipare filium: fallit in quibusdam casibus.*
2 *Pœna culpæ est grauior, quam vindicta pœnæ.*

Lenones. Si parentes, vel domini imponant filiabus, vel ancillis peccandi, idest quæstum faciendi necessitatem, ad hoc ꝙ isti non gaudeant tanti criminis libertate, permittitur istis filiabus, vel ancillis adire loci episcopum, qui eas ab ista miseria liberabit, idem permittitur cuilibet mulieri, qui paupertate coacta ad quæstum sui corporis se locauit lenoni. Secundo dicitur quòd

q̄ si pater, vel dominus in tali proposito perdurent, vt eis peccandi ingerant necessitatem, eis inuitis, non tantum perdunt filiarum, & ancillarum potestatem, sed etiam deportantur, & minor pęna est eis deportatio, quam fuit filiabus, & Ancillis inuitæ peccare, vel coactæ. Et Dominus, qui propria abutitur potestate in filias, & Ancillas, priuilegium, quod in eas habebat, amittit. Et sic habens priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate cō
1 cord. supra de iudic. l. iudices. Secundo nota quòd licet regulariter pater non teneatur inuitus emancipare filiū, vt inst. quib. mod. ius patr. potest. solu. in fi. quia est inæstimabilis patria potestas, ut ff. de leg. 1. filius. §. vulgariter. fallit tamen hic propter peccatum eius simile in auth. de incest. nupt. sunt & alij casus, quos dic in præall. §. inst. Tertio nota casum, in quo non potest quis facere de suo, idest de ancilla, quod velit, & est ratio quia publicè interest ne quis re
2 sua malè vtatur, vt inst. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. §. fin. Vltimò nota quòd grauior pęna est, quòd quis ad peccandum compellatur inuitus, quàm in corpore pœnam grauissimam patiatur. Et sic collige grauior est pœna culpæ, quàm pœnæ vindicta, iuxta illud; Pœna potest demi culpa perennis erit.

Rubr. De expensis ludorum.

SVMMARIVM.

1 *Necessaria prius, quàm voluptuaria sunt curanda.*

Cum præsidem. Certa pecunia erat deputata ad ludos ciuitatis faciendos, præses respiciens ciuitatem illam agere refectione murorum; illam pecuniam conuertit in refectionem murorum, dicit Imperator, quòd salubrius fuit talis deriuatio pecuniæ, & postquam muri erant facti, poterit pecunia conuerti ad ludos. Potius ergo ciuitatis est attendēda securitas, & postea uacandum solatijs, & sic prius necessaria, postea uoluptuaria sunt curanda, quod est not.

Rubr. de aquaductu.

Aquarum. Ad euidētiam nota quòd publici ductus aquæ constituti sunt ciuitatibus ad solatiū, & ad publicum commodum. Et ideò multa in hoc titulo statuuntur in fa-

uorem

uorem aquæ ductus, sicut in superioribus titulis. Nota in superioribus titulis aliqua statuuntur in fauorē spectaculorū, quę tantum ad voluptatem ciuium sunt inuenta. In hac l. datur immunitas ei, per cuius prædium publicus aquæductus transit. In hac l. dicuntur tria principaliter. Primo dicitur ꝙ illi, per quorū possessiones, seu prædia transeunt ductus aquę, sunt exempti ab extraordinarijs muneribus, & ipsi teneatur purgare formas, idest ductus, per quos aqua transit, vnde vt melius possint prouidere refectionem formarum, imperator vult eos esse exemptos ab illis muneribus, quod est not. concor. supra tit. de cau. larg. tit. l. præcepit, & dic, vt ibi dixi. Secundò dicitur, quòd si isti possessores sunt neglIgentes circa purgationem formarum, publicantur prædia sua. Tertiò dicitur ꝙ ex vtraque parte in longum circa ductum aquæ non debent esse arbores vsq; ad xv. pedes, ꝙ si aluerint præsides extirpabunt, & hoc ideò ne radices arborum destruant aquæ ductum concord. supra de interd. l. 1. & hoc dicit. Aliud autem est in conductu aquæ, qui est in solo publico; quia tunc sufficit non esse arbores vsque ad x. pedes, sic soluitur infra eo. l. omnes. Andreas.

Si quis. Si quis de publico aquæductu, aquā deriuat ad suum prædium, publicatur subaudi, nisi auctoritate Principis, vt infra. l. prox.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium perdit, qui abutitur eo.*

Eos. L. prox. superior prohibuit aquæductionem a priuato, ista permittit cum Principis auctoritate, & dicitur hic, quòd cui licet concessio ne à Principe ducere aquam ex publico aquęductu, debet ducere per castellum, & per certum modicum foramē, non per longas fistulas, siue riuos amplos, qui contrafecerit, perdit
1 priuilegium ducendi aquam, & in corpore punitur. Nota perdit Priuilegium, qui abutitur eo, vt dixi supra tit. 2. si Lenones. Item nóta, quòd qui totū vult, totū perdit, vt supra de plus pet. l. 1. Item nota quòd non interpretamur latissime beneficium Principis, vt supra de bon. vacant. l. 2.

Vsum. Sicut l. superior permittit ex Principis Priuilegio, sic & l. ista ex longissimo vsu. Et dicitur ꝙ qui ex longissimo tempore, cuius non extat memoria, consueuit aquam ducere ex publico aquæductu, non debet prohiberi, dummodo ducatur

secundum

secundum consuetum modum; vltimò confirmat, quod dixit l. 2. Et nota de longissimo non sufficit longum, vt infra eo. diligenter, & ibi dicam.

SUMMARIUM.

1 *Qui se intromittit in his, quæ non pertinent ad suum officium, puniendus est.*
2 *Vtilitas publica præfertur priuatæ.*

Si quis. Dictum est supra eo. l. eos, quòd potest quilibet ducere aquā de ductu publico per priuilegium Principis. In hac l. dicitur cui sit insinuandum hoc priuilegium, & dicitur ꝙ non præsidi, sed præfecto prætorio, aliàs si præsidi fuerit insinuatū & Priuilegium non valet, & præses cum suo officio punitur. Vltimò dicitur quòd præses prouinciæ debet dispensare cōcessionem aquæ habita tali consideratione, vt Primo reseruet aquam, quæ necessaria est rei publicæ. Secundo quantum sit concedendum ad vsum alicuius vicinæ ciuitatis de superfluo concedat aliquam partem ei, qui priuilegium impetrauit. Nota ꝙ eo ipso punitur rescriptum subreptitium, quod fuit præsentatum iudici incompetenti.
1 Item nota quòd punitur ille, qui se intromisit de his, quæ non pertinent ad officium suum. Merito ergo per l. istam punitus fuit magi-
2 ster iuratus Terrachinæ, qui iudices creauit, & Notarios. Item nota priusquam concedatur de aqua priuato, prouidendum est rei publicæ, quam priuato, quod procedit ex eo, quòd publica utilitas præfertur priuatæ, vt supra com. de legat. auth. res, quæ, & ff. pro socio, actione. § Idem labeo, & quia cū aqua sit publica, prius debet aqua publico commodo derelinqui. Iuxta illud, ordinata charitas incipit à se ipso, vt supra de seruit. l. præses. quod est notabile.

SUMMARIUM.

1 *Fundum alienum quando inuito domino liceat ingredi.*

Omnes. L. ista facit exceptionem in l. 3. & loquitur specialiter in aquæductu palatij ordinarij, & quinque dicūtur in hac l. Primo prohibet concedi seruitutem ducendi aquam ad domos, vel possessiones, vel prædia suburbana, vel balnea priuatorum ex publico aquæductu domus Adriani Imperatoris, & dicit rescriptum concessum à Principe non ualere. Secundo ibi, scientibus, imponit pœnam impetrantibus hoc priuilegium, & officialibus admittentibus ipsam. Tertio ibi super ijs &c. dicitur quòd

in isto

in isto aquæductu domus Adriani iuxta sulcum publicum, idest aquæductum non debent esse arbores vsque ad x. pedes. Ad hoc est supra eo l. 1. in fi. sol. vt ibi dixi. Quarto ibi, præterea &c. dicitur quòd præfectus sicut ordinauit formas dicti aquæductus, ita faciat obseruari, non obstante aliquo rescripto. Quinto, & vltimò ibi: facultate &c. dicitur quòd præfectus habebit auctoritatem ingredië di prædia, & domos, & balnea priuatorum, & inquirere, ne aliquis furtiuè subtrahat aquam publicam, & hoc dicit. Nota quòd regulariter valet rescriptum, vt liceat priuato ducere aquam per publicum aquæductum vt supra eo l. 3. fallit in casu huius l. in quo rescriptum nil operatur, subaudi, nisi dixit non obstante &c. vt ff. de leg. 3. l. si quis in principio, & similes casus habes supra de pet. bon. subl.
1 l. 1. in fin. Nota alium casum specialem, in quo potest quis ingredi fundum alienum inuito domino, similem casum cum requirere vult aliquem fugitiuum, vt ff. de fugitiu. l. dominus, & cum vult metallum inuenire, sic supra de metallar. l. 2. secus si vult inuenire thesaurum, quia tunc non potest, nisi domino volente, vt ff. de acquir. rer. dom. l. 3. & arg. supra de iur. fisc. l. prohibitum, fallit in hac l. cum præallegatis similibus.

Ad reparationem. Certa sunt vectigalia statuta in vrbe ad refectionē aquæductus, vult ergo imperator in hac. l. ꝙ pecunia recepta ex istis vectigalibus, procedatur ad refectionem aquæductus, & dentur operarijs, qui vocātur zizacenici. Secundò dicitur quòd qui habent ius ducendi aquā ex publico aquæductu, nil soluāt pro illa aqua, quia exacrabile est domus Romanas aquam habere venalem, & hoc dicit. Contra. ff. de alim. & cib. leg. item mela; sed fallit in ciue Romano.

SVMMARIVM.

1 *Consul cum creabatur, dabat centum aureos ad reparationem aquæductus.*

Hac lege. Præfectus prætorio, qui pecuniam deputatam ad refectionem aquæductus conuertit ad aliū usum etiam publicum, cogetur si necesse fuerit reficere aquæductum de suo. Secundo dicitur, quòd aurum deputatum ad refectionē aquęductus non debet poni cum alio auro, sed debet esse in archa per se, & ita separatus archanus custodiat illud aurum a consulibus, vel
1 à quocunque collatum, & hoc dicit facit. supra. l. prox. Et nota ꝙ cum creabatur consul, dabat centum aureos ad reparationē aquæductus, vt infra de consul. nemini.

Diligen-

Diligenter. Prohibet fontes publicos conuerti ad vsus priuatorum,& est ratio quia, quod est publicum, minime fit priuatum, nec valet Principis rescriptum, nec longa præscriptio,& hoc dicit. Quod dicit,rescripto,subaudi, impetrato præter formam illius l supra eo.nec contradicat l. illa,& infra eo.l. fi. Quod dicit de præscriptione longa, secus in longissima vt supra eo.l.vsum. Et sic nota quòd licet seruitus aquæ ducendæ, cum habeat prędictam causam præscribatur longo tempore contra priuatum,vt supra de seruitut.l.2.non sic in republica,nec mirum, quia, & in alijs rebus fisci, vel reipublicæ exigitur maior præscriptio, quã in rebus priuatis,vt supra de sacros.eccles l.interdum.

Decernimus. Quinque principaliter dicuntur in hac l. Primo prohibet, vt nemo ducat aquã,nec à fonte publico,nec etiam munusculariјs,idest paruis riuis.qui subtrahit aquam,debet eam restituere in locum,vnde subtraxit; intellige hoc primum dictum,sine Principis voluntate,vt in l.prox. Secundo ibi, hoc etiam, prohibet, vt nemo plantet arbores uicinas aquæductui publico, quia radices arborum nocent aquæductui. Tertio ibi, scientibus &c. imponit pœnam facientibus in contrarium,dicendo,quòd prędium,siue balneum,siue molendinum,ad quod fuit aqua publica sine permissu Principis deriuata,& idẽ prædium,quo fuerunt prædictæ arbores plantatæ fisci iuribus vendicãtur. Quarto ibi,vniuersos &c. quòd ad custodiam aquæductuum debent stabiliri certi custodes,qui hydrophilati vocantur,& illi debent in brachijs consignari,impresso fœlici nomine Principis, ista proprie vocantur stigmata, & fiet ista consignatio propter duo, vt cognoscantur,& sic non possint recedere ab hoc munere,& vt probent se aquarios, cum volunt vti immunitate concessa aquarijs. Sunt autem immunes isti custodes ab omnibus extraordinarijs, & personalibus muneribus. Quinto & vltimo ibi. Quòd si quem hisdem,dicitur si vnus custos fuerit mortuus,& alter in locum eius extiterit subrogatus,signabitur eodem signo, eandem immunitatem ab ijsdem muneribus habiturus. Nota quòd dixi de stigmate plenè,vt supra de fabricens.stigmata.

Diuinam. L.ista nihil aliud dicit,nisi quia confirmat l. illã supra eo.si quis. Dic ergo quod nullum priuilegium Principis valeat vbique de aquaducenda à publica aquæductione,nisi Principis rescriptum fuerit præfecto prætorio insinuatum. Non seruantibus legem istam, idest impetrantes rescriptũ contra prædictam formam xx.librarum auri pœnam imponit.

Rubr.

Rubr. de Gladiator. pœnitus tollendis.

SVMMARIVM.

1 *Duellũ ad probationẽ nõ esse admittẽdũ in duobus casibus admittebatur ĩ regno.* 2.

Cruenta. Prohibet cruenta spectacula gladiatorum in ocio & quiete ciuium Romanorum, & collige hic arg. q duella sint prohibita, vt supra de action. & oblig. negãtes. Et quia prohibitur est vsus armorũ, vt supra. Et quia non debet prætor permittere ad arma venire &c. vt ff de usufr. æquissimum. Arg. contra ff. ad l. aquil. l. qua actione. §. si quis in colluctatione, dic vt ibi. Item nota quòd prohibetur ludus, seu spectaculum cruentum, quia ludus noxius est in culpa, & quia quis eos ludos appellet &c. vt ff. ad l. aquil. nam ludus & in const. Digestorum in fin. Item nota quòd prohibentus esse gladiatores, & ideò l. nomen gladiatoris abominatur æquiparando eum latroni. ut ff. de liber. præt. l. 3. in prin. Ex su pradictis apparet expeditam esse illam questionem, quòd duellum
1 non debet admitti ad probationem. Nam cum gladiatores reprobentur ergo non admittuntur ad approbationem, quia illa probatio admittitur, quæ non reprobatur à iure, vt supra de liber. caus. l. nec omissa, item ad probationem debent admitti personæ, quæ infamia non notentur, vt ff. de testam. l. 3. §. 1. sed isti pugiles, qui ad pugnandum precio assumuntur, infames sunt, vt ff. de his, qui not. infam. l. 2. §. est. Item testes debent scire ueritatem, vt supra de testib. l. testiũ, quam constat pugiles, conductos precio, ignorare, qũo ergo quæ ignorantur poterit probare, vt supra de iuram. cal. l. 2. & supra de fal mon. l. j. in fi. Item plus dependeret probatio ex potentia alterius pugnantis, qualiter enim possent inueniri æquales uiribus, nul
2 lo modo, ut arg. ff. de cond. indeb. si non fortem. §. libertus. In Regno verò in duobus casibus admittuntur: in crimine maiestatis, & mortis clandestinæ.

De Venatione Ferarum.

Occidendorum. Parũ valet l. ista permittitur cuilibet occidere leonẽ siue quẽlibet alia animalia, siue quamlibet aliam feram, bestiam nociuam, & cum aliqua fera bestia capta est à duobus militibus regni, & facit transitũ in ciuitates, non debet morari in qualibet ciuitate vltra septẽdies, contra facientibus pœnam imponit.

Rubr.

Rubr. de Maiuma.

Clementiæ. Mandat quendam ludum, qui vocatur Maiuma, fieri, & Prouincialibus obseruari, dũmodo seruetur honestas, & verecũdia castis moribus perseueret ꝙ est dignũ. Nota ꝙ ẽt in ludis seruetur honestas, vt supra de spectac. l. 4.

Rubr. Vt armor. vsus inscio Principe interdict. sit.

Nulli. Nemo potest mouere, vel habere arma sine Principis voluntate, facit supra de gladiator. Et nota casum ubi est necessarius consensus Principis.

Rubr. de agr. & censit. vel colon.

Nunquam. Tempore sectionum, uel messium, vel vindemiarum eadem æquitate agricolæ non trahũtur inuiti ad extraordinaria munera, quia ijs necessitatibus, i. his rebus necessarijs insistere debent tempore oportuno, non sunt auocandi rustici à cultura, nam & aliàs dicitur, ꝙ opera rustica suo quoque tempore faciant ff. locati si merces. § conductor. Sed si quæratur, quæ sit ratio, dicunt quidam fauor rusticitatis. Nam & aliàs habẽt rustici priuilegium vt supra de his, qui adm. ad bon. poss. l. pen. & ff. de iur. & facti ignor. regula. & de iurisd. omn. iud. si quis id, & supra de test. l. fi. verius est, ut sit fauor publicæ utilitatis, & sic frumenti, & uini copia, ut ff. de off. præf. vrb. l. 1. §. circa, & ff. de uar. & extraord. cognit. l. annonã, & ne totius anni commoditas pereat vnius occasione momenti, vt supra de ferijs. l. 2. Item nota quòd rustici ad nullum officium publicum sunt uocandi, vt infra eo. l. colonos, & ita non debent uocari, ut uadant ad exercitum. Item nunquid excusantur ab alijs extraordinarijs, & dic ut hic not. in glo. magna.

SVMMARIVM.

1 *Ius quod est de toto, idem de parte ad partem: quando fallat.*
2 *Quilibet de suo faciat, quod uelit: quando fallat.*
3 *Accessorium sequitur principale.*

Si quis. Habeo prædiu cum colonis ascriptitijs, volo alienare prædium, retentis colonis dicitur, quòd non possum: sed vel totum alienare, vel totum retinere, & hoc dicit. Nota contra

tra varios, nec esse in cõstantiam admittendam, quod dic plenè, vt ff. de procurator. in causæ. interdum tamen admittitur, quod dic, vt ff. de collat. bon. §. nũquam, & ff. de inoff. testa. cũ Papinianus, §. sed nec impuberi; Et licet regulariter uarietas reprobetur, magis in iudicijs, in quibus dicitur erubescenda varietas, vt supra de mod. mul. l. eos, in fi. Secundò nota, & hec est regula, quod ius de toto ad totũ,
1 idem de parte ad partem. vt ff. de pact. iure gentium. §. adeò, & de vsur. qui sic. cum simil. fallit in hac l. quia potest totum uendere, & non partem, sic fallit supra de iur. emph. l. 1. in fi. ff de inoff. testam. cum Papinianus §. sed nec impuberi. ff. pro derelicto. l. 3. ff. de pet. he
2 red. l. sed. §. nunc videamus. Tertiò nota, hæc est regula, ut quilibet faciat de suo, quod uelit, ut supra de iudic. nemo, & mandati. l. in re mand. fallit in casu huius legis, sicut & supra de thesaur. l. vna. Quartò nota, hæc est regula iuris, ꝙ accessorium sequitur principale, quod dic, vt ff. de reg. iur l cum principalis, fallit hic, nam hic potest alienare prædium, quod est principale, sine colonis, ad hoc concord. infra l. prox. Et ad omnia ista specialia potest reddi ratio, vt sit fauor colendi agros, quæ cultura est fauorabilis, vt ff. de aqu. pluu. arcend. l. 1. §. de eo opere, & §. Item sciendum, & supra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Possidens rem & onus agnoscere debet.*

Quisquis. Possidebam prædium cum seruis ascriptitijs, de quo prædio certum tributum fisco soluebam, de serui culturam prædij, & ita illos seruos vagos dereliqui, quantum in me fuit. hos seruos Princeps ex mera liberalitate. idest nulla præcedente petitione, Meuio donauit, dicitur quòd facta concessione seruorum, uidetur facta concessio prædij tributarij, & ideo tenebitur Meuius ad idem tributum. Secundò dicitur quòd si isti serui sic deserti, & uagi ad possessorem aliquem peruenerunt, quia possessor, qui passus fuit habere seruos, videtur velle habere prædium, & tenebitur ad tributum, & hoc dicit. Nota quòd æquiparatur concessio Principis, & patientia possessoris. Item nota quòd prædium sequitur seruos, & sic principale assessorium, vt dixi supra l. prox. & est ratio quia serui non possunt recedere à fundo, vt infra eo. cum satis, ergo qui vult habere seruos, videtur uelle habere prædium. Et sic nota quòd quoties alicui aliquid conceditur, ut illud videatur habere concessum &c. vt ff. de iurisd. omn. iud. l. 2. & de procurator. l. ad rem, & l. ad legatũ. Item ratio quia fundus est onus ascriptitiorum, ut modo dixi, ergo transeunt serui cum onere suo, idest

idest cum prædio, ut ff. de contrahen. emptio. alienatio, & de pign.
1 action. si conuenerit, & dixi supra de præd. nauicul. l. 2. Ex præmissis collige argumen. qui possidet rem, & onus agnoscere debet, ut infra de censib. cum possessor, & in l. præall. liquet apertè, & supra de anno. & trib. l. 2. & l. omnes.

SVMMARIVM.

1 *Dandum quod est, possum per me, vel per alium explicare: secus in faciendo.*
2 *Scholares non coguntur subire onera domus conductæ: sed si quid soluat, computat in mercedem.*

Hi penes. Habeo prædia tributaria, in quibus sunt coloni ascriptitij, siue censiti, quis debet soluere tributa, & dicitur ꝙ non ij coloni, sed ego soluam, uel per me, uel per meos actores, & hoc recepta compulsionis sollicitudine, idest cũ ero expulsus ab exactore. Secundò dicitur, ꝙ si coloni prædicti habeant alia prædia, ipsi debēt pro prædijs suis soluere tributa exactori illius loci, in quo sunt sita prædia, & hoc dicit. Nota ꝙ ascriptitius nõ cognoscit opera prædij, cui est ascriptus, sed dominus agnoscit pro se, & pro ascriptitio, secus in emphyteuta, ut supra de iur. emph. l. 2. & ff. de vsufr. hactenus nisi ascriptitius habeat proprium fundum, cuius est Dominus ascriptitius, vt in fi. huius legis, & nota ꝙ ascriptitius potest habere proprium, ergo non est verè seruus, vt ff. de verb.
1 sign. l. paterfamilias. Tertiò nota, illud, quod est in dando, possum per me, & per alium explicare, vt hic, & ff. de stat. hom. arethusa, & ff. de condit. inst. l. fi. secus si in faciendo, in quo distinguitur, vt not.
2 supra de decurio. l. nullus. Itē collige arg. pro scholaribus, quia non coguntur subire onera domus conductæ; puta si aliquid est erogãdum pro purgatione viæ; sed si aliquid soluat, computat in mercedem, vt ff. de via publ. l. ædiles. §. constituant.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non cogitur inuitus aliud pro alio accipere: nec debitor soluere.*
2 *Consuetudo plus interdum potest, quàm pactum: interdum contra.*
3 *Prædio dari dicitur consuetudo: fieri iniuria: fieri denunciatio: & prædium conueniendum.*

Domini. Conueni cum colonis, vt prædio meo, quod colebant, præstarent mihi aliquem redditum, puta certos modios frumenti, si paratus est soluere, non possum cogere vt

N soluat

soluat pecuniam numeratam, quia rustici non audent optare pecuniam; & ista sunt vera, nisi consuetudo velit, vt non obstante pa-
1 cto, in pecunia soluat, & hoc dicit. Nota sicut non compellitur inuitus creditor, aliud pro alio accipere, vt ff. si cert. pet. l. 2. nec debi-
2 tor soluere, vt hic. Secundò nota quòd consuetudo vincit pactum, & plus potest consuetudo, quàm pactum, vt hic, & alibi supra de iurisdictio. omn. iudic. l. priuatorum, vt supra de emancipat. l. 1. & vlt. Interdum plus valet pactum, vt ff. de acq. plu. arcen. l. 1. in fin. Et quod potest fieri per pactum, & per consuetudinem vt supra de rei vend actione, in fi. primi responsi. & infra de fideiuss. l. fin. & facit. ff. com. præd. venditor. §. si constat. de hoc dic, vt l. quemadmodum dicam, & plenè infra eod. l. litibus. Tertiò nota quòd rustici non debent habere pecuniam, quia non audent eam optare, quod intelligas, idest timent propter dominos, ne auferant eis: quia subtili animo &c. vt supra de mercator. l. 1. tamen non negatur quin habeãt, vel possint habere, vt ff. de leg. 3. si chorus §. 1. philosophi verò propria voluntate contemnunt aurum, vt ff. de vacat. mun. l. in hono-
3 ribus. §. 1. Quartò nota ꝙ hic dicitur, consuetudo datur prædio, sic & aliàs sententia, vt ff. de nego. gest. qui aliena in fin. Sed alibi fit iniuria prædio, vt ff. de via pub. l. penult. & alibi denunciatur predio, vt ff. de damn. infect. l. 3. §. quoties, & supra de annal. exceptio. l. vt perfectius, & alibi dicitur prædium conueniendum, vt ff. de public. Imperatores.

Omnes omninò. Ascriptitius, vel colonus meus derelicta agricultura aufugit in alia prouincia, dicitur, quòd remota omninò differentia sexus, & conditionis, & muneris præsides prouinciarum compellent eos redire ad prædia, vnde per fugam recesserant, & hoc dicit. Nota argum. contra monachum fugitiuum; ad quod videas multas concord. quas not. infra de cohortal. & forma quæstionem, vt infra de col. palest. l. vna. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Trahi quid ad consequentiam quando posse contingat.*
2 *In toto quod licet, non licet in parte quandoque.*
3 *Vendere quandoque inuitus cogitur.*
4 *Dominium transfertur facta traditione rei: quandoque non.*
5 *Contractu facto contra legem, vel vtilitatem publicam, ille idem qui fecit potest contrauenire.*

Quem-

Quemadmodum. L. ista dicuntur quinque. Primo pone. Emo fundum, in quo sunt alij originarij, vel rustici censiti, vendo rusticos sine fundo: dicitur quòd non possum: nam sicut originarios, non possum vendere sine fundo, ita nec alios censitos. Secundò ibi, quia neque &c. quòd si vendo modicum terræ, & maiorem partem terræ retineo, & omnes colonos, vel ascriptitios alieno: quòd nõ valet talis venditio facta in fraudem, & cõtra mentẽ huius l. Tertio ibi, sed cum soli &c. dicit quòd si possessor alienet totum fundum, debet trãsferre omnes colonos ascriptitios; si alienet partem fundi, & tunc debet transferre partem colonorum, qui in illa parte mãserunt, siue, qui in illa parte fuerũt ascripti. Quarto ibi, & emptor &c. dicitur quòd si facta fuit venditio fundi contra legem istam, quia vendidit possessor fundum sine colonis, illa venditio non valebit, & precium, quod emptor dedit, amittet, & rem ipse venditor vendicare poterit. Quintò & vltimò ibi, Sed si aliqua. dicitur, quòd si venditor fundi vendicare noluerit, quòd poterunt vendicare hæredes venditoris; & contra hæredes emptoris longi temporis præscriptione non obstante, quia malæ fidei possessor est, qui contra legum interdicta mercatur, vt melius intelligatur l. ista, antequam veniam ad

1 alia notabilia formo vnam quæstionem. Quæritur, quare quod dictum fuit in originarijs, trahitur ad consequentiam ad alios censitos: nam cum hoc sit inductum contra rationem, vt quisquis de suo non possit facere quod velit, non debuit trahi ad consequentiam, vt ff. de leg. & senatusconsul. l. quod contra rationem, sicut alibi: quod patet, vt dixi supra de præd. cur. l. fin. responde, hoc propter publicam vtilitatem, & quia ita erat in originarijs, hæc eadem fuit in alijs ascriptitijs, & ideò non mirum. Sed vbi est eadem ratio, idem ius statuerat, ut supra de constit. pecu. l. vlt. sunt & aliæ rationes, quare quod ibi dicitur, non trahitur ad consequentiam, vt ibi dixi, & eodem modo potest responderi an sit idem in permutatione, quod dicitur hic in venditione; & dices idem, vt in simili quæstione, ut dixi. Item nota ad intellectum huius l. quòd aut non venduntur coloni sine solo, & non valet venditio, vt in prin. huius legis; aut sum sine colonis, & valet, & colonis succurritur interdicto vt supra eo. l. 2. Modo collige multa notabilia. Et primo nota, quòd aut totum vendit, aut totum retinet, & sic nota contra incon

2 stantiam, vt dixi supra eo. l. 2. Secundò, quod licet in toto, non licet in parte, & sic hæres, cui accrescit hæreditatis portio, aut totam habet, aut totam derelinquet, vt supra de iur. codicill. l. cum quidam, & de acquir. hæred. quas. Tertio nota ex duabus in fi ad idem. ff. pro derelicto. l. 3. ex hoc resultat & aliud notabile quod nõ est idem ius

de toto ad partem quod dic, vt supra eo. l. 3. Quarto nota sicut non valet venditio facta contra legem, ita & si in fraudem legis: quod dic, vt in l. non dubium. Quintò nota quòd non debet ab alia via circumueniri, vt ff. de tutor. & cur. dat. ab his. l. scire oportet, & de transf. cum ij. §. sed cum lis. Sextò nota quòd parte indiuidua irritata, & totum irritatur, vt ff. de ædil. edic. plerunque. Septimo nota in
3 tertio dicto casum, in quo quis rem suam vendit inuitus, vt hic & supra de debitor. ciu. l. 1. §. pen. & dic ut supra de contrah. empt l. inuitum. Octauo nota in quarto dicto ꝙ non valet contractus factus contra. l. siue in fraudem legis. concor. ff. de iur. patr. l. libertus. No-
4 no nota ꝙ licet regulariter ex naturali cõtractu transferatur dominium, facta traditione, ut supra si quis alteri, vel sibi. l. multũ interest, in fi. etiam si dolus dedit causam contractui, vt ff. de dol. mal. l. eleganter & not. supra de fid. instr. l. contractus in fi. non cum celebratus est contra legem; ut hic. nam uendicari potest ab eo, qui uẽdidit, ergo dominium non recessit ab eo. sic & supra de sacros. eccl. iubemus. §. scientiæ Sic & cum vendidit fiscus omissa solemnitate, ille uendicat, qui uendit, ut supra de iur. fis. l. 3. & de fid. instr. & iur.
5 hast. fis. l. 1 & 2. Decimo nota ꝙ ubi contractus fit contra. l. uel contra publicam utilitatem, ille idem, qui fecit, potest contrauenire, vt hic, & supra de lib. cau. l. 1. aliud ubi, quod factum est, non tenet propter iuris impossibilitatem quia licet non teneat quod factũ est, tñ qui fecit, non potest cõtrauenire, ut ff de seru. rust. præd. per fundũ. Vndecimo nota casum, in quo aliquis uenit contra factum suum, quod dic ut ff. de adopt. post mortem, & concor. de liber. cau. l. 1. & supra de euict. l. cuncti, & de princ. qui supra l. 2. cum sim. Duodecimo nota ꝙ accessorium sequitur suum principale, interdum è cõtra ut supra eo. l. 2. Decimotertio nota ꝙ malæ fidei præsumitur, qui contra legum interdicta mercatur. Decimoquarto nota ꝙ malę fidei possessor non præscribit longa præscriptione, sed longissima ut supra de præscript. long. l. omnes. Decimoquinto nota emptor, qui contra interdicta legum emit, amittit preciũ, quod dic ut infra de fund. rei priu. l. 1. Decimosexto nota ꝙ speciale est in eo, qui mercatur contra legum interdicta, ut à percipiendis eum titulus nõ excuset, ut supra de fid. instr. l. 1. in fi. lib. x. ergo iste, qui sic emit, non excusatur a percipiendis, & ad hoc. l. ista sepè inducitur, ut in nigro. Vltimò nota, coloni non possunt alienari, possunt tamen præscribi lõgissimò tempore, & sic plus potest præscriptio, quàm pactum, interdum nõ possunt alienari, nec præscribi, ut ff. de fund. dotal. si fundus, & de uerb. sign. l. alienationes, & sic quòd non potest pactum, non potest præscriptio, quod dic, ut not. infra eod. litibus, & supra eo. domini, quæstiones, & opposita dic, ut in glo.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Parochiani unius ecclesiæ fugientes ad aliam sunt reuocandi cum decimationibus.*
2 *Fiscus, cum suus debitor non est soluẽdo, potest conuenire sui debitoris debito. cæ: non sic in priuato.*

Omnes profugi. Ad euidentiam nota ꝙ coloni originarij, uel ascriptitij quidam sunt, qui debent tributum fisco pro capite suo, & certum incẽsum Domino fundi, ut hic, & infra eo. seruus. & in l. ista dicũtur tria principaliter. Primo dicitur ꝙ si coloni mei, qui erant, ut dixi, & tributarij, & censuales fuga lapsi collocarunt se ad precium, dicitur ꝙ sunt reuocãdi cum tributarijs, & censualibus emolumentis indistinctè: quod dicit, tributa fisco, & mihi incensus debet restitui cum colonis. Sed à quo restituantur dicta tributa, habenda est talis consideratio, aut ille Titius, qui recepit fugitiuos colonos, sciebat eum esse fugitiuum, & usus est operis suis gratis, nulla mercede data; siue faciẽdo ipsum seminare fundum suum, siue faciendo fieri nouole aliquod; quòd remotis colonis, ipse Titius, qui gratuitas operas recepit, tenetur soluere dicta tributa, & hoc usque ibi, cæterum si. Secundò dicitur, ꝙ si Titius credidit eos liberos, ꝙ illi fugitiui statuerunt de conditione sua, dicentes se liberos esse, & nõ habuit Titius operas illorum gratis, immo uel dedit eis mercedem, uel fuerunt partiarij; tunc non Titius: sed ipsi coloni reuocati tenentur soluere prædicta tributa, quia contractus iste fuit priuatus. quod dicit, nil fecit Titius contra fiscum, uel publicam utilitatem, & hoc usque ibi, sequi &c. Tertio dicitur ꝙ si illi fugitiui nõ sunt soluendo pro illis tributis, ꝙ ipsi, ut supra proximè dixi, alij agricolę si qui sunt debitores eorum fugitiuorum exigentur, & ab ipsis debitoribus ipsorũ fugitiuorum procurator Cæsaris coram iudice competẽti, quæ ab ipsis fugitiuis debẽtur, exposcat, & h. d. Aduerte quod dicit ĩ fine, si agricolę sunt debitores coloni fugitiui, subaudi, maximè quidẽ, & si sunt alij debitores. Sed ideò dixit de agricolis, quia cum illis magis consueuerunt contrahere, & ita retulit se ad id, quod frequentius fit. Ex h. l.
1 nota duo. Primo nota arg. à simili in parochianis unius ecclesię fugitiuis ad aliam ecclesiam, ut cum decimationibus reuocentur, ut infra de col. illir. l. 1. & in auth. de mand. prin. §. sed etiã coll. 3. & infra eo. cum satis. §. fi. & ff. si cert. pet. l. si fundus. §. seruum cum simil.
2 hic not in glo. Secundo nota ꝙ eo ipso ꝙ debitor fisci non est soluendo, potest conuenire debitorem sui debitoris, non est sic in priuato, quod dic plenè ut supra quando fis. uel priu. l. 1. per totum, & qua actione agit fiscus, dic ut not. supra de iur. fisc. l. 3. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Quod fit, concediturve ab eo, qui ius concedendi non habet, pro non facto habetur.*

Immunitates. Ad euidentiam nota ꝙ tributũ, quod præstatur pro iugero terræ, vel iugo bouum vocatur iugatio, aliàs iugatio dicitur fundus, vt supra de impo. lucr. descript. l. vna, in prin. quod prçstatur pro capite hominis, vocatur capitatio. Dicitur ergo hic, ꝙ qui impetrauit immunitatẽ iugationis, & capitationis sine consensu Principis, aliqua causa iusta, ꝙ nõ valet illa immunitas, sed cogẽdus est, nihilominus ille, cui facta est,
1 ad publicam functionẽ, & h. d. Nota ꝙ fit ab eo, vel conceditur, qui ius concedendi non habet, pro nõ facto habetur, vt supra de iur. fisc. l. 1. & ff. de reg. iur. factum, extra de iur. patron. cap. quod autem.

Cum antea. Olim quilibet masculus pro capite suo soluebat certum tributum, & tantum pendebant duæ mulieres, quantum vnus vir: hic vult Imperator, ꝙ tantum soluant duo viri, uel tres, quantum olim pendebat vnus, & tantũ quatuor mulieres, quantum olim duæ, & mandat hoc scribi per certas prouincias, quæ hic nominantur.

SVMMARIVM.

1 *Rescripto principis omnia, quæ immutabilia sunt, non tolluntur.*

Originarios. Si colonus meus originarius fuga lapsus agri culturã deseruit, nulla authoritate, vel dignitate, vel priuilegio poterit excusari, quin teneantur redire ad culturam, quam deseruit, nec valebit ei priuilegium Principis, & hoc di-
1 cit. Nota ꝙ per rescriptũ Principis omnia, quæ immutabilia sunt, non tolluntur, ut dixi supra de iur. instr. & iur. hast. fisc. l. pen. ad idem infra de fund. patrim. l. 3. in fi. Secundo nota ꝙ non præscribitur prçstationi census, siue quia nil soluit originarius, siue quia minus soluit, quàm debuerit: nam non præscribitur vero censui, & hoc est, quod dicitur in littera, nulla census authoritate &c. quod dicit, si nil, vel minus soluit in præterito, non præscribet propterea in futuro, ad quod facit supra de præscript. xxx. ann. l. competit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scientia non ignorantia regulariter obligamur: quandoque etiam ignorans punitur.*

Seruos. In l. ista dicuntur tria. Primo dicit Imperator, nos volumus, quòd omnes coloni aſcriptitij, & tributarij debeant apud dominos remanere perpetuo. Secũdo dicitur, infraſcriptam pœnam, quæ ponitur in fine huius legis, nos uolumus imponi, & contra ſcientes, rapientes, & contra ignorantes. Et hoc ideò, vt fugitiui nullam habeant occaſionem fugiendi, ex quo ſciēt à nemine occultandos, & ipſi, qui recipiunt colonos alienos., ad ſuos agros nõ recipient, niſi quos uerè ſcient eſſe ingenuos. Tertio imponit pœnam receptantibus hos fugitiuos, quia fiſco cogentur ſoluere. xij. libras auri, & domino fugitiuum ipſum cum ſeruo alio reſtituere tenentur. Nota imponuntur pœnæ, ut homines deſiſtāt ab illicitis, & metu pœnæ efficiantur boni, ut dixi ſupra de exact. trib. l. nemo. Secundo nota, ꝙ fugitiui non poſſunt diutius occultari: ſiue receptatoribus. Sic delinquentes, ut ff. de off. præſ. l. cõgruit. Ter-
1 tiò nota caſum, in quo punitur ignorans, vt dixi ſupra de decurio. l. omnes regulariter contra, quia ſcientia non ignorantia uolumus obligari, ut infra de tabular. generaliter, & hoc uerum, cũ tractatur de iſta pœna, ſed cum tractatur de reſtitutione tributorum, non punitur ignorans, ſic ſoluitur contrarium. ſupra l. omnes profugi.

SVMMARIVM.

1 *Coloni qui dicantur, & qui inquilini.*
2 *Filius quandoque ſequitur patris, non matris conditionem.*

Diffinimus. Duo dicuntur in hac l. & tractat l. iſta ſpecialiter de originarijs. Primo qui naſcitur ex utraque parte cenſito, ipſe eſt cenſitus, idem ſi ex utro, ideſt altero tantum, ſcilicet patre, & ita filius ſequitur patris, & non matris conditionem, & hæc uera tam in colono, quàm in inquilino, quia & ſi ſit differentia inter eos, quantum ad nomen, eſt tamen quantũ ad effectum una conditio, & hoc uſque ibi; illud &c. & hoc prout habes in littera; utro, ſi uerò habes neutro. dic quòd qui naſcitur ex neutro patre cenſito, ſequitur patrem, erunt tamen ambo aſcriptitij. Secundo dicitur, pone, habeo duo prædia, unum fertile, & refectum; aliud ſterile, & in utroque habeo colonos, & quia præ-

 dium

dium sterile, & incultum, magna indigebat cultura, omnes colonos in fundum sterilem transfero; vendo fertilem, aliud sterilem retineo, translatis in sterilem colonis, qui erant in fundo fertili, dicitur quòd translatio valet, sed quandiu utrunque fundũ erat apud me; teneor tamen restituere illi emptori illos colonos, quos tran-
1 stuli cum sua agnatione, conditione ex hac l. & hoc dicit. Nota in hac l. quòd inter colonos, & inquilinos non est differentia, licet nomina sint diuersa, & sic de nomine non est curandum, vt supra de const. pec. l. 2. ad idem supra de hæred. inst. l. quicunque, arg. contrà supra de codicill. l. pen. & dixi plenè de virtute nominis supra de indiction. l. 2. sed licet dicatur non esse differentiam, est tamẽ aliqua, & ideò in littera ponitur, penè idest quasi, coloni dicuntur, qui habitant, & colunt fundum: inquilini, qui solummodo colunt, & ali-
2 bi habitant, & hoc not. in glo. Secundò nota casum, in quo filius sequitur patris, & non matris conditionem contra regulam generalem supra de rei vend l. partum. Sed speciale hic, & supra de murileg. l. fi. Tertio nota ꝙ in princ huius legis reprobatur illa ratio, quæ ponitur supra de codicill. l. pen. Item in fi. huius l. collige arg. ꝙ licet non valeat alienatio colonorum, & vt supra. l. quemadmodũ: valet tamen translatio, ad idem supra de ædif. priuat. l. 2.

S U M M A R I V M.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus.*
2 *Dolo facis: exceptio ista vbi locum non habeat.*
3 *Cum agitur interdicto, vnde vi, quare non obstat lex. 3. de carb. edi.*
4 *Causa spolij nunquid sit summaria: & an sit offerendus libellus.*

Si coloni. Possidebam aliquos colonos ascriptitios bona fide, ipsi fuga lapsi transtulerunt se ad Titium, ago officio iudicis, vel conditione ex hac l. & peto possessionem illorum colonorum, opponit Titius exceptionem dominij, dicens se dominum: dicitur, quòd prius debet restitui possessio bonæ fidei possessori, & postea causa dominij agitari, nota in hac l. quòd causa possessionis est magis priuilegiata, quàm causa proprietatis, quia
1 præfertur, vt hic, & supra de rei ven. ordinarij cum sim. Item nota quòd spoliatus ante omnia sit restituendus, vt supra de donat. inter vir. & vxor. si maritus, & extra de ord. cognit. cap. vlt. & de restitut. spoliator. cum uenissent, & cap conquerente. 3. q. 1. reintegranda.
2 Item collige hic melius quàm alibi argumen. quòd illa exceptio, dolo facis &c. non habet locum in possessorio recuperandæ possessionis in causa spolij: nam si hic non habet locum, ubi non fuit uiolentia

violentia commissa, multo fortius ubi uiolentia commissa interuenit. ad icem facit peroptimè supra de præscriptio. 30. annorum. l. si quis emptionis. §. sed hæc super illis: in alijs autem possessorijs habet locum, si incontinenti doceat iste, qui eam opponit de iure suo
3 vt ff. de carbon. edict. l. 3. §. duæ, & not in d. l. dolo. Ex præmissis apparet solutio illius quæstionis. Si ille, ad quem fugierūnt coloni, dicat paratus sum probare de iure meo. hodie cōstat, hodie agamus, ꝙ non sit audiendus in hoc casu, & cum agitur interdicto; unde ui, non obstat præall. l. de carbo. ed. & ut in poss. legator. l. is à quo, & ad trebell. ille, à quo. §. 1. & d. l. dolo, & quare non obstet, duplex est ratio; prima fauor spoliationis, ut dixi. Item quia in illis casibus est summaria cognitio necessaria, & quæ leuiter fiunt, leuiter impediuntur propter obiectum dominij. Secus ubi petitur restitutio, in qua desideratur plena causę cognitio, ut extra de offi. de leg. c. cōsultationibus, & sic nec de facili datur, nec de facili impeditur, ut extra de restit. spol. c. literis, nam quæ difficilius conceduntur, difficilius auferuntur, vt arg. ff. qui, & a quib. man. lib. non fiant l. generaliter. §. ult. & de fideicom libert. generaliter. §. ult. Ex his, quæ modo
4 dixi habes, quid sit dicendum in illa quæstione nunquid in causa spolij sit offerendus libellus, & num sit summaria, uel diligens cognitio, & videtur, quòd sit summaria cognitio, vt hic dicit, celeri, & sine libello, ut supra unde ui. l. momentarie; sed contra dico, & ꝙ diligēs fiat cognitio, ut modo dixi, nec obstat, ꝙ dicit hic: celeri, ꝙ intellige antequā de dominio cognoscatur, sic supra ad l. iul. de ui publ. & prædicta ante omnia. Item dico ꝙ sit offerendus libellus, sicut in qualibet causa, in qua contradictor apparet, ut dixit supra de naufrag. l de submersis, nec obstat dicta l. momentarie, ut not in gloss. ordin. Sed quid erit? habeo solummodo possessionem sine dominio alicuius rei, ista res peruenit ad te sine tuo uitio, & sic tu modo possides, qua uia contra te mihi succurratur, dixerunt quidam condictione huius. l. & sic not. in glo. arg. supra de furt. l. in ciuile. Ego contrium credo, quia cum ego de sola possessione contendam, & tu modo possideas, in pari causa, potior debet esse conditio possidentis, nam qui possidet hoc ipso plus iuris habet, quàm qui non possidet, vt ff. uti poss. l. 2. Non obstat l. ista, quia hic possidem rem uitiosam, scilicet seruum fugitiuū, fuga enim quam uitiosum est, & ideo pręscribi, uel usucapi non potest, cum faciat furtum serui, ut colligitur hic, cum dicit; fugę uitio, & supra de seru. fugit. l. 1. uel hic interuenit factum aliquod, scilicet fuga serui, uel uidetur possidere seruum, & in fuga constitutum, ut ff. de acquir. poss. l. rem quam.

SVMMARIVM.

1 *Scholares a suis studijs, nec clerici ab ecclesijs auocandi sunt ratione alicuius exactionis.*

Colonos. Exactores nō debent inquietare colonos pro tributis, ne propter hoc cogantur agriculturam deserere, quia nec puncto temporis ab illo debeant amoueri, arg. pro scholaribus, & clericis, vt ratione alicuius exactionis non debeant,
1 & à suis studijs, & Ecclesijs auocari, concord. supra de epis. & cler. omnis circa prin.

Mulieres. Si mulier originaria ex matrimonio cum liberto contracto susceperit filios, & ipsa, & filij reuocandi sunt ad fundum, à quo recessit, & sic l. ista loquitur secundū ius commune; quoniam filij sequuntur matrem, interdum patrem, vt supra & l. dissinimus, dixi.

Per colonum. Colonus, vel ascriptitius fundi mei nil potest facere in præiudicium possessionis, idest dominij mei. An aliter, & quando possit præiudicare factum serui possessori. ff. de acqui. poss. peregre. §. quibus, & supra de acqui. possess. l. fin.

Colonos. Ascripti glebæ ad nullum honorē etiam inferioris militiæ possunt aspirare, nec etiam esse apparitores Magistri dignitatis, seu potestatis, & hæc dicuntur propter publicam utilitatem, scilicet ne cultura deseratur agrorum.

SVMMARIVM.

1 *Lites sunt abbreuiandæ, non protelandæ.*
2 *Soluens alicui ex iusta causa aliquod annuum longo tempore, tenetur etiam soluere in futurum: secus si non longo tempore.*
3 *Vasallus & meus homo an efficiatur, qui longo tempore vel longissimo mecum manens omnia fecit vt vasallus.*
4 *Fideiussio ubi petitur, sequestratio cessat.*
5 *Fideiussio est reuocanda, si primi fideiussores inuenientur minus idonei.*
6 *Decimas quis soluere debeat.*

Litibus.

Litibus. L. ista habet duas partes principales. Prima durat vsque ad §.hoc,& habet tria dicta. Secunda pars habet quatuor. Pone, ergo quòd locaui Titio fundum pro certis redditibus annuis,uel pensione certa,modo peto ab illo Titio redditus, vel pensiones illæ, vel negat me Dominum fundi, & alium Dominum asserit,vel negat,me sibi locasse,nec possum probare ꝙ ex illa locatione soluitur mihi redditus per longum tempus, quia tunc Titius non auderet mutire, quæro in hac quæstione qualiter debeat esse processus,dicitur, vt iste colonus det fideiussorem idoneum domino de restituendo ei omnes redditus, si appareat fundi esse dominum,uel si pro domino fuerit iudicatum,& non finitum idest triennium fideiussio prima expirat,& iterum debet renouari, quia cum fideiussione durante,nō debet colonus aliquatenus molestari. Secundò ibi si autem hoc &c. dicitur quòd si colonus noluit præstare dictam fideiussionem, vel non potuit, quòd redditus si erāt in pecunia,debent sequestrari per officiū iudicis in ædem sacram,quæ dabitur,uel domino,si vicerit, uel colono. Tertio ibi si autem redditus erat in specie,puta in frumento,uel uino, tunc per officium iudicis debent uendi, uel sequestrari, secundum modum prædictum,& hoc usque ad §.hoc de redditibus, ubi incipit, Secunda pars,quæ diuiditur in quatuor dicta. Primò dicit de redditibus domino soluendis, sed interim pendente lite inter me dominum, & colonum,qui soluet tributa fisco,quæ debentur à fundo, responde si conuenerit inter me dominum,& colonum, ut ipse colonus soluat, tūc sicut consueuit ante legem soluere, soluet etiam lite pēdente,& nullo ex tali solutione præiudicio domino generando. Sécundo in uers.sin autem. Dicitur,ꝙ si conuent,ut ego soluerem tributa, & à me consueuit fieri solutio tributorū, tunc si dederit mihi colonus fideiussorem secundū præfatum modum, ille fideiussor tenebitur mihi tantam summam inferre, quanta est necessaria solutioni tributorum, & illam pecuniam soluā pro tributis. Tertio ibi,si autē fideiussor dicitur quòd si colono non præbente fideiussorem,facta est sequestratio fructuum, ut supra dictum est in prima parte legis, quòd tantam pecuniam iudex capiat,quanta in solutione tributorum est eroganda, & illam mihi assignabit, & ego secundum præteritam consuetudinem tributis impendam, quantitate remanente reliqua in sequestro,in totum uictori tamen assignanda. Quarto & ultimò ibi. Nullo præiudicio &c.dicitur quòd ex sequestratione prædicta, uel ex solutione tributorum,facta à colono, nullum parabitur præiudicium Domino, & contra ex solutione facta Domino lite pendente, nullum præiudicium paratur colono,& hoc dicit. Nota lites abbreuiandas concord. supra de iudic.

dic.properandum,& ff.de oper. no. nunt.l.1.§. siue, & extra de dol. & contum.c.finem litibus,& hoc pertinet ad officium iudicis,vt ff. si cert.pet.quidam,quod est ideo,quia nemo potest litem inuito iu
2 dice protelare,vt supra de iudic.properandum.§.1. Secundò nota quòd si ex certa causa,vt erat, puta ex locatione rusticus soluat mihi aliquod annuum longo tempore, cogetur soluere in futurum, concordat.ff.de vsur.cum de in rem verso. secus si non longo tempore,vt supra de pact.si certis annis, vbi fauor duplex interueniat, vbi triennium sufficit,vt supra quod dic vt supra de fideiuss.l.1.Item secus si interueniat longi temporis solutio sine causa;quia nõ propterea cogetur soluere in futurum, quia cum tempus non sit modus tollendæ obligationis,nec obligationis inducendæ,arg.l. Arrianus. Nec distinguo quantum ad hoc,quòd dicitur hic inter negligentem,& diligentem, quia in hoc casu non fit aliqua legis distinctio,sed circa debitum solutum,an uideatur esse solutum,ut in l.cũ
3 de indebito. His præmissis subijcio talem quæstionem,aliquis lõgo tempore,vel longissimo mecum mansit,& omnia fecit,vt vasallus meus,nunquid efficiatur meus homo,quòd sic ita probo.Quia hoc potest pactum,de quo constat,ut infra eo. cum satis ergo præscriptio.plus enim præscriptio operatur,quàm pactum,nam ascriptitius sine gleba,pacto non alienatur,sed præscribi potest,vt supra eo l quemadmodum. Item pactum de non diuidendo non valet, præscriptio autem impedit diuisionem,vt ff.com.diu.l & hoc inter dicto §.si quæ.C.de an.except l.1.si ergo plus potest præscriptio pacto. Ergo præscribam arg ff.de diuers.& tempor.prescr.l.de accessionibus,& de reg.iur.non debet.Sed si præscriptio non potest plus pacto,saltim quantum ad pactum benè ualet, nam ipsum pactum inducit præscriptio,siue longum tempus, ut supra de pet. hæred. si filius,& pactum probatur ex longo tempore, vt ff. de probat. & de vsur.qui semisses. §.1. cum sim. & ex tempore liber fundus seruus efficitur,vt in l.si quis diuturno,not. cum. sim. Immo ex tempore ipse homo liber castro,vel curiæ seruire perpetuo obligatur, ut infra de fun.rei pub.l.1.& videtur lex expressa infra eo. cum satis.§.cũ autem,& quòd hac l.dicitur circa prin. Sed contra quia temporis cursus conditioni liberæ non obest, nulla siquidem temporis longinquitas præiudicat libertati supra de præscr. quæ pro libertat. nã tempus non est modus &c.ut dixi supra.quis enim dicat ob hoc, q aliquis in præteritum seruiuit in posterũ obligari, ut supra de pact. si certis.nec argumentamur, quòd plus potest præscriptio, quam pactum,vt ff.quemad.seru.amittit.l. nam satis, ibi, nec si forte &c. & in quibus plus possit vnum,quam reliquum,dic vt not supra eo. l.domini. In prędijs quippe seruitus non præscribitur,quæ perpe-

tuam

tuam causam non habet, vt ff. de seruitut. l. seruitutes. ad quid enim diceret aliquis stultus hominem liberum posse præscribi, qui nec possideri potest, vt ff. de acquir. poss. l. hæredes. §. 1. Et sine possessione vsucapio, vel præscriptio non procedit. ff. de usucap. l. fine: cæterum liberi hominis nullum est commercium, ut inst. de inutil. stipulat. in princ. Si ergo non potest alienari, ergo nec præscribi, ut ff. de fun. dot. si fundus. Ista sufficiunt pro, & contra. Sol. dominus Mart de Fano fuit in hac opinione, quòd si possedi uasallum longissimo tẽpore, vel 30. vel 40. annis, quòd sufficiat ad vasallagium comprobandum, nec enim est verè seruus, ut ita non contradicat supra de præscr. quæ pro libert. & valet dicta præscriptio longi temporis, si seruitia iuris uasallagij præstita sunt, sicut alibi dicimus. Iura suruitutis. ff. quemad. seru. am. l. fi. & de ca. ac. priu. l. fin. si verò, 10. 20. vel 30. annis inducatur, non puto sufficere, etiam iusta causa asserta, vt propterea aliquis sit vasallus, nec obstat. l. cum de ui. quia non sic facili, vt in aliis rebus, homines liberi trahi debuerunt ad deteriorem fortunam, ut infra eo. cum scimus in fi. nisi causa præcedens, vt confessio poneretur, & longum tempus esset sequutum vt infra eo. l. cum scimus, in glo. puta per secundam scripturam &c. Tamen adhuc videtur desiderandum tempus lõgissimum, etiam cum iusta causa præcedente, vt patet in l. cum satis. §. 1. & ibi not. in

4 gloss. nullo pacto &c. Tertio nota casum, in quo fit sequestratio, scilicet in defectum fideiussorum, & collige practicam, ubi petitur fideiussio, sequestratio cessat, vt hic, & ff. qui satisd. cog. in fi. Fideiussor liberatur lapsu triennij, alibi lapsu duorum mensium, vt supra de fideiuss. sancimus, alibi finita lite, vt ff. de fideiuss. grece. §. 1. regulariter non antequam soluat, vt in casibus, qui not. ff. mandat.

5 Lucius. Quartò nota argum. ꝙ fideiussio est reuocanda, si primi fideiussores inueniãtur minus idonei concord. ff qui satisd. cog. l. ab arbitro, & ut in poss. leg. l. si is à quo, de pet. hæred. si quo tempore in

6 fi. In secũda parte collige arg. quis debet soluere decimas, & soluet ille qui cõsueuit, uel dominus, uel rusticus, vt hic distinguitur, & ff. de admin. tut. siue hæredes. §. Lucius. Vltimò nota, in fi. ꝙ non ideò aliquis præsumitur dñs, quia soluit tributa prædij, concor. supra de rei uend. sollemnibus cum simil. Item nota ꝙ sententia iudicis rem dubiam ducit in lucem, cõcor. supra de iudic. rem nõn nouã. Item nota quòd de toto debet iudex iudicare quod dic, ut supra de appellat. eos. Andreas.

Ne diutius. Vna quæstio formatur, & tribus respondetur, quæstio ergo est, qui nascitur ex ascriptitia, & seruo, uel ancilla, & ascriptitio, utrum sequatur patris, vel matris conditio-

cōditionem, ibi sancimus &c.& dicitur, quòd qui nascitur ex ascriptitia,& patre libero, est ascriptitius secundum iura antiqua, quæ salua,& firma uolumus remanere, & sunt etiam ad hoc iura antiqua, quæ non habemus, supra eo. l. mulier. Secundo ibi, si quis autem &c. respondet quæstioni præpositę,& dicitur quòd filius sequitur matris conditionem, ergo aliud in colonis, qui sequuntur patrem, vt supra diffinimus, est ergo idem in ascriptitijs, quod in seruis: nam cum his tractamus de seruitute partus, sequitur uentrem. Tertio ibi; Qui enim &c. ponitur alia quæstio. diceret aliquis, quæ ergo est differentia inter ascriptitios, & seruos, respon. nulla, cum vterq; sit in sui domini positus uoluntate,& potest alienari a domino. Sed in hoc differt, quia seruus alienari potest cum peculio,& sine eo, ascriptitius non sine terra. cæteras differentias inter eos, dic vt hic in gloss. Nota quòd de peculio dicit concord ff. de contrah. empt. quoties, & supra de pec. eius, qui liber. l. 1. Quod de ascriptitio dicit, vt non possit alienari sine solo, facit supra eo. quemadmodum. Nota in ascriptitijs, sicut in seruis, quòd partus sequitur ventrem, aliud in colonis, ut supra eo. diffinimus,& de muril eg. l. fi. Nota alios casus, ut hic in gloss & quære ut infra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura una interdum non sufficit, nisi accedat aliud adiutorium ad probandum.*
2 *Iudicis auctoritas uel actorum generaliter non est necessaria vbique; & in quibus sic.*
3 *Quæstio discutitur, an per solam stipulationem solemnem quis efficiatur meus homo.*
4 *Præscriptio contra quos non currat.*
5 *Partem qui retinet, an uideatur retinere totum.*

Cum scimus. L. ista habet duas partes principales. Prima durat usq; ibi, illud quoque &c.& alia usque ad finem in prima ergo pone sic casum. Locaui fundum Titio in perpetuum,& ille Titius confessus fuit in quadam scriptura quòd est meus ascriptititius, nunquid propterea ascriptitius efficietur,& dicitur quòd una sola scriptura, siue confessio est insufficiēs ad hoc, vt meus ascriptitius efficiatur, nisi aliud inducat adiutoriū, vel incrementum, puta, vt post primam confessionem longo tempore soluit tanquam ascriptitius, uel quia post primam scripturam in casum capitationis, quasi ascriptitius se deduxit. Ergo non sufficit conductio, vel instrumentum conductionis, in quo prædicta cō fessio continetur, nisi (ut dixi) aliud adiutorium interueniat. Et est

ratio,

ratio,vt his difficultatibus,& ex plurimis capitulis conditiones ostẽdi,& non solum confessionibus,neque scripturis,homines fortè liberos ad deteriorem detrahi fortunam,si post primam scripturam iterum confiteatur,vel scribat in iudicio,uel extra iudicium se esse meum ascriptitium,credendum est ijs duabus scripturis, uel confessionibus,& talis erit habendus, qualem se primo scripsit, & postea inter acta deposuit. In secunda parte,ibi,illud &c. ponitur talis casus. Pone habebam colonum,qui habebat filium,ille filius patre viuente,& agriculturam peragente.spatio,30.vel 40. annorum se gessit tanquam liber,& nunquam requisiui filium contentus solo patre,qui omnia agro optimè expediebat,mortuo patre, uel inutili effecto ad agriculturam,uendico filium,ut colonum,ut intendat culturæ:ago quia filius,coloni mei, colonus meus est ut supra eo.diffinimus,dicit se præscripsisse libertatem,quia nullo tempore tanquã colonus ullam operam exhibuit, quęritur quid iuris sit. Respon.quia cum mihi nulla possit imputari desidia,quare ipsum tanto tempore non requisiui,quia pater ad uotum omnia expediebat, dicitur quòd ipse filius tenetur mihi tanquam colonus ad omnia opera peragenda,quæ pater præstare consueuit. Acerbum enim videtur per absentiam filij,qui in iure natus est,ut mihi præiudicium generetur. Nec potest filius obijcere, quòd fuisset in possessione libertatis,quia hoc non est uerum,immo semper uideor possedisse,nam cum illo tempore pater,& mater eius, qui sunt pars corporis eius,semper fuerunt in fundo, & ipse filius, qui pars est corporis ipsorum,agriculturam quoque tempore absentiæ suæ peregisse ui-
1 detur,& hoc dicit. Nota quòd non sufficit vna scriptura,nisi interueniat aliud adiutorium,idest alia scriptura; sic & alibi est necessarium aliud augmentum,vt in comparatiòne, ut in auth. de fide instrum.§.si quis autem &c. Secundo nota casum in quo sunt necessariæ duæ scripturæ,sicut,& alibi supra ad uelleian.l. similiter,& alibi duę cõfessiones, ut supra de plus petit.l.una. Ex his collige tertiũ not.faciunt duo,quòd nequit vnum,ut supra de testam. sancimus, & not.in l.fi.& ibi dicam.Item ex his quarto nota,& collige effectũ secundæ cautionis,vt hic,& in iuribus pręall.& supra dè pręs.30.annor.l.cum notissimi §.immo. Item ex his collige illud generale,& quę non possunt singula multa iuuant,quod dic, ut supra de probation.instrumenta. Item sexto quòd nullum factum,nulla confes-
2 sio ualet in pręiudicium liberti. Item nota ꝙ generaliter non est necessaria iudicis auctoritas,vel actorum,ut hic,& supra de trãsact. Sue apud acta.fallit in insinuatione,in adoptione,item emancipatione,& in maumissione,ut supra de dolo.l. pen.de adoption. adoptio,de emancip.liber.non nuda,& inst.qui man.non poss.§. eadẽ.

Vltimo

Vltimò formo talem quæstionem. Promisisti per stipulationem solemnem, perpetuosque heredes, quòd esses homo meus, an talis stipulatio sit efficax, & uidetur q sola promissione efficiaris meus homo, nam prætor ait, pacta conuenta seruabo. præterea hoc potest fieri per sententiam, quòd esset meus homo, nam res iudicata pro ueritate accipitur, vt ff. de reg. iur. res iudicata, & arg. ff. de liber. agn. l. 1. in fin. & l. seq. & de inoff. testam. cum Papinianus. §. fi. cum si mil. ergo, & pacto, quia in iudicijs quasi contrahimus, vt ff. de pec. licet §. penultim. nam maioris auctoritatis est pactum, quod vtriusque consensu contrahitur, quã iudicium, quod redditur in inuitũ, & solius iudicis auctoritate fulcitur. Item & similitudinem habet pactum cum condemnatione, ut ff. de infamib. athletas, in fi. Porro promissio ascriptitium facit, licet exigatur alia confessio ad probationem, ut hic. ergo si promissio facit ascriptitium, & eadem faciet aliquem hominem esse meum. Nec dicam hic esse necessariam secundam scripturam, uel cõfessionem, ut in ascriptitio, quia hoc est in ascriptitio speciale, ergo non producetur ad consequentiam. Nam nec in seruo, qui uenditur ad precium participandum, duæ scripturæ exiguntur, sicut in ascriptitio: est ratio specialitatis in ascriptitio, quia de facili se ad colẽdos agros alienos ascribit, & ideo ne de facili ascribatur, lex istam solemnitatem induxit, secus in muliere, quæ de facili fideiuberet, ut ff. ad uelleian. si mulier in fi. Et contra uidetur quòd tale pactum non teneat, quasi vasallagium, speciẽ obtineat seruitutis, igitur pactum nõ ualebit, ut supra de liber. cau. nec si uolens, nimirum ex solo pacto homines ad deteriorem fortunam trahi non debent, vt hic. Item quia per hoc pactum oneratur libertas, ergo non ualet, vt ff. quar. rer. act. non det. l. 1. §. quæ onerandæ, & de cond. & demonst. Titio, §. 2. potest alia ratione talis pactio reprobari, seruorum omnium una est conditio, sed si isti homines pacto constituerentur, iam essent alij plenè serui, alij semiplenè, q iura non patiuntur, vt ff. de iur. patron. in fin. nec mirum meum hominem seruum dico, nam & lex seruum meum hominem meum vocat, vt ff. si cert. pet. l. fundus §. seruum tuũ imprudẽs, & ff. mand. si hominem. Non obstat quòd sicut sententia lata pro uasallagio hoc faceret, ergò pactũ certe hoc in multis fallit: nemo enim agnatus constituitur, licet sententia ius agnationis constitueret, vt ff. de pact. ius, & de reg. iur. Iura sanguinis, & C. de probat. non nudis. Sol. secundum Mart. de Fano, sicut Monacha sua sponsione, & sua sponte quis efficitur curialis, & ascriptitius solo pacto, & delatione & præstatione iuris iurandi quis libertus creditur, sic potest pacto quis constitui meus homo, vt in auth. ingressi. supra de decurion. cũ decurionatus, & l. si quos ex hac lege, & ff. de in ius uocan. adoptiuum.

ptiuum.§.1.& supra de transact.l.fi. Consulo tamen ego, ut interueniant duæ scripturæ secundum consuetudinem huius legis. In secunda parte nota ꝗ pater est secunda pars corporis filij, aliàs dicun
4 tur eadem persona, ut supra de impub.& alijs subst.l.fi. Secūdò nota ꝗ non currit præscriptio cōtra non negligentem, vel contra eū, qui possidet, vel præsumitur possidere, vt supra de an.excep.l.1.& in
5 l.malè agitur de præscr.xxx.ann. Tertio nota, ꝗ retinendo partem, videor retinere totum, sicut, & qui parte seruitutis vtitur, totā retinet seruitutem, vt ff.de seru.rust.præd.l.1. Et qui partē fundi ingreditur, totum fundum possidet, vt ff.de acquir.possess.l.3. in princ.& qui aurem hominis tangit, totum hominem tetigisse videtur, vt ff. de furt.vulgaris. Et qui partem debiti agnoscit, totum debitum; videtur agnoscere, vt supra de præscr.xxx.ann. cū notissimi. §. immo, & qui à parte tutelæ se excusat, tòtum legatū amittit, vt ff. de leg.1. l.contra si partis, & qui partem debet, in totum patitur pignoris distractionem, vt supra de distract.pign.quandiu. Et vide ad quid hæc inducuntur extrà de præscr.cap auditis in glo. Sed contrarium; vltimò subijcio hic talem quæstionem de facto. Certum est ꝗ filius coloni mei est colonus meus, vt supra eod.diffinimus, & hic patet. nunquid filius uasalli mei sit uasallus meus, arg.huius legis, ꝗ sic, & supra eo.diffinimus, sicut, & supra de murileg.l.fi. & supra de lib.& cor.lib.l.2. Item quia est eadē persona patris, & filij, ut modò dixi. Item filius est hæres suus, & necessarius, ergo, & patris onera subire cogitur, ut inst. de hær. qual. & differ.§. sui.quis enim fertur à patre filium sequestrari? vt supra com.utr iud.l.possessione.& si pater esset senator, non dedignaretur filius assequi patris dignitatem. ff. de senator.l.emancipatum, & l.filius, & supra de decurio. exceptio, ergo & onus non dedignetur accipere, ut contrariorum eadem sit disciplina, ut inst.de his, qui sunt sui, uel alie.iur.in princ. Et contra uidetur, quòd debeat sequi matrem, ut supra de rei uend. partum, & supra eod.l.prox.& partus est pars uiscerum mulieris, ergo qualis est mulier, talis est eius partus, ut ff. de uentr. inspic.l.1. Item si equus meus, equam tuam prægnantem fecerit, non infertur mihi aliquod ius, ut ff de rei uend. Idem Pomponius.§.Idem scribit: prima enim macula innocentem filium non astringit, ut ff. de decurion l.2.§.filium, & §.penult.& ff.de pœn.l.crimen. Sol. secundum Martin.de Fano, aut est natus de matre libera, aut serua. In primo casu erit liber, ut in eo.l.fi. In secundo casu plus fauent iura dominio patris, quàm matris, ut arg. supra eo. diffinimus. Ego per eandem l.Idem dicerem in matre non libera. Andreas.

O SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ascriptitius quibus alijs nominibus uocatur.*
2 *Prohibitus alienare non prohibetur testari inter suos, sed inter extraneos.*
3 *Differentia inter ascriptitium & colonum.*
4 *Rem meam qui scienter occultauit, tenetur mihi ad interesse interusurij medij temporis.*

Cum satis. L. ista diuiditur in quatuor partes. Prima pars durat vsque ad §. cum autem Anastasius. Secūda vsque ad §. caueant. Tertia vsque ad §. nemini. Quarta vsq; ad finem. In prima enim parte pone sic casum, habebam ascriptitium nō in fundo meo per xxx. annos extra fundum moratus est in possessione libertatis, & infra illud tempus sobolem procreauit, est in quæstione, an transcursu temporis sit liberatus ipse cum sua sobole ab illa ascriptitia conditione: dicitur ꝙ sicut curialis non præscribit curiæ aliquo tempore, ita nec iste ascriptitius præscribit tempore supradicto, libertatem sibi, nec soboli suæ sic natæ in fundo, siue extra fundum manebunt cum sua sobole in fundo, cum satis inhumanum sit, terram destitui quodammodo suis membris ascriptitijs cum maximis dispendijs dominorum: erit ergo idem in seruo ascriptitio, quod in fugitiuo, cum faciat furtum sui sibi, non potest præscribere libertatem. In secunda par. dicitur ꝙ lex Anastasia cautum est, vt si liberi homines tanquam coloni præstiterūt opera colonaria in fundo meo, ꝙ ipsi sunt coloni, idest quia sunt liberi, sed à fundo nō possunt recedere: hoc idem dicitur in filijs ipsorum, licet non dum. xxx. annis seruierint. Sic sunt omnes liberi, & à fundo nō recedant, nullam aliam deteriorem conditionem patiantur. Et intelligas s'm veram opinionem quando præcessit pactio de obligando se solo. In tertia par. dicitur ꝙ si dominus contra colonos suos in suis prædijs constitutos violentiam aliquam commiserit, vel intulerit, vel ab eis plus debito exigerit, præses prouinciæ, in qua hoc commissum est, iubebit, ablata restitui, & mandabit veterem consuetudinem in exigendis redditibus obseruari, nec tamen poterūt coloni per prædictam causam à fundis recedere. Et hæc omnia vera sunt, tam in colonis, quàm in sobole sua ibi nata, secundum veram opinionem, vel alibi, vt sicut contra colonos, non potest Dominus violentiam exercere, ita nec contra filios suos, vt ita filij remaneant in fundo, subaudi ijsdem cōditionibus, quibus patres eorum manere diffinitum est. In quarta & vltima parte dicitur quòd nullus scienter in suum agrum colonum recipiat alienū, & si ignorans

rans susceperit certificatus per Dominum, vel suũ procuratorem restituat cum suo peculio, aliàs punitur, vt dicitur in littera, & hoc dicit. Vt clarè intelligas principium huius legis, & multa tollas cõtraria. Nota quòd fit similitudo inter ascriptitium, & decurionem, ascriptitium fugientem, & hæc est similitudo quò ad quid, & quò ad quid dissimilitudo. Similitudo est, quia nec decurio præscribit curiam longo, vel quolibet longissimo tempore, nec ascriptitius longo tempore scilicet triginta annorum. Sed dissimilitudo, quia decurio nullo tempore, vt supra de præscriptione triginta annor. l. præscriptiones. Ascriptitius præscribit sibi libertatem spatio quadraginta annorum, vt in eo. tit. l. omnes. sed alius, qui possidet, præscribit ascriptitium spatio triginta annorum, vt colligitur supra in l. quemadmodum in fi. à contrario sensu, & infra de fun. rei priu. l. cum qui. cum seruo fugitiuo habet similitudinẽ ascriptitius, quia vterque fugiendo facit furtum sui. Sed est dissimilitudo, quia ille triginta annis præscribitur, vt quælibet res furtiua, vt inst. de vsuca.
1 §. furtiuæ, ascriptitius, vt diximus. 40. Secundò nota quòd ascriptitius dicitur membrũ fundi, alibi vocatur pars fundi, vt ff. de diuers. præscr. l. longè; alibi seruus fundi, vt infra de colon tracens. Tertio nota quòd fugitiuus facit furtum sui. Quarto nota quòd aliquis
2 est liber, quò ad quid, & quò ad quid seruus. Quinto nota, qui prohibetur alienare, non prohibetur testari inter suos, sed inter extraneos sic, vt supra de incest. nupt. l. si quis incestas, & de leg. 2. l. peto. §. frater. In secunda parte not. argumen. ad quæstionem de facto,
3 quæ not. supra eod. litibus. Item nota differentiam inter ascriptitium, & colonum, quia ascriptitius sequitur ventrem, vt supra eod. ne diutius. colonus patrem, vt supra eod. diffinimus, sunt & aliæ, quæ hic not. Et sic nota quòd æquiparatur colonus inquilino, sed sunt differentiæ, vt supra eod. ne diutius, item est differentia inter colonum, & censitum, & ascriptitium, vt not. infra quib. caus. col. cens. l. 2. Aequiparatur ascriptitius colono, sed sunt differentiæ, vt hic. Item collige argumen. in secunda parte in fin. quòd filius hominis mei est homo meus: quod dic, vt plenè not. in quæstione de facto supra lege proxima, in fin. Item in tertia parte nota veterem consuetudinem obseruandam, quod dic, vt dixi supra de exact. tribut. l. nullum, & l. apparitores. Item nota quòd hic est casus, in
4 quo colonus potest dominum accusare, vt in tit. 2. l. 1. In vltima parte nota, quòd qui rem meam scienter occultauit, tenetur mihi ad interesse interusurij medij temporis. concord. infra de colon. illitic.

SUMMARIUM.

1 *Negligens interdum puniendus est.*

Si qui. Planum est, ꝙ dicitur hac lege: primò dicitur, quòd si ascriptitius commiscuit se liberę mulieri, ꝙ mulier manet libera, & soboles procreata ex tali coniugio. Secundò dicitur ꝙ è contra, ꝙ si liber iunxit se ascriptitiæ, ꝙ filij inde nati sunt ascriptitij, & sic sequitur matrem in utroque casu. Tertio dicitur ꝙ ascriptitius non debet conuolare ad liberas mulieres, immo dominus in continenti ꝙ scit, debet pręsidem adire, vel si eius desit copia, per seipsum ascriptitium castigare, aliàs propter suam negligentiam ascriptitij iacturam patietur, & h. d. Nota ꝙ l. ista loquitur de iure communi, quo partus sequitur ventrem. fallit in casibus, qui not. supra in l. ne diutius, in gl. Secundo nota casum, in quo aliquis potest sibi ius dicere, scilicet deficiente præsidis copia, quod dic, vt di-
1 xi supra de decurion. generali. Tertio nota negligentem puniri. quod dic, vt supra de off. præf. præt. si quis.

Rubr. de capitatione ciuium censib. eximenda.

SVMMARIVM.

Plebs. Ciues Romani, qui habitant intus in vrbe, non soluunt tributum capitationis, potest etiã intelligi de qualibet alia ciuitate, vt hic not in glo.

Rubr. In quibus causis coloni censiti dominum accusare possunt.

SVMMARIVM.

1 *Tractus futuri temporis quandoque ad iudicem spectat in prohibendo.*
2 *Timens ne ab aliquo offendatur in rebus vel in persona potest per iudicem postulare cautionem de non se offendendo.*

Quisquis. Si quis habeat colonum censitum, idest censibus ascriptũ, & ab eo aliquid indebitè extraxerit, hic est casus, in quo colonus poterit dominũ accusare, & aditus iudex

ablata

ablata faciet restitui, & prohibebit, ne similia in futurũ cõmittat, & h.d. Nota regulariter censitus, sicut & seruus, contra Dominum non agit. fallit in casu huius l. & infra l. prox. in fi. Item in seruo, fal-
1 lit in casibus. ff. de iudic. l. vix. Secundò nota, ꝙ licet tractus futuri tẽporis nõ spectet ad iudicẽ, vt supra de vsuris; hic tñ iudex iudicat de futuro, prohibendo similia in posterum fieri concor. ff. si seru. vẽd.
2 l. harum, & l. egi. Item collige arg. ꝙ si aliquis timet ne ab aliquo offendatur siue in rebus siue in persona, potest adire iudicẽ, & postulare, vt iudex prouideat, ne in posterum offendatur, cogendo eũ dare cautionem de non offendendo per l. præall. Ad hoc facit ꝙ euitare debent præsides, ne homines ad arma, & rixas perueniãt, vt ff. de vsufr. æquissimũ, & de off. præsid. congruit, cum sim. Item si timeo ne ruina domus tuæ officiat domui meæ, cauetur mihi de damno infecto; multo fortius cum timeo de persona, cũ persona sit rebus omnibus præferenda, ut supra de sacros. eccl. sancimus. Andr.

SUMMARIUM.

1 *Dominus rerum suarum qui tamen alienare eas non potest.*
2 *Seruus an possit dominum accusare, & an filiusfam. patrem. 3.*

Coloni. [1] L. ista habet tres partes, & secunda pars est ibi. Sed vt in causis &c. in prima parte ponitur regula, in secunda parte ponuntur duæ rationes ad eam: in tertia parte, ponuntur duæ exceptiones à regula. Est ergo regula, ꝙ colonus cẽsitus nõ potest agere cõtra Dñm, & est ratio prima, quia sicut habetur liber quo ad omnes, quibus tributa soluere non tenetur, ita quodãmodo habetur seruus, quo ad dñm, cui tributa censitus soluit. Secũda ratio est, quia cum ipse colonus nil possit alienare de suo peculio, præter dñi voluntatem, & solummodo habet potestatẽ acquirẽdi, non alienandi, qũo ergo contra personam dñi consistere poterit, quod dicit nullo modo. In secunda par. ponuntur duæ instãtię. Prima qñ aliquid dñs extorsit indebitè, vt supra l. prox. Alia si colonus suã, uel suorum iniuriam prosequatur, potest dñm accusare. Nota
1 iste colonus censitus est liber, aut seruus, quod dic, vt hic not. Item nota casum in gl. in quibus est dñs rerum suarũ, & eas alienare non potest, vt dominus in isto colono, qui in veritate est liber. Alius in marito, qui rem dotalem non alienat, & hæres rem, vel legatũ sub conditione. Item nota, ꝙ plus potest seruus, qui potest contrahere in præiudicium sui peculij, dummodo non donet, q̃ possit iste cẽsitus, qui nullo modo contrahit in præiudicium peculij sui. Itẽ nota
2 casus, in quibus possunt coloni dños accusare, vt dixi supr. l. prox. Et nota ꝙ quidam colligunt hic argumentũ ꝙ seruus possit dominũ

accusare, si suam iniuriam persequatur, sed contrarium est verum, vt supra qui accus. non poss. l. penult. hic autem censitus non erat prorsus seruus, vt hic not. nam cũ speciale sit in liberto, vt de atroci iniuria dominum accuset impetrata venia, vt ff. de in ius vocan. sed si hac. §. fin. In seruis patet, quòd contrarium obtinet ius commu-
3 ne. Nunc autem quæstionem stultam repete an filiusfamilias patrem accuset, dico quòd non, sed officium imploratur ad inuicem vt supra de patr. potest. l. 3. & 4. licet quidam dicant contrarium per l. vlt ff de pact. quæ parum facit. Vltimò nota in glo. qui non potest alienare inter viuos, non possit in vltima voluntate, quod dic, vt not. supra tit. 2. l. pen.

Rubr. de colonis Palestinis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus an possit propria auctoritate capere seruum fugientem.*

Cum per alias. Coloni Palestini, idest illius prouinciæ, quia nati erant in terra in qua Christus est natus, habebant priuilegium recedendi, quando volebant à fundo, modo dicitur, ꝙ idem sit in eis, ꝙ in alijs colonis aliarum prouinciarum, vt nec recedant à fundo, & recipientes eos puniuntur secundum l. supra de agr. & cens. l. seruos, & omnibus datur plena reuocandi potestas, & h. d. Nota primo ꝙ non debet esse differẽtia locorum, sed ꝙ ius est in vna prouincia, idem sit in alia, vt supra de
1 præscr. pro empt. l fi. Secundo collige arg. ꝙ dominus potest capere seruum fugitiuum propria auctoritate, vt patet in fi. huius l. nec pertimescat pœnam &c. vt infra de metat l. deuotũ. ad idem supra si quis curial. vel cohort. l. 1. & 2. & quando lic. sine iud. se vend. l. 1. & ff. de his, quæ in fraud. cred. l ait prætor. §. si debitorem cum simil. E contra ꝙ non vt supra de exim. re. l. fin & in rubro, & in nigro ne quis in sua causa. Solutio, aut detinetur ab alio, & tunc cõtra illum suam dirigat actionem, vt ff quòd met. cau extat & supra de action. & oblig. l negantes, cum simil. Aut non, & tunc aut gessit se pro libero, & paratus est subire iudicium liberare, & tunc idem, & remittetur ad locum unde fugit, ut supra de cau. stat. l. 1. & 3. aut nil dicit, & tũc potest dominus seruum retinere, ut ff. de acquir. poss. l. 3. §. si seruus, & §. quod nerua l. 1. §. si seruum, cum sim. & de materia ista plenè dixi supra de decurion. generali.

Rubr.

Rubr. de colonis Thracensibus.

SVMMARIVM.

1 *Tributum duplex olim soluebatur: & qualia erant.*
2 *Coloni quot alijs nominibus sint dicti.*

1 Vniuersa. Ad euidentiã nota quòd duplex soluebatur olim tributum, vnum pro capite, & illud vocabatur capitatio, ut supra de agric. & censi. immunitates, & de tali loquitur supra de susceptor. l. modios. Aliud, quod pro fundis, & vocatur iugatio, ut in præalleg. l. immunitates, & hic. Dicitur ergo hic quòd coloni Tracenses erant immunes à capitatione, non tamen credunt, vt habeant liberam potestatem deserendi fundum, sed licet sicut ingenui, tamen originarij iure teneantur, & quasi serui terræ, in qua nati sunt, ab ea non recedant, suscipientes autem eos, puniuntur in
2 duobus libris auri, & ad restitutionẽ eorum cũ peculio. Nota ꝙ dicũtur coloni serui terrę, aliàs membra, ut supra de agr. & cens. l. pe. in princ. alias partes fundi, ut ff. de diuers. præscr. l. longè. Et nota uarias pœnas, quæ imponuntur suscipientibus colonos alienos, ut tangitur hic, & plenè supra de seru. fugit. l. quicunque.

Rubr. de colonis Illiricanis.

SVMMARIVM.

1 *Occultauit qui rem meam scienter, tenetur eius temporis ad interesse.*
2 *Iudicis arbitrio multa pendent.*

Colonos. Tres sunt partes huius legis. Primo dicitur, quòd coloni Illirici, idest Sclauoni, non debent deserere fundum, quia non sunt in tributario iuris, sed originarij, quare non deserũt terras, sed eis inseruiant iure, & nomine colonorum, & si aufugerint, per dominum reuocantur uinculis, pęnisq; subdẽtur. Secundo ibi, maneatq; &c. dicitur ꝙ illi, qui receperunt alienũ, & incongruum colonum, & intelligas, ꝙ sciebant alienum, secus si non sciebant, quia puniuntur ad retributionem operarum, & dãni illati prædijs desertis, & multabuntur arbitrio iudicantis, & coercebũtur corporaliter pro qualitate peccati, nec excusabuntur præ-

textu ignorãtię, quia ignorabant cuius esset colonus, quia satis erat quantum ad criminis voluntatem, qualitatem, ꝙ seruum, seu colonum retinuit alienum. Punietur ergo in quadruplum, & damnũ, & operas medij temporis, & æstimabitur compendium, quod medio tempore potuerit peruenire. Tertiò dicitur ꝙ idem est per omnia in libertis publicis, & h d. Nota arg. ꝙ si quis rem meam occultauerit, eius temporis tenetur ad interesse, omne lucrũ, & damnũ. Concor. supra de agr. & cens. omnes, cum satis, in fi. Item nota ꝙ æstimatur ad interesse ex lucro, vt hic, & ff de eo, ꝙ cer. loc. l. 3. in fi. Et dic vt supra de sent. q̃ pro eo, ꝙ inter in fi. Tertiò nota ꝙ nõ excusat ignorantia à delicto, & de hoc dixi supra de decurio. omnes,
2 & hoc intellige, vt dixi in casu. Item nota ꝙ multa dependent ex arbitrio iudicis, interdũ, vt hic, interdũ est limitata vt supra de mod. multar. l. multarum seuera compendia, pœna verò semper est diffinita. l. antepen. ff. de verb. signif. & in l. si qua pœna. Item nota, ꝙ dixi supra de agr. & cens. l. omnes fugitiui.

Rubr. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos, vel rusticanos eorum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta in fraudem fisci non valet.*
2 *Tabelliones conficientes instrumenta super contractibus prohibitis, puniuntur.*
3 *Pauperi ac diuiti quæ diuersa pœna debeatur.*

Si quis post. L. ista tollit quandam fraudem tributorũ, aliqui rustici, vel possessores alicuius castri, vel vici, qui debent soluere tributa fisco, vt fauore potentiorum, & habentium immunitates à tributis, functiones publicas eludãt, faciebant in potentioribus simulatas venditiones rerum suarum. Vnde lex ista volens huic morbo necessaria occurrere medicina, dicit sex principaliter. Primo dicitur ꝙ huiusmodi cõtractus rusticorũ cum potentioribus ipso iure non valent. Secundo ibi, tabellionibus &c. puniuntur tabelliones, qui de his contractibus faciunt instrumẽta. Tertio ibi, iure &c. puniũtur rustici, & vici, & castra facientes dictã simulationem. Quarto ibi, habeant &c. puniũtur mediatores, siue proxenetæ horum contractuum. Quinto ibi eadem pœna &c. puniuntur nobiles, qui recipiũt in se alienationes prædictas. Sexto ibi, quam formam &c. dicitur à quo tempore locum habeat l. ista, & vult.

vult imperator, ꝙ habeat locum, antequam esset facta per aliquod
2 tempus. Nota in secundo dicto non ualet alienatio facta in fraudē fisci, ut hic, & ff. quæ in frau. cred. Lucius, arg. supra de iur. fi. l. l. prohi bitum, & antepe. & sic facit contra eos, qui alienant bona sua, vt col
2 lectam euadant. Secundo nota secundo dicto quòd puniuntur ta belliones conficientes instrumenta super contractibus, sic supra de eunuch. l. 2. & de sacros. eccles. l. iubemus, vbi puniuntur pęna exi lij, uel traduntur flammis, ut supra de immun. nem. conced. l. vn. aliàs puniuntur filij, ut supra de testam. l. iubemus, in fi. aliàs dicitur ꝙ idem officium gerere non debet, ut supra de suscep. & arch. l. si ali quem, & infra de metat. deuotū, aliàs debet ei manus amputari, ut
3 in lombarda. In quarto nota mirabile, ꝙ plus punitur pauper, quā diues. Diues in centum libris auri, pauper in omnibus bonis, regulariter cōtra, ut supra de iudic. properandum §. sin autem alteru tra. licet in corporali regulariter plus puniatur pauper, q̄ diues ut ff. de naufr. pedius. fallit supra de epis. & cler. l. presbyteri. Est ergo regula ut plus puniatur pauper in corpore, & minus in pecunia, ꝙ ex eo apparet ꝙ propter paupertatem remittitur pœna pecuniaria, ut ff. de off. pręs. illicitas. in fi. Sed hęc vltima regula fallit hic, vel posset dici ꝙ non fallit, quia si diues punitur in centum libris auri ille, qui pauper est, non potest puniri in centum libris auri, quia non habet. In ultimo dicto nota quòd lex trahitur ad præterita, quia expresse hoc dicit, & ut supra de sacros. eccles. l. pen. & fi. regulariter contra vt supra de legib. l. pen. in fin.

Si cuiuslibet. Multi non habent legem istam, immo, & ipse glossator eam non legit, quia forte nō debet esse, cum sit impertinens, & dicitur quòd tributarijs ancillis natus, uel è contra, sequitur uentrem.

Rubr. de Rusticani ad nullum obseq. deuocentur.

SVMMARIVM.

1 *Coloni habent immunitatem cuiuslibet muneris, non tamen capitationis remissiue.*

Ne quis. Rusticani, idest coloni ascriptitij sunt immunes à quolibet munere ordinario, & extraordinario, capitationem, idest tributum pro capite soluere debēt, si sunt extra mu-
1 ros ciuitatis, & hoc dicit. Nota coloni habent immunitatem cuiuslibet muneris, non tamen capitationis, & ita facit ad quæstionem not supra de muner. patrim. l. 3. dic ut ibi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delinquens & consentiens pari pœna puniuntur.*

Si qui. Punitur pœna exilij officialis pręsidis, qui rusticano inuito, munus iniunxit, vel seruos rusticani, vel bouem in proprios usus conuertit, nomine alicuius seruitij publici. Eodem punitur rusticanus, qui sponte munus iniunctum subijt, & hoc dicit.
1 Nota quòd delinquens, & consentiens pari pœna puniuntur, vt supra de emption. si quenquam in fi. Item nota casum, in quo quis potest facere de suo, quod vult. Item quòd non potest quis recipere à uolente, sic infra de metat. deuotum, & de salgamo. l. una.

Rubr. Non licere habitoribus Metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre.

SVMMARIVM.

1 *Metroici qui dicebantur.*

1 In illis. Metroici dicuntur, qui de mandato Principis de propria ciuitate transferuntur in aliam, & quare sic uocentur, dixi supra de iur. fisc. l. certa, isti metroici si uelint uendere possessiones suas eisdem de mandato Principis assignatas, nõ possunt uendere, nisi metroicis, non extraneis. Si ergo uendant extraneis, non valet uenditio emptori precio restituto, & sic non ualet contractus initus contra legem, vt dixi supra tit. 2. l. 1. in prin.

Rub. vt nullus ex uicarijs pro alienis uicariorum debitis teneantur.

Graue. Vicarij, siue vicanij dicũtur rustici, & dicitur hic, quòd vnus pro debito alterius non exigitur, quia hoc est, & graue legibus, & naturali contrarium æquitati, ut alij pro debitis alterius affligantur, concor. per tot. supra ne vx. pro mar. & ne pater pro fil. facit supra de fabric. nullus cum simil. & nota, quòd argumẽtatur ex rudi æquitate laicorum.

Rubr.

Rubr. de censibus, & censitoribus. & peraequatoribus, & inspectoribus.

SVMMARIVM.

1 *Aestimationes in collectis fiunt iniqua in Apulia.*

Quoniam. Ad euidentiam, nota quòd tributa soluuntur secundum extimationem prediorum, ut meliora plus soluant, ut patet in l. forma. ff. de cẽsib. tabularij, qui in ciuitatibus cum susceptoribus mittuntur, uolentes placere potentioribus, subtrahunt de extimatione prædiorum potentium, & augent extimationem inferiorum hominum. Dicit imperator, quòd non obstante tali collusione ille inferior soluat secundum ueram extimationem, secundum quam fuit professus. Nota ꝙ hæc l. multum
1 regnat in Apulia, ubi fiunt extimationes pro collectis, ubi tantum extimatur asinus ducennarij, quantum alicuius nobilis domus preciosa, tales tabelliones debent puniri, ut supra de susceptor. l. si aliquid, & dixi supra ut nemo ad suum patroc.

Quisquis. Ad euidentiam nota. Si fundus meus tributarius casmat eperijt, releuari debeo à tributis, ut ff. de cẽsib. l. forma. §. 1. ad hoc, quòd ego releuarer succidi uites, & ramos ferentes fructus, & ita fui inuẽtor callidæ paupertatis, dicitur, quòd non releuor, sed sum puniendus. Ille autem releuatur, qui dũ pro copia fundi non procurauit ipse sterilitatem, sed eo inuito suus fundus ad sterilitatem peruenit. Nota contra illos, qui mentiuntur paupertatem. Illis enim dici potest, quòd tu mentiris callide paupertatem.

SVMMARIVM.

1 *Peræquator, qui dicebatur.*
2 *Factum in meum præiudicium me uel procuratore meo absente tenet propter meũ dolum.*

1 Si peræquator. Ad euidentiam nota quòd peræquator dicitur, qui tributa secundum æstimationem peræquat, ut patet in l. forma; dicitur ergo hic quòd dum ego

scirem

scirem peræquatorem uenturum ad æstimandum prædium meū, ad hoc ut minus æstimaretur, quàm ualeret, remoui seruum ascriptitium, quem ibi habebam, si peræquator etiam me absente æstimauit prædium illud ultra debitum modum, cogor per illam æstimationem soluere, & hoc dicit. Nota casum, in quo cogor agnoscere grauamen immoderatæ æstimationis propter dolum meū,
2 alias contra, ut supra eo l. 1. & infra eo. qui grauatos. Item nota casum, vbi tenet, quod factum est in meum præiudicium me, uel procuratore meo absente, & hoc propter dolum meum, & hoc quia 1
dolus contumaciæ comparatur, vt videtur velle hęc littera, quę pro absentia habetur, ut ff de minor. in causæ §. causa. Itē quòd peręquator cum vult æstimare prædium, debet ire ad locum, & nō per aspectionem oculorū decernere ueritatē, concor. ff. fi. reg. si irruptione.

Omne territorium. Per territorium cuiusdam ciuitatis soluebātur tributa pro prædijs ibi sitis, prædia mea effecta fuerunt sterilia, & ita est remittendum tributum, vt dixi supra eo l. 2. Si alia prędia territorij illius sunt effecta meliora, quod detrahitur de tributis pro meis sterilibus, & sic conuenit, ut territorium soluat tantum, quantum soluere consueuit. Et facit ad hūc casum in auth. de collator. §. & pro ijs, uel dic secundo casum, ut nō saluat alius pro alio, uerbi gratia habeo multa pradia tributaria, aliqua sunt effecta sterilia, quòd remittitur pro sterilibus, additur fertilibus, & ita tantum soluam, quantum ante soluere consueui. Et sic not. quòd compensatur hic sterilitas unius fundi, cum sterilitate alterius, ut hic, & infra prox. qui per potētiam & l. hac diffinitione, sicut & alibi fertilitas unius anni cum sterilitate alterius, ut ff. locati, & cond. l. qui in uno, & seruitus aquæ cū pinguedine, ut ff. de aqu. plu. arc. l. 1. §. si autem.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non currit ei, qui agere non potuit, uel si currit restituitur.*

Qui grauatos. Tria dicutur hac l. Primo quòd ille, qui se dicit grauatū a peręquatore, & amplius debito æstimata prædia sua, & alterius prædia alienata, quòd habeat licentiam conquerendi de illo peræquatore. Secundo dicitur quòd habeat licentiam accusandi peræquatorem infra annum, & si probauerit se granatum, & alium releuatum, grauamen sibi impositum, remouebitur, & imponetur ei, qui est releuatus fraudulēter, post bonum autem non audietur. Tertio nota quòd sicut in minori-

in minoribus non priuilegiatis non currit hoc tempus, ita maiori absenti causa rei publicæ currere incipiat, postquam redit de absentia, & hoc dicit. Nota præscriptionem unius anni. Secundo nota
1 ꝙ non currit præscriptio ei, qui agere non potuit, uel si currit, restituitur, de pena autem male extimantis notatur in l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Collectores plus exigentes puniendi sunt.*

Peræquatores. Peræquator, qui malè æstimauit, punitur in quadruplum, item iniusta à prouincia-
1 libus, exactio similiter punitur in quadruplum, & hoc dicit. Nota contra collectores plus exigentes, & dic ut supra de exactor. l. vna. quæ est contra in aliquo.

SVMMARIVM.

1 *Causam qui habet a fisco, non tenetur pro tributis præteritis.*
2 *Fit sine mora, quod fit infra tempus quod datur iudicatis.*
3 *Præscriptio hypothecæ sex mensium habetur.*

Apud eum. Possessiones desertas ab aliis peræquator mihi assignauit sub certo tributo, dicitur hic, ꝙ ego habeo illam possessionem firmam, & non teneor præterita tributa soluere, sed futura tantum. Secundo ibi, si quis uerò &c. dicitur ꝙ si aliquis dicit illas possessiones esse suas, uel sibi obligatas, debet hoc probare sine mora. & si probabit de iure suo, restituetur ei possessio, mihi circa meliorandum eam, factis restitutis expensis. Tertio ibi, uerum ne &c. determinat uerbum sine mora supra positum, hoc est, infra spatium sex mensium, vltra autem, uel post nō au-
1 dietur, & hoc dicit. Nota ꝙ qui habet causam a fisco, non tenetur pro tributis præteritis, ut hic, & infra. de fun. rei priu. l. 2. in fin. & infra tit. 1. quicunque, in secundo dicto, & in l. locorum in fin. secus si habeat à priuato, ut ff. de public. imperatores, cum simil. uel illud quando sponte, hoc quando coacte, ut not. in tit. 1. hac diffinitione
2 in gl. Secundo nota ꝙ fit sine mora quod fit infra sex menses, & sic quod fit infra tempus. quod datur iudicatis, ut ff. de iudic. l. si debito-
3 ri. Tertio nota ꝙ præscribitur hypothecæ præscriptione sex mensiū & sic habes hic præscriptionem semestrem, vel annalem, ut supra eo. qui se grauatos, & dicā infra qui milit. nō poss. super seruis in fi.

Rubr.

Rubr. de omni agro deserto, & quando steriles fertilibus imponuntur.

Cum diuus. Imperator Aurelianus pater Imperatoris Cõstantini, qui fecit l. istã, statuit, vt prædia deserta, ex quibus consueuit solui tributum, deberent assignari decurionibus alicuius ciuitatis, & quatriennij immunitate concessa, mandat hic Constantinus, quòd si alij reperiantur ditiores, quã decuriones, ut illa prædia ditioribus assignentur cum prędicta immunitate. Et sic nota quòd ditiores pauperibus præferuntur, de quo dixi supra de decurion. l. ad subeunda.

SVMMARIVM.

1 *Cautio idonea est fundorum fertilium obligatio.*

Si quis. Possidebam prædia tributaria, vel emphyteoticaria sterilia, & fertilia, quibus omnibus prædijs commixtis eram soluendo fisco. Alienaui fertilia, de sterilibus non possum soluere tributa, quia quasi nerui uirium uidentur esse succisi alienantis fertilibus. Dicitur quòd ille emptor cogetur substinere onera, id est soluere tributa omnium prædiorum, & fertilium, & sterilium remanentium penes uenditorem, & hoc dicit. Nota fertiles possessiones, quas recepit cum dispendio rei publicæ, non reliuquat.
1 Nota quòd cautio idonea est fundorum fertilium obligatio. Item nota quòd fundi fertiles dicuntur nerui fundorum sterilium &c.

SVMMARIVM.

1 *Cautio idonea est cautio cum fideiussoribus, uel pignoribus.*
2 *Cauere qui promisit ad sensum sapientis, quo modo intelligatur.*
3 *Sapiens quis esse intelligatur.*

Quicunque. Illi de quibus dixi in prin. l. quibus assignantur prędia deserta, debent cauere idonee, id est cum fideiussoribus, uel obligatione rerum suarum, quas recepit
1 cum dispendio rei publicæ nõ relinquat. Nota quòd cautio idonea est cautio cum fideiussoribus, uel pignoribus, ut ff. mand. l. antepe. §. fi. Qui ergo promittit idoneè cauere, debet satis dare cum fideiussoribus,

2 soribus, vel pignoribus. Sed quid si aliquis promisit cauere ad sensum sapientis sui. Respon. verbum cautionis est uerbum generale, & continet etiam nudam cautionem, vt supra de uerbo. signific. sancimus, & etiam satisdationem, ut supra de procurator. l. 1. Ergo sapiens meus debet attendere factum, super quo est cauendum, si factum meum est tale, in quo non darentur fideiussores, de sui natura, ut in uenditione, cum non imminet quæstio in limine contractus, tunc erit cauendum verbis tantum. Si verò de sui natura, factũ exigit satisdationem, & apparet euictio in limine contractus, ut supra de euiction. si post perfectam, & ff. de contrah. empt. l. pacta conuenta de per. & com. rei uend. l. fin. verbum enim cautionis, vt dixi, cum sit generale, ad utrunque recte accommodabitur, ergo cauebi
3 tur secundum quòd sapiens dicet. Et sapiens hic dicitur, qui nec fallere vult, nec falli potest, ut supra de ponder. & auri illat. l. vltim. & ita inspiciemus quod dicere debuit, non quod dixit, ut ff. de offic. præf. l. & licet.

SUMMARIUM.

1 *Hæreditatem qui recusat, amittit etiam donata inter uiuos.*

Hæredes. Titius possidebat prædia utilia, & inutilia tributaria, decessit, me instituto herede, aut donauerat aliqua inter uiuos, sicut cogebatur agnoscere omnia onera tributorũ sterilium, & non sterilium, ita & ego hæres, aliàs debeo renunciare, & hæreditati, & omnibus alijs mihi donatis per eum, & hoc dicit. Nota quòd aut totum habebit, aut totum amittet, & sic dic cõ
1 tra instantiam ut supra de agr. & censi. l. 1. Nota ꝙ qui recusat hæreditatem, amittit etiam donata inter viuos, quod alibi nõ reperitur. Andr. Est ratio, ex quo non seruat fidem defuncto, sibi non est seruanda, in auth. de hæred. & falc. §. si quis uerò non implens, & quia non debet quis lucrum sentire ex illa re, in qua fidem fefellit. ff. de leg. com. l. fi. 1. respon. de indiem adict. l. imperator.

SUMMARIUM.

1 *Qui comedit pingue, debet comedere & maerum.*

Qui utilia. Ego deserui prædia mea tributaria propter sterilitatem, Titius possidebat prædia utilia, assignata sunt sibi per peræquatorem illa prædia deserta, vt soluat tributa sterilium, facta compensatione cum fertilibus. Si non vult Titius illa prædia deserta suscipere, tenetur utilibus cedere quæ simul cũ desertis

desertis curialibus assignentur, nec audiendus est Titius, si uelit fertilia tenere, cum deserta essent municipes, idest curiales grauatura, 1
1 & hoc dicit. Nota hic vulgare prouerbium qui comedit pingue, debet comedere & macrum. Item nota, compensatur fertile prædium cum sterile, de quo dixi supra tit. 1. l. omne territorium.

Quisquis. Fundum tributarium propter sterilitatem, deseruit possidere curialis, uel alius. Si est aliquis conductor prædij fundi rei dominicæ, vel templorum, qui possidet fundum fertilem, sibi iungatur inutilior, quòd si ille nolit inueniẽdus erit alius possessor, qui super prędia tributaria, & fertilia possidebat si nec alius inueniatur assignandus est fundus primo possessori, qui ipsum deseruit, subaudi triennij immunitate concessa, vt eod. titul. l. 1. Et subaudi, quòd si peræquator vellet, posset auferre prædium fertile possessori, qui nolit sterile possidere, & vtrunque tertio assignare, vt supra l. prox. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Diligentia sua cuilibet debet prodesse, non obesse.*
2 *Qui possidet a fisco, non soluit præterita tributa.*

Quicunque Sunt principaliter, quinque dicta huius. l. Primo dicit quòd si aliquis, cum assignatũ fuit prædium patrimoniale desertum sterile, sua cultura, & diligentia fecit id fertile, perpetuo ipse, & sui hæredes possidebunt ipsum soluat solummodo præstationẽ tributi impositi, proinde ergo habebit illud, ac si esset domesticum, & ex patris successione quæsitũ 1
vt nec per rescriptum Principis auferatur. Secundo ibi, cæterũ &c. dicitur quòd ille, cui fuerunt deserta prædia assignata, quia fertilia possidebat, debet soluere tantum tributa præsentis, & futuri nõ preteriti. Tertio ibi, illos &c. dicitur quòd si aliquis possidet prædia emphyteoticaria, vel tributaria mediocriter partim sterilia, & partim fertilia, & ea deserta assignet, quòd pro desertis habebit immunitatem tributorum per biennium, & sic non soluet pro desertis debitum canonem, nisi biennio transacto. Quarto ibi, nemo &c. dicitur quòd cuidam hospitali diachatociæ uice concessum est tale pri- 2
uilegium, ut licet possideat prædia fertilia, non cogatur deserta suscipere, nemo ad exemplum illius hospitalis credat se submoueri ab illo onere, quin possidens fertilia non cogatur accipere deserta. Quinto ibi, illud &c. dicitur quòd aliqua prædia quæ sunt deserta peræquator debet procurare assignare ea illis ciuibus haben-

tibus

tibus possessiones fertiles. Si modò sunt aliqui vicini,qui habeant fertiles possessiones,quia omnes eodem vitio laborant, tunc inueniat peræquator fertiles, scilicet possessiones in proximiori loco, quàm potest, & possessoribus earum assignet prædia deserta, & hoc vult dicere illa littera, sed in quantum fieri valet, idest, potest, pro interiecto spacio sibimet adhærentes, quasi proximiores, quã potest,& hoc scientibus omnibus,quod omnibus est profuturum.
1 & hoc dicit. Nota in primo dicto quòd diligentia sua cuilibet debet prodesse, concord. supra de alluu.& palud.l.fin. Secundo nota quòd non prosunt omnibus rescripta Principis, de hoc dixi supra de agr & cens.l originarios. In secundo dicto nota quòd qui possidet à fisco,non soluit præterita tributa, de hoc dixi supra tit.1.l. fin.
2 In tertio dicto videtur obstare supra eod. l. 1. vbi datur immunitas triennij,hic biennij:sed illud in fiscali prædio loquitur, hic in patrimoniali. In quarto dicto nota quòd cum conceditur alicui aliquid in priuilegium,non trahitur ad consequentiã, vt supra de legib.l.2. In quinto nota quòd omnes tangit &c. vt supra de author. præst.l. vlt.Item collige in fi.arg. ꝙ cum sit ęxequutio sententię,debet fieri in prædiis vicinioribus.Item collige arg.ex fi.huius l.ad illud, quod dicitur.ff.de tutor.& curator.dat.ab his.diuus, cum simil.

SUMMARIUM.

1 *Prædia deserta interdum assignantur,interdum occupantur.*

Qui agros. Quicunque vult colere prædia deserta publica vtilitate,potest hoc facere, sua authoritate, sine aliqua concessione, siue sint illa prædia vicina, siue remota; sed si desertor velit illa prędia ad suum dominium vendicare,potest infra biennium, restitutis expensis emptori; post biennium non auditur. Nota præscriptionem biennij,alibi dicitur de sex mensibus supra tit.1.l.fi.Sed ibi habuit à peræquatore causam, hic sua autho-
1 ritate accepit,vt hic notatur.Item nota ꝙ prædia deserta interdum assignantur,interdum occupantur. Assignantur autem à peræquatore supra tit.1.l.fi.aut à Principe,vt infra eo. l.fi.

SUMMARIUM.

1 *Concessione facta ab Imperatore, & transacto dominio eius rei, potest à principe conditio apponi,contra in priuatis.*

P Qui

Qui fundos. Prædia patrimonialia occupantur, vt hic, prædia deserta mea ob culturam feci fertilia, & ita possideo fundos fertiles, iure priuato, idest tanquam proprios, & paternos, saluo canone, quia debeo soluere tributum pro eis, vt colligitur ista expositio supra eo. quicunque in princ. Si ergo possideo fundos fertiles, quos iam meos feci, & assignantur mihi deserta, datur mihi talis electio: quia aut accipiam deserta, & possi-
1 deo vtraque: aut si nolo deserta, carebo fertilibus. Nota dignum ꝙ facta concessione ab Imperatore, & transacto dominio rei concessæ, potest à principe conditio apponi, vel vt lex, cuius defectu, perfecta concessio reuocatur, & sic facit l. ista pro constitutione Frederici, facta in curia Capuana, vt non contineat aliquid contra ius, licet regulariter, cum fiunt donationes à priuatis, non possit eis perfectis apponi cōditio, vt supra de act. & oblig. l. sicut, & de cond. ob causam. l. si repetēdi. Item aliàs regulariter acquisitum dominium, per rescriptum, non reuocatur, vt supra eo. l. quicunque dixi.

Qui per potentiam. Aliquis, cui fiscus successit, dereliquit fundos steriles, & fertiles, & fœcundos, quidam per potentiam accepit fertiles, & reliquit steriles, dicitur, ꝙ ex eadem substantia cogitur recipere infecūdus.

SUMMARIUM.

1 *Citatio facta per edicta est potior quam per vocem præconis.*
2 *Contumacia facit interdum aliquem haberi pro confesso: aliquando non.*

Locorum. Cum deserta prædia nouis possessoribus adiudicantur desertores, citantur edictis: qui si ueniant infra sex menses, deserta recipiāt. Secundo ibi si uerò: dicitur quòd si perseuerant desertores in contumacia, vel absentia, & ita ipsa absentia confitetur eos carere iure prædijs desertis, ꝙ post non audientur, sed nouo possessori soluente tributa in perpetuum possidebit; desertoris nulla competitione, idest petitione, siue querela admissa. Tertio ibi; Quibus &c. dicitur quòd nouus possessor debet soluere tributa futura, & non præterita. concor. ad hoc vltimū
1 supra tit. 1. l. fin. & ibi dixi. Nota quòd fit citatio per edicta, & melius quàm per vocem præconis, quæ paucis innotescit, vt in auth. qui semel, licet & illa fiat, vt in auth. qua in prouincia, & illam citationem per edicta faciunt magni magistratus, vt in authen. qui semel, pedanei, & delegati requirunt per exequutores, & hoc magis
2 hodie in omnibus est in vsu, vt supra de iudic. Sancimus. Secundo nota

nota contumacia facit haberi aliquem pro confesso, vt in hoc casu. sic,& ff.de suspect.tutor.l.impuberibus.§. 1.& in auth. de exhib. reis.§.si uerò,regulariter contra.ff.de custod.reor. l. diuus, & de requir.reis.l.1. nec mirũ,quia post litem contestatam propter solam contumaciam,perdit quis causam principalem,nisi de causa lique ret,vt ff.de re iudic.contumacia, quæ sic intelligitur, & in l. properandum,fallit ergo in tribus casibus supradictis.Item in quarto casu,vt supra de assert.toll.l.1.in fi.& ff.de re milit.qui cum vno.§.post desertionem,& si velit quis post de calumnia iurare,vt supra de iuramen.calumn.l. 2.§.penult. Ex quibus apparet solutio illius quæstionis, quòd si citatus ad iurandum de calumnia non ueniat, & sit contumax, non propterea litem perdit principalem, nisi quando præsens non vult de calumnia iurare,ut dixi. Nec obstat his. ff. de iur.fisc.senatus.§.senatus, vbi videtur quòd contumax pro confesso habeatur; quia intelligitur, quãdo contractũ erat hæremocidium, & liquebat de causa, vt ibi not. in glo. In vltimo dicto nota, quod dixi supra eo.l. quicunque in secundo dicto.

Hac diffinitione. Titius deserit prædium suum, & sic cessat in solutione tributi, licet possit mihi habenti fertile prædium inuito desertum prędium assigna ri vt supra eo.l.qui fundos,non tamen priusquam mihi assignetur, teneor soluere tributum, quod Titius tenetur soluere; immo ipse est exigendus,neque debet aliud pro alio exigi,nec vllis præstigijs, idest fallacijs, debet tributorum exactio mutilari; idest corrumpi, siue retardari. Nota quòd vnus pro alio soluere non tenetur, & sic vnus alterius onera non portabit,vt infra eo.iubemus, & supra vt nullus ex vicar.l.1.

Omnium. Tributarij cessantes in solutione tributorum; si requisiti non soluunt, eis auferuntur prædia, & ita prædiorum dominium commutatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessioni apud acta celebratæ nemo potest contrauenire.*

Rura. Prædia curialium, ego cępi possidere, & soluere tributa, dum esset de his controuersia, curiales confessi fuerunt coram actis prædia esse mea, dicitur quòd à modo à me prædia nõ poterunt reuocari per eos, sed apud me remanebũt perpetuò cum
1 onere tributorum. Nota quòd confessioni apud acta celebratæ ne-

mo potest contrauenire, vt supra de agr. & cens. cum scimus. §. 1. & supra de liber. caus. l. cum precum, argu. contra eod. tit. l. interrogatam. Si uerò non fuissent confessi, possent auocare ab occupante infra biennium ut supra eo. l. qui agros, dic, ut ibi.

Si quis. Ad euidentiam vide, quæ prædia teneantur obnoxia nauiculariæ functioni, ut supra de præd. nauicul. per totum. Si mihi possidenti prædia fertilia adijciantur prædia deserta, quæ erant, & tributis, & nauiculariæ functioni obnoxia: dicitur quòd ex illis prædijs desertis, quæ hic portiuncula vocantur, quia erant diminuta, debeo soluere nauiculariam functionem, & ad hoc, vt melius functioni nauiculariæ satisfiat, releuor à tributis, & hoc dicit. Nota quòd qui in vno grauatur &c. vt ff. de iureiur. l. eum qui, in princ.

Iubemus. Duobus modis intellige. Primo quòd curialis vnius ciuitatis, siue terræ non cogitur accipere prædia omnia deserta alterius ciuitatis, sed suæ tantum; & pro illis, qui possidebant, soluant tributa, & hoc dicit. Et secundum hoc ponitur territoriũ pro terra, siue ciuitate, aliàs ponitur magis propriè. ff. de verb. sign. l. si pupillus. §. territorium. Vel dic secundò, quod territorium ponitur propriè, & contineat. l. ista aliquid speciale in personam decurionum, vt sit sensus; Quòd licet alij non curiales interdum non teneantur accipere prędia deserta extra suum territoriũ, vt ponitur supra eo. quicunque, in fi. curiales non tenẽtur accipere, nisi vicinas, & pro illis, quæ possidẽt, soluent tributa, & h. d.

SUMMARIUM.

1 *Decipi quis non debet legis authoritate, nec principis.*
2 *Conditio quæ fuit initio apposita contractui, non potest ex pænitentia mutari.*

Si quis authoritatę. Si prædia deserta fuerunt alicui assignata Principis mãdato cum certo tributo: & ille possessor cum magno labore prædia illa fecit fertilia, non debet augumentari primum tributum, quod authoritas principalis imposuit, ne uideatur principis authoritate deceptus, quia forte si à principio præsciuisset tributum augmentari, non accipiet illa prædia; & hoc dicit. Nota inopinatum onus, nemini imponendum. Item nota quòd sicut non debet quis decipi
1 legis authoritate, ut supra de his, qui ven. ætat. l. 1. ita nec Principis, qui est lex, ut in auth. de consulibus. & uigor iustitiæ, ut supra de iur. fisc. l. prohibitum, in fin. Item nota, quòd diligentia sua nemini debet

2 ni debet esse damnosa, ut supra de alluu. & Palud. l. fin. Item nota, quòd non potest ex pœnitentia illa immutari conditio, quæ fuit apposita in initio contractus, nisi in casu; de hoc dixi supra eodem, qui fundos.

Rub. de fundis limitrophis, & terris, & paludibus, & pascuis limitaneis &c.

SUMMARIUM.

1 *Rescripta non valent per potentiam impetrata.*

Tiberianus. Quidam Præfectus Tyberianus nomine statuit quasdam possessiones, ex quibus deferantur frumenta militibus ad limitum Imperij custodiam deputatis, quam ordinationem Imperator confirmat per l. istam, & vult nullum valere rescriptum contra legem istam, uel furtiue, uel per potentiam impetratum. Nota non ualere rescripta per potentiam
1 impetrata. Et sic facit contra eos, qui habent magnum locum in curia, ut non ualeant rescripta Principis, ut supra de pet. bonor. subl. lege prima.

SUMMARIUM.

1 *Punitur interdum qui facit contra antiquitatem.*
2 *Custodia limitum ac castrorum quibus sit committenda, remissiue.*

Quicunque. Priuatus, vel miles quicunque non castellanus inuentus fuerit possidere castrum, siue castellum cum territorio suo ad castellanorum custodiam deputatum, nisi restituat illud, capite punietur, quia illi tantum debent loca hæc custodire, de quibus ordinauit antiquitas, & hoc dicit.
1 Nota quòd punitur, qui facit contra antiquitatem, vt & supra lege
2 proxima in fi. Item nota in glo. quibus sit committenda limitum custodia, & castrorum.

SUMMARIUM.

1 *Præscriptio in quibus casibus non currit, remissiue.*

Agros. Primo dicitur, ꝙ si milites ad limitum custodiam deputati possideant agros eis assignatos, ꝙ non teneãtur pro eis agris aliquam pecuniam soluere, vel agnoscere functionẽ. Secundo quòd possint dicti milites à possessoribus eos vendicare, nullius præscriptionis exceptione obstante. Tertio contrafacientes puniuntur pœna exilij. Quarto dicitur, qui emit tales agros, sequuta emptione habeat recursus ad vendicationem, & hoc dicit. Nota casum, in quo non currit præscriptio, & supra de præscript. xxx. annor. l. præscriptione. sunt & alij multi casus, qui not. hic in glo. ordin.

Rubr. de pascuis publicis, vel priuatis.

SUMMARIUM.

1 *Census noui vt imponi non possunt, ita nec veteres augeri.*

Cum nulla. Conduxi pascuum solum publicum à decurionibus, in quo pascuo debeãt ex pascuo pasci animalia principis, vel militum, modo volo ordini decurionum augmentare pensionem, vt animalia prædicta à dictis pascuis arceantur, quod fieri prohibet Imperator, & mandat antiquam pensionẽ nõ augeri. Nota pro antiquitate seruãda vt supra tit. j. l. 1. & 2.
1 Itẽ nota quòd sicut noui census non possunt imponi vt supra nq. ua vectig. l. vna, & extra de censib. prohibemus, ita nec veteres augeri, vt in cap. præallegato.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles qui eligunt pascua pro animalibus suis debent eligere locum, qui non sit viciniis damnosus.*

Insignis. Mandat Imperator magistro militũ prouideat ne pascua, vel publica prata à militum animalibus deuastentur, qui contrafecerit vna cum magistro militum punietur in xij. libris auri. Secundo dicitur, ꝙ eadem pœna imponitur deuastantibus prata priuatorum. Tertio in fine dicitur, ꝙ curiales debent statuere locum, in quo sine prouincialiũ læsione animalibus militum in pascuo consulatur. Nota ꝙ eadem pœna imponitur
1 in prato Principis, & priuati. Nota quòd nobiles, qui eligunt pascua pro animalibus suis, debent eligere locum, qui nõ sit damnosus.

ſus vicinis. Item nota quòd in duobus conſulitur animalibus militum,& Principis. Primo vt hic in fin. quia prouideri debet de paſcuo. Secundo vt ſupra l.prox.quia in eorum detrimentum, cenſus non debet augeri. Item nota ꝙ hæc lex non loquitur de prato, vnde prouenit fructus, vel vina, vel ſunt ibi vites,& ab eis animalia arcentur, ſed in l.ſuper.de infructuoſis pratis, & ideo animalia militum non arcentur.

Prata. Maiore exageratione repetit, quod dicitur in lege proxima. ſuper.in princ. mandat enim Imperator præfecto prætorio, vt non permittat prata tam priuatorum, quàm militum occaſione militarium animalium deuaſtari, quia iniquum eſt, poſſeſſiones, vel colonos pratorum gratia, ideſt occaſione qu[illegible]et vexari, quod eſt notabile.

Rubr. de fundis patrimon. & ſaltuenſibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta fundi fiſcalis an poſſit vendere, ſicut & donare, irrequiſito fiſco.*
2 *Emphyteuta priuati fundi an poſſit donare domino irrequiſito.*

Si quis. Habebam fundum ad emphyteuſim à fiſco, donaui ipſum,& tradidi Titio ſine auctoritate iudicis, & ſubaudi, nõ requiſito fiſco, valet iſta donatio ſaluo iure fiſci, ideſt quia Titius quolibet anno tenetur ſoluere annuum canonem fiſco, & hoc dicit. Super hoc verbo legis quæro duo. Primo an iſte em-
1 phyteuta fundi fiſcalis poſſit vendere, ſicut, & donare, irrequiſito fiſco, quidam vt in glo. quòd ſic, quia ſi poteſt donare, ergo & vendere: nam cui quod plus eſt, licet ergo ꝙ minus, vt dicit regula iuris, cui ius eſt, licet emphyteuta priuati non poſſit vendere domino irrequiſito, vt ſupra de iur. emphyt. l. fi. ſed id nõ credo, vt ideo quia poteſt hic emphyteuta donare, poſſit, & vendere, quia multoties fallit, vt hic & ſupra de præd. curial. l. fi. & ex ratione, quam infra ſubijciam patebit, quare poteſt donare, & non vẽdere. Secundo quę-
2 ro an emphyteuta priuati poſſit donare domino irrequiſito, quòd non, quia lex, quæ prohibet vendere, facit mentionem de alienatione, ergo,& de donatione, vt ſupra de iur. emphyt. l. fin. in princ. Item quia in eadem ratione uidetur in utroq; caſu, ergo idem ius, vt ff. de verbor. obligat. Titia, in fin. cum ſimil. Tu dic è contra, ſcilicet, vt emphyteuta priuati poſſit donare, licet non vendere argu.

ſupra de præd.cur.l.fi.& per l.iſtam patebit, & per rationem, quam infra ſubijciam, & ſic idem ius eſt in emphyteuta priuati, & fiſci. & lex iſta multi ignorantes credunt, nil continet ſpeciale, quæro ergo, quæ eſt ratio in vtroque, quòd poteſt donare emphyteuta, irrequiſito domino, vt hic, & non vendere, vt dict. l. fi. ratio eſt, dicunt quidam, quòd donare eſt perdere, vt ff. de donat. filius, & quilibet poteſt re ſua malè abuti, vt ff. de pet. hæred. Sed & ſi lege. §. conſuluit. vel melior ratio, cum volo vendere, debeo denunciare domino, vt illo volente meliorationes habere, ei vendere cogar inuitus, non erit magna iniquitas, ſi requiſito domino, & precium habeo, nam & aliàs in multis caſibus quis uendit inuitus, ut dixi ſupra de metall. l. 1. Sed ſi volo donare Titio amico meo, cui fortè ſum ad antidora obligatus, ad quid denunciem domino, cum eſſet ſummè iniquum, ſi donare inuitus compellerer: ſi cum donatio ſit libera, & fiat nullo cogente Imperio, quæ iniquitas non eſt ſupra, cum precium habeam. Præterea eſt ſecunda ratio, quia hoc eſt ſtatutum contra rigorem, vt emphyteuta domino vendat inuitus, ergo non eſt trahendum ad conſequentiam. Item tertia ratio quia ſi lex ultima hoc tantum in uenditione prohibuit, ergo donationem permiſit, ut iſtas rationes plenius dixi ſupra de præd. cur. l. fi. vbi eadem materia uentilatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælati culpa non debet nocere ſubditis.*
2 *Negligens in officio ſuo punitur.*

Patrimonialis. Si minor habeat fundum Principis, qui dicitur patrimonialis, ad emphyteuſim, ex quo tenebatur quolibet anno ſoluere penſitationẽ frumenti, uel auri, ceſſauit in ſolutione canonis, hoc non redundat ad damnum minoris, ſed ſalua minoris ſubſtantia, tutor, uel curator, qui ſoluere negligit in pœnam deſerti officij ſui, omne damnum de
1 proprio ſuo cogitur reſarcire fiſco, & hoc dicit. Nota argumen. quòd culpa Prælati non debet nocere, ut hic & ſupra vnde vi. l. me-
2 minerint in fin. Item nota, quòd punitur ille, qui eſt negligens in officio ſuo, de quo dic, vt not. ff. de off. præſ. l. diuus, in fi. & facit ſupra de off. præf. præt. l. ſi quis, & not. extra de off. Archid. & ſupra de decur. quidam ignauiæ, & ff. ad municipal. l. Lucius, & infra eo. qui, Sed oppone, & ſolue; ut in glo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Remissio mercedis peti non põt in cõtractu emphyteutico, sicut in locatione simplici.
2 Dominium directum alicui tolli non potest per rescriptum.

Quicunque. Suscepi fundum patrimonialem in emphytheosim, tempore præcedente allego pensionem mihi esse remittendam, quia fundus cœperit esse desertus, idest sterilis, dicitur quòd non sum audiendus, immo debeo integram soluere pensionem, non obstante rescripto in cõtrarium impetrato. Secundò dicitur, quòd si superuenit alius, qui uoluit plus dare, quam ego debeo, non est mihi auferenda possessio, immo penes me remanebit, non obstante rescripto in contrarium impetra
1 to. Et sic nota in primo dicto, quòd non potest peti remissio mercedis in contractu emphyteotico, sicut in locatione simplici, ut ff. locati. l. qui vno, & est ratio quia si res pereat in maxima parte, dummodo non in totum, pertinet ad dispendium emphyteotæ ut supra de iur. emph. l. 1. in fi. Secundo quòd ipso dicto inducatur unum contra me, in secundo aliud pro me, sic ff. de iureiur. eum qui. Tertio nota casum, in quo nil operatur rescriptum, ut dixi. Quarto no
2 ta quòd per rescriptum non potest alicui tolli directum dominiũ, vt supra de iur. hast. fisc. l. vlt. nec utile, ut hic in fin. supra de pet. bon. subl. l. 1. Quintò nota quòd non est locus adiectioni in uenditione, siue locatione fundorum patrimonialium, sicut nec ciuitatis, nec fiscalium, ut hic & supra de uend reb ciuit. l. 1. & de diuersis præd. vrb. l. eos, nisi fiat locatio fundi patrimonialis ad tempus de locat. præd. ciu. l. congruit, & intellige hoc, ut dixi in ead. l. fin. & secunda.

Fundi. Imperator concessit mihi fundum suum patrimonialem, vel ad eum ex aliqua causa deuolutum, & dixit in concessione, ut pro eo uectigal, siue annuum canonem non soluerem, nec incideret in commissum, dicitur quòd tali concessione uidetur mihi acquisitum dominium, & possessio, teneor tamẽ soluere fisco pro illo fundo, quantũ ei solui, antequam de dominio Principis exiret, & assignat l. talem rationem, quia dicit imperator non magis commodamus, quam ei tradimus iure dominij, ac si apertè dicatur, qui commodat, gratis concedit, nos non commodamus, idest non concedimus gratis, quia uolumus pensionem, vt in fi. Item, qui commodat, retinet dominium, & possessionẽ, nos cum concedimus utrunque in alium transferre intendimus.

Si quia

Si qui à possessoribus. Fundum à primo possessore desertum à peræquatore suscepi, illum perpetuo possideo, nec aliquis securus petitor accedit, subaudi, excepto deserrore, qui admittitur usque ad sex menses à tempore concessionis, non ultra, ut de censib. l. fi.

In quibus. Dicit Imperator ea, quæ donauimus aliquibus, & nos, & parentes nostri perpetuo apud donatarios, & suos hæredes liberam alienandi inter uiuos habeant potestatem; sed si emphyteuta non poterit uendere irrequisito, vt dixi supra eod. l. 1.

Quicunque. Cum fundi patrimoniales dantur in emphyteusim emphyteuta, si est diues, promittere debet, sub hypotheca rerum suarum, quòd nō deseret illos fundos. contra quod si fecerit, restituat fisco omne damnum. Si est inops dabit super hoc fideiussores, sic supra de om. agr. deser. l. quicūque. Si autem aliàs talis cautio fuerit omissa ab his, qui eam exigere debuerunt, puta magistratus omne damnum, & pœnam propriæ negligentiæ fisco resarcire cogentur. Nota hic ultimo de pœna negligentium, vt dixi supra eo. l. 2.

Omnes. Fundi, in quibusdam Prouincijs, quæ in litera notātur, fuerunt ab antiquis principibus assignati militibus, qui custodiebant limina Imperij, si isti fundi ab aliquo detineātur, sunt reuocandi ad ius pristinum, rescripto contrario Principis non obstante. Nota casum, in quo non ualet rescriptum.

Vniuersi. Ad euidentiam nota, ꝙ si habeo prædium tributarium fertile, potest ad aliud prædium accedere, & assignari mihi prædium desertum ut supra de omn agr. deser. l. Tyberianus. Sed hoc semper non est uerum. Ecce in illa lege ponitur differentia inter prædia patrimonialia tributaria, quæ quis emit à priuato, saluo canone, & sic possidet priuato iure, & prædia tributaria patrimonialia, quę quis accepit directo a Principe in emphyteusim. Item secundo potest dari prædium desertum à perequatore, si prædium, quod possidet, sit utile, sed primo secus. Et ita ad cum, scilicet ad primum nunquam in alio cum usuris accesserit, qui cōtrafecerit in patrimonialibus, i. peræquator punietur graui multa.

Fundes. Principes quosdam fundos patrimoniales fertiles, & integris suis iuribus florentes, priuato iure, idest, sicut quilibet priuatus concessit mihi in emphyteosim sub certo canone

canone. modo aliqui fundi sunt deserti, qui remanserũt in propria conditione, quia nemini sunt concessi, dicitur, quòd isti deserti, & fatigati debent à peræquatore adiungi alijs fundis fertilibus, & floridis, ut tantum soluatur pro istis desertis nomine tributi, quantum pro alijs. Nota quod dixi supra de omni agr. des. l. qui utiles, & l. qui fundos.

SVMMARIVM.

1 *Principis authoritas plus ualet quam pactio contrahentium: interdum æquiparatur.*

Ius emphyteutici. L. ista obscura multis modis potest legi, ut patet in gloss. ego tamen annectam illum casum quem reputo veriorem, & pulchriorem. Et nota ad euidentiam quòd ille cogitur soluere tributum, uel canonem, qui possidet tributarium prędium, vel emphyteuticarium, & pone sic casum. Titius fundum patrimonialem, quem habebat in emphyteusim uendidit Męuio cum pacto, quòd uenditor, & non emptor teneatur soluere pensionem, dicitur quòd non obstante hoc pacto emptor tenetur soluere pẽsionem, nisi iudicio Principis illud pactum fuerit confirmatum, quia tunc immutabile illud pactum præcipitur perdurare, ergo patet intellectus principij huius legis, expone sic ius emphyteoti. idest, retenta a uenditore sine uinculo obligationis, idest efficatia obligationis, quia pacto fuit inefficax nisi iudicio &c. ut dixi, vel potest aliter exponi illud verbum, iudicio nostro &c. quod dicit, non potuit retineri à uenditoribus ius emphyteotici, quia pactum fuit inefficax, ut dixi, iudicio nostro præcipimus perdurare penes emptorẽ, subaudi. & sic nulla fiet exceptio ab eo, quod in principio. Secundo ibi possessionem &c. dicitur q̃ si aliquis habeat fundum patrimonialem in emphyteusim, Titius eũ possidet 20. vel 30. annis, nullo modo sibi obligatum ab emphyteota uendicat, opponitur actio ex empto exceptio præscriptionis, dicitur, quòd possessio, idest dominium, uitiosa uetustate temporis nõ adiuuatur, idest non præscribitur, & hoc est speciale in prędio patrimoniali. Nota casum, in quo non currit præscriptio, ut dixi supra de fund. limitr. l. fi. in fin. Item nota in princ. q̃ onus comitatur rẽ,
1 vt dixi supra de ann. & trib. l. 1. Item nota in princ. secundum primum intellectum, quòd plus valet authoritas Principis, quàm pactio contrahentium, interdum æquiparatur supra de decurion vacuatis. Item nota casum, in quo est necessaria Principis uoluntas, de quo dixi supra de iur. fisc. l. prohibitum.

S.V.M-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta habet utile dominium, & etiam actionem in rem.*

Possessores. Qui habet fundum patrimonialem, uel emphyteosim ex Principis liberalitate non compellitur ipsum emere; sed perinde est securus, ac si emisset à nobili, uel ab alio, uel si fundum ex successione habuisset, & cum illius prędij sint domini, possunt præstare libertates mācipijs in eo ascriptis. Collige duo pulchra not. ex hac l. primo quòd licet ascriptitij non possint sine solo alienari, ut supra de agr. & cens. quemadmodum possunt manumitti, ut hic, & hoc ideo, quia prętores fauent liberta
1 tibus. de hoc dic, ut not. in l. quemadmodum. Secundò nota quòd emphyteuta habet utile dominium, & in nulla lege melius reperitur, quàm hic, nam omnes leges dicunt quòd habet actionem in rem licet non sit dominus, ut ff. si ag. uectig. l. 1. hic autem satis patet eum habere dominium, ex quo manumittit, ut supra de his, qui à non domino per totum, & ad idem facit supra eo. fundi, & infra defun. rei priu. l. 2. ubi dominos appellat, & infra de locat. præd. ciu. l. fin. vbi uidetur enim &c.

Nulli. L. ista localis est, nam prohibet fundos patrimoniales, qui sunt in oriente, posse concedi in emphyteosim, saluo, uel dempto canone, & punit contrafacientes, & dicit non ualere rescripta in contrarium impetrata.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei patrimonialis præscribitur 40. annorum spacio: contra priuatum autem minori tempore.*

2 *Dominio rei patrimonialis ut præscribatur, unum sufficit: in præscriptione autem canonis duo sunt necessaria.*

Iubemus. Si aliquis possedit fundos patrimoniales, uel templorum, uel agonithicos, cum agone, i. labore ad fertilitatē productos, vt prædia releuata, quæ cū essent palustrina, facta sunt terrena, possedit dico, uel ipse tm̄ vel ipse, & author suus facta continuatione tēporis spatio continuo quadraginta annorum, de possessione quidem, seu dominio illorum fundorum, nequaquam controuersiam patiatur, sed canonem debitum eis fundis pro qualitate ipsorum impositum indubitanter exoluat, & ita

quan-

quantum ad excludendum omnem quæstionem super possessione uel dominio fundorum nomine publico mouendam, & exceptio nuda, id est nudæ possessionis, & sine titulo, vel cum titulo sufficiat, sed non proprerea solutioni debiti canonis præscribatur, & hoc dicit usque ad uers. si. hos in adijciendo &c. Secundo dicitur, q si ex Principis concessione possederit dictos fundos, dempto canone, eos possederit, & super canonis præstatione nullatenus inquietari debebit, cum sit tutus, & concessione, & præscriptione quadraginta annorum, sed subaudi, sola concessio Principis fuisset sufficiens, quòd minus canonis soluere teneretur, nisi xx. annis interuenisset prescriptio, & sic tam in primo casu, quàm saluo canone prescripsit, durabit ius possessoris, nulla facta innouatione circa canonem, nec circa dominium controuersiam patiatur, & hoc dicit. Nota

1 quòd dominium rei patrimonialis præscribitur spatio 40. annorum, non longo tempore. sic tollitur cõtrarium supra ne rei dom. vel templ. per totum. contra priuatum autem præscribitur minori tempore. quod dicut supra de omni agr. deser. qui agros, & l. pro locorum. Item nota quòd licet præscribatur dominio rei patrimonialis, non tamen solutioni canonis, vel tributi, ut supra de presc. 30. ann. comperit. Item nota de continuatione possessionis, ut hic tan-

2 gitur, & plenè ff. de acqu. poss. l. Pomponius. In ultimo dicto nota quòd licet ad præscriptionem dominij rei patrimonialis, unũ sufficiat, scilicet præscriptio sola, ut est dictum: in prescriptione canonis sunt duo necessaria, scilicet concessio, & præscriptio; quorum alter per se non sufficit, habes ad hoc concor. ff. de adopt. post mortem supra de testam. sancimus. ff. de trans. cum hi. §. si prætor cum multis simil. & de itin. actuque priu. in hoc. §. hoc autem cum simil.

Rubr. de mancipijs, & colonis patrimonialium, & saltuensium &c.

SUMMARIUM.

1 *Doctorum taxatio & nota, qui multoties committunt lectionem scholaribus.*

Emphyteoticos. Cum prædia cuiusdam uillæ Fiscus locasset pro mercede in pecunia cõstituta, & ea prædia postea in emphyteusim alteri concessisset, dicti coloni uolebant usurpare omnes agros, etiam illos, quos nullis culturis erudierunt, quòd nil emphyteotæ relinquerunt. Quare l. ista dicit,

dicit, quòd illa possunt usurpare, quare cultura propria addiderunt vt vineta, oliueta, fontes vero aquarum non, sed tantum emphyteutæ dent colonis de aqua, quantum sufficiat ad irrigationē agrorum, si ultra uelint coloni de aqua, conducant ab emphyteutis, & hoc dicit. Nota quòd in eo, quod dicitur in litera, & ego supra dixi, quòd nullis culturis erudierunt, sumitur arg. contra Doctores, qui multoties committunt lectionem scholaribus, nam de istis dici potest, quòd nullis culturis, & laboribus erudierunt Doctores suos. Item contra scriptorem, qui scribit per alium, & non per se ipsum.

Libertátes. Colonus simplex libertatem mancipijs fundorum patrimonialium præstare non potest, & præstitis non tenetur, quia non sunt domini, secus in emphyteuta, qui potest, ut supra tit. 1. l. possessores.

Cognouimus. Princeps prædia sua patrimonialia primo locauit colonis, & postea dedit in emphyteusim, emphyteuta vult repellere illos colonos, & alios seruos suos, uel liberos subrogare, dicitur ꝙ non potest. Nota casum, in quo tenetur emphyteuta stare colono fauore fisci, sicut, & alibi emptor. ff. de iur. fisc. l. fin. regulariter contra, ut supra locati, emptorem cum simil.

Super. Coloni patrimonialium fundorum, si relicta cultura, ad aliquam militiam conuolauerint, sunt ad conditionem, & agriculturam propriam reuocandi, ad hoc facit, quod dicit infra de cohort. l. si cohortalis. Secundo dicitur quòd ueteranus honestæ, uel causatiuè militiæ sacramento solutus, subaudi, qui primo fuerat ascriptitius, non debet ad agriculturā deduci, quia tela, id est arma militaria non debent in usum uomeris, ligonisque conuerti, quod est satis not. dignum. Nota contra milites nostri temporis, qui dant operam culturæ agrorum, sed excusari possunt, quia in eis arma militaria deferunt.

Rubr. de fugitiuis colonis patrimonialibus.

Quicunque. Quidam colonus patrimonialis, cuius pater & auus culturæ fundorum patrimonialium fuerunt ascriptitij, transtulit se ad aliquam militiam, officij stipendia receperit, dicitur, quòd non prosunt ei percepta stipendia, quin ad culturam reuocetur agrorum. fallit supra l. prox. & infra de cohortal. & ibi de hoc.

Quisquis

Quisquis. Qui occultat colonum patrimonialem, debet ipsum restituere,& punitur in libra auri.

Cuiuscunque. Coloni patrimoniales, qui aufugerunt, nullo obstante Principis rescripto, sunt remittendi ad iudicium præsidis prouinciæ,& culturę restituantur agrorum.concor.in 1.l.& nota casum, in quo nō valet rescriptum, vt dixi supra de pet.bon.subl.

Rubr. de collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticorum.

Emphyteuticarij. Licet emphyteutę patrimonialiū prædiorum sint exempti à cæteris muneribus, tamen in refectione viarum debent conferre, quia ab hoc communi bono, quod est omnibus profuturum, eos non conuenit excusare. Nota publica vtilitas præfertur priuatæ, vt ff. pro socio, actione. §. idem Labeo.

Patrimoniales. Fundi patrimoniales non debent in totum, nec in partem à muneribus extraordinarijs prægrauari, cum sufficiat priorem canonem statutū soluere siue in auro, siue in frumento, canon ille consistat, contrafacientes punit. facit supra de excus. mun. l. priuatę,& ibi de hoc dixi.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet subire debet munera secundum vires patrimonij sui.*

Omnes. Possessores patrimonialium fundorum, si in totum fundos possideant, vel pro rata, si in parte possident, debent agnoscere munera pertinentia ad dictos fundos, sicut,& quilibet priuatus cogitur munera subire pro modo rerum, quas possidet, & hoc dicit. Aduerte quòd dicit pertinentia, quia non
1 extraordinaria, ut supra l. prox. Item nota quòd quilibet debet subire munera secundùm vires patrimonij sui, vt plenè dixi suprà de ann.& trib. indictiones.

Placuit. Possessor fundi patrimonialis, siue emphyteutici potest annuum canonem soluere infra annum, quādo velit,& quantum velit in qualibet vice, non amplius, quàm tribus vicibus.

Agros. Primo dicitur, ꝙ si milites ad limitum custodiam deputati possideant agros eis assignatos, ꝙ non teneātur pro eis agris aliquam pecuniam soluere, vel agnoscere functionē. Secundo quòd possint dicti milites à possessoribus eos vendicare, nullius præscriptionis exceptione obstante. Tertio contrafacientes puniuntur pœna exilij. Quarto dicitur, qui emit tales agros, sequuta emptione habeat recursus ad vendicationem, & hoc dicit. Nota casum, in quo non currit præscriptio, & supra de præscript. xxx. annot. l. præscriptione. sunt & alij multi casus, qui not. hic in glo. ordin.

Rubr. de pascuis publicis, vel priuatis.

SVMMARIVM.

1 *Census noui vt imponi non possunt, ita nec veteres augeri.*

Cum nulla. Conduxi pascuum solum publicum à decurionibus, in quo pascuo debeāt ex pascuo pasci animalia principis, vel militum, modo volo ordini decurionum augmentare pensionem, vt animalia prædicta à dictis pascuis arceantur, quod fieri prohibet Imperator, & mandat antiquam pensionē nō augeri. Nota pro antiquitate seruāda vt supra tit. j. l. 1. & 2.
1 Itē nota quòd sicut noui census non possunt imponi vt supra nequa vectig. l. vna, & extra de censib. prohibemus, ita nec veteres augeri, vt in cap. præallegato.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles qui eligunt pascua pro animalibus suis debent eligere locum, qui non sit vicinis damnosus.*

Insignis. Mandat Imperator magistro militū prouideat ne pascua, vel publica prata à militum animalibus deuastentur, qui contrafecerit vna cum magistro militum punietur in xij. libris auri. Secundo dicitur, ꝙ eadem pœna imponitur deuastantibus prata priuatorum. Tertio, in fine dicitur, ꝙ curiales debent statuere locum, in quo sine prouincialiū læsione animalibus militum in pascuo consulatur. Nota ꝙ eadem pœna imponitur
1 in prato Principis, & priuati. Nota quòd nobiles, qui eligunt pascua pro animalibus suis, debent eligere locum, qui nō sit damnosus.

ſus vicinis. Item nota quòd in duobus conſulitur animalibus militum,& Principis. Primo vt hic in fin. quia prouideri debet de paſcuo. Secundo vt ſupra l. prox. quia in eorum detrimentum, cenſus non debet augeri. Item nota ꝙ hæc lex non loquitur de prato, vnde prouenit fructus, vel vina, vel ſunt ibi vites,& ab eis animalia arceantur, ſed in l. ſuper. de infructuoſis pratis, & ideo animalia militum non arceantur.

Prata. Maiore exageratione repetit, quod dicitur in lege proxima. ſuper. in princ. mandat enim Imperator præfecto prætorio, vt non permittat prata tam priuatorum, quàm militum occaſione militarium animalium deuaſtari, quia iniquum eſt, poſſeſſiones, vel colonos pratorum gratia, ideſt occaſione qu[illegible]et vexari, quod eſt notabile.

Rubr. de fundis patrimon. & ſaltuenſibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta fundi fiſcalis an poſſit vendere, ſicut & donare, irrequiſito fiſco.*
2 *Emphyteuta priuati fundi an poſſit donare domino irrequiſito.*

Si quis. Habebam fundum ad emphyteuſim à fiſco, donaui ipſum,& tradidi Titio ſine auctoritate iudicis, & ſubaudi, nõ requiſito fiſco, valet iſta donatio ſaluo iure fiſci, ideſt quia Titius quolibet anno tenetur ſoluere annuum canonem fiſco,& hoc dicit. Super hoc verbo legis quæro duo. Primo an iſte em-
1 phyteuta fundi fiſcalis poſſit vendere, ſicut & donare, irrequiſito fiſco, quidam vt in glo. quòd ſic, quia ſi poteſt donare, ergo & vendere: nam cui quod plus eſt, licet ergo ꝙ minus, vt dicit regula iuris, cui ius eſt, licet emphyteuta priuati non poſſit vendere domino irrequiſito, vt ſupra de iur. emphyt. l. fi. ſed id nõ credo, vt ideo quia poteſt hic emphyteuta donare, poſſit, & vendere, quia multoties fallit, vt hic & ſupra de præd. curial. l. fi. & ex ratione, quam infra ſubijciam patebit, quare poteſt donare,& non vẽdere. Secundo quę-
2 ro an emphyteuta priuati poſſit donare domino irrequiſito, quòd non, quia lex, quæ prohibet vendere, facit mentionem de alienatione, ergo,& de donatione, vt ſupra de iur. emphyt. l. fin. in princ. Item quia in eadem ratione uidetur in utroq; caſu, ergo idem ius, vt ff. de verbor. obligat. Titia, in fin. cum ſimil. Tu dic è contra, ſcilicet, vt emphyteuta priuati poſſit donare, licet non vendere argu.

P 4 ſupra

supra de præd.cur.l.fi.& per l.istam patebit,& per rationem, quam infra subijciam, & sic idem ius est in emphyteuta priuati, & fisci. & lex ista multi ignorantes credunt, nil continet speciale, quæro ergo, quæ est ratio in vtroque, quòd potest donare emphyteuta, irrequisito domino, vt hic, & non vendere, vt dict. l. fi. ratio est, dicunt quidam, quòd donare est perdere, vt ff. de donat. filius, & quilibet potest re sua malè abuti, vt ff. de pet. hæred. Sed & si lege. §. consuluit. vel melior ratio, cum volo vendere, debeo denunciare domino, vt illo volente meliorationes habere, ei vendere cogar inuitus, non erit magna iniquitas, si requisito domino, & precium habeo, nam & aliàs in multis casibus quis uendit inuitus, ut dixi supra de metall.l.1. Sed si volo donare Titio amico meo, cui fortè sum antidora obligatus, ad quid denunciem domino, cum esset summè iniquum, si donare inuitus compellerer: si cum donatio sit libera, & fiat nullo cogente Imperio, quæ iniquitas non est supra, cum precium habeam. Præterea est secunda ratio, quia hoc est statutum contra rigorem, vt emphyteuta domino vendat inuitus, ergo non est trahendum ad consequentiam. Item tertia ratio quia si lex ultima hoc tantum in uenditione prohibuit, ergo donationem permisit, ut istas rationes plenius dixi supra de præd. cur. l. fi. vbi eadem materia uentilatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælati culpa non debet nocere subditis.*
2 *Negligens in officio suo punitur.*

Patrimonialis. Si minor habeat fundum Principis, qui dicitur patrimonialis, ad emphyteusim, ex quo tenebatur quolibet anno soluere pensitationẽ frumenti, uel auri, cessauit in solutione canonis, hoc non redundat ad damnum minoris, sed salua minoris substantia, tutor, uel curator, qui soluere negligit in pœnam deserti officij sui, omne damnum de
1 proprio suo cogitur resarcire fisco, & hoc dicit. Nota argumen. quòd culpa Prælati non debet nocere, ut hic & supra vnde vi. l. me-
2 minerint in fin. Item nota, quòd punitur ille, qui est negligens in officio suo, de quo dic, vt not. ff. de off. præs. l. diuus, in fi. & facit supra de off. præf. præt. l. si quis, & not. extra de off. Archid. & supra de decur. quidam ignauiæ, & ff. ad municipal. l. Lucius, & infra eo. qui. Sed oppone, & solue; ut in glo.

SVMMARIVM.

1 *Remissio mercedis peti non pōt in cōtractu emphyteutico, sicut in locatione simplici.*
2 *Dominium directum alicui tolli non potest per rescriptum.*

Quicunque. Suscepi fundum patrimonialem in emphytheosim, tempore præcedente allego pensionem mihi esse remittendam, quia fundus cęperit esse desertus, idest sterilis, dicitur quòd non sum audiendus, immo debeo integram soluere pensionem, non obstante rescripto in cōtrarium impetrato. Secundò dicitur, quòd si superuenit alius, qui uoluit plus dare, quam ego debeo, non est mihi auferenda possessio; immo penes me remanebit, non obstante rescripto in contrarium impetra
1 to. Et sic nota in primo dicto, quòd non potest peti remissio mercedis in contractu emphyteotico, sicut in locatione simplici, ut ff. locati. l. qui vno, & est ratio quia si res pereat in maxima parte, dummodo non in totum, pertinet ad dispendium emphyteotæ ut supra de iur. emph. l. 1. in fi. Secundo quòd ipso dicto inducatur unum contra me, in secundo aliud pro me, sic ff. de iureiur. eum qui. Tertio nota casum, in quo nil operatur rescriptum, ut dixi. Quarto no-
2 ta quòd per rescriptum non potest alicui tolli directum dominiū, vt supra de iur. hast. fisc. l. vlt. nec utile, ut hic in fin. supra de pet. bon. subl. l. 1. Quintò nota quòd non est locus adiectioni in uenditione, siue locatione fundorum patrimonialium, sicut nec ciuitatis, nec fiscalium, ut hic & supra de uend. reb. ciuit. l. 1. & de diuersis præd. vrb. l. eos, nisi fiat locatio fundi patrimonialis ad tempus. de locat. præd. ciu. l. congruit, & intellige hoc, ut dixi in ead. l. fin. & secunda.

Fundi. Imperator concessit mihi fundum suum patrimonialem, vel ad eum ex aliqua causa deuolutum, & dixit in concessione, ut pro eo uectigal, siue annuum canonem non soluerem, nec incideret in commissum, dicitur quòd tali concessione ui detur mihi acquisitum dominium, & possessio, teneor tamē soluere fisco pro illo fundo, quantū ei solui, antequam de dominio Principis exiret, & assignat l. talem rationem, quia dicit imperator non magis commodamus, quam ei tradimus iure dominij, ac si apertè dicatur, qui commodat, gratis concedit, nos non commodamus, idest non concedimus gratis, quia uolumus pensionem, vt in fi. Item, qui commodat, retinet dominium, & possessionē, nos cum concedimus utrunque in alium transferre intendimus.

Si qui à poſſeſſoribus. Fundum à primo poſſeſſore deſertum à peræquatore ſuſcepi, illum perpetuo poſſideo, nec aliquis ſecurus petitor accedit, ſubaudi, excepto deſertore, qui admittitur uſque ad ſex menſes à tempore conceſſionis, non ultra, ut de cenſib.l.fi.

In quibus. Dicit Imperator ea, quæ donauimus aliquibus, & nos, & parentes noſtri perpetuo apud donatarios, & ſuos hæredes liberam alienandi inter uiuos habeant poteſtatem; ſed ſi emphyteuta non poterit uendere irrequiſito, vt dixi ſupra eod.l.1.

Quicunque. Cum fundi patrimoniales dantur in emphyteuſim emphyteuta, ſi eſt diues, promittere debet, ſub hypotheca rerum ſuarum, quòd nō deſeret illos fundos. contra quod ſi fecerit, reſtituat fiſco omne damnum. Si eſt inops dabit ſuper hoc fideiuſſores, ſic ſupra de om.agr. deſer.l. quicūque. Si autem aliàs talis cautio fuerit omiſſa ab his, qui eam exigere debuerunt, puta magiſtratus omne damnum, & pœnam propriæ negligentiæ fiſco reſarcire cogentur. Nota hic ultimo de pœna negligentium, vt dixi ſupra eo.l.2.

Omnes. Fundi, in quibuſdam Prouincijs, quæ in litera notãtur, fuerunt ab antiquis principibus aſſignati militibus, qui cuſtodiebant limina Imperij, ſi iſti fundi ab aliquo detineãtur, ſunt reuocandi ad ius priſtinum, reſcripto contrario Principis non obſtante. Nota caſum, in quo non ualet reſcriptum.

Vniuerſi. Ad euidentiam nota, ꝙ ſi habeo prædium tributarium fertile, poteſt ad aliud prædium accedere, & aſſignari mihi prædium deſertum ut ſupra de omn agr.deſer.l. Tyberianus. Sed hoc ſemper non eſt uerum. Ecce in illa lege ponitur differentia inter prædia patrimonialia tributaria, quæ quis emit à priuato, ſaluo canone, & ſic poſſidet priuato iure, & prædia tributaria patrimonialia, quę quis accepit directo a Principe in emphyteuſim. Item ſecundo poteſt dari prædium deſertum à perequatore, ſi prædium, quod poſſidet, ſit utile, ſed primo ſecus. Et ita ad cum, ſcilicet ad primum nunquam in alio cum uſuris acceſſerit, qui cõtrafecerit in patrimonialibus, i. peræquator punietur graui multa.

Fundes. Principes quoſdam fundos patrimoniales fertiles, & integris ſuis iuribus florentes, priuato iure, ideſt, ſicut quilibet priuatus conceſſit mihi in emphyteoſim ſub certo canone

canone. modo aliqui fundi sunt deserti, qui remanserũt in propria conditione, quia nemini sunt concessi, dicitur, quòd isti deserti, & fatigati debent à peræquatore adiungi alijs fundis fertilibus, & floridis, ut tantum soluatur pro istis desertis nomine tributi, quantum pro alijs. Nota quod dixi supra de omni agr. des. l. qui utiles, & l. qui fundos.

SVMMARIVM.

1 *Principis authoritas plus ualet quam pactio contrahentium: interdum æquiparatur.*

Ius emphyteutici. L. ista obscura multis modis potest legi, ut patet in gloss. ego tamen an nectam illum casum quem reputo veriorem, & pulchriorem. Et nota ad euidentiam quòd ille cogitur soluere tributum, uel canonem, qui possidet tributarium prędium, vel emphyteuticarium, & pone sic casum. Titius fundum patrimonialem, quem habebat in emphyteusim uendidit Męuio cum pacto, quòd uenditor, & non emptor teneatur soluere pensionem, dicitur quòd non obstante hoc pacto emptor tenetur soluere pẽsionem, nisi iudicio Principis illud pactum fuerit confirmatum, quia tunc immutabile illud pactum præcipitur perdurare, ergo patet intellectus principij huius legis, expone sic ius emphyteoti. idest, retenta a uenditore sine uinculo obligationis, idest efficatia obligationis, quia pacto fuit inefficax nisi iudicio &c. ut dixi, vel potest aliter exponi illud verbum, iudicio nostro &c. quod dicit, non potuit retineri à uenditoribus ius emphyteotici, quia pactum fuit inefficax, ut dixi, iudicio nostro præcipimus perdurare penes emptorẽ, subaudi. & sic nulla fiet exceptio ab eo, quod in principio. Secundo ibi possessionem &c. dicitur ꝙ si aliquis habeat fundum patrimonialem in emphyteusim, Titius eũ possidet 20. vel 30. annis, nullo modo sibi obligatum ab emphyteota uendicat, opponitur actio exempto exceptio præscriptionis, dicitur, quòd possessio, idest dominium, uitiosa uetustate temporis nõ adiuuatur, idest non præscribitur, & hoc est speciale in prędio patrimoniali. Nota casum, in quo non currit præscriptio, ut dixi supra de fund. limitr. l. fi. in fin. Item nota in princ. ꝙ onus comitatur rẽ,
1 vt dixi supra de ann. & trib. l. 1. Item nota in princ. secundum primum intellectum, quòd plus valet authoritas Principis, quàm pactio contrahentium, interdum æquiparatur supra de decurion vacuatis. Item nota casum, in quo est necessaria Principis uoluntas. de quo dixi supra de iur. fisc. l. prohibitum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta habet utile dominium, & etiam actionem in rem.*

Possessores. Qui habet fundum patrimonialem, uel emphyteosim ex Principis liberalitate non compellitur ipsum emere, sed perinde est securus, ac si emisset à nobili, uel ab alio, uel si fundum ex successione habuisset, & cum illius prędij sint domini, possunt præstare libertates mācipijs in eo ascriptis. Collige duo pulchra not. ex hac l. primo quòd licet ascriptitij non possint sine solo alienari, ut supra de agr. & cens. quemadmodum possunt manumitti, ut hic, & hoc ideo, quia prętores fauent liberta
1 tibus. de hoc dic, ut not. in l. quemadmodum. Secundò nota quòd emphyteuta habet utile dominium, & in nulla lege melius reperitur, quàm hic, nam omnes leges dicunt quòd habet actionem in rem licet non sit dominus, ut ff. si ag. uectig. l. 1. hic autem satis patet eum habere dominium, ex quo manumittit, ut supra de his, qui à non domino per totum, & ad idem facit supra eo. fundi, & infra defun. rei priu. l. 2. ubi dominos appellat, & infra de locat. præd. ciu. l. fin. vbi uidetur enim &c.

Nulli. L. ista localis est, nam prohibet fundos patrimoniales, qui sunt in oriente, posse concedi in emphyteosim, saluo, uel dempto canone, & punit contrafacientes, & dicit non ualere rescripta in contrarium impetrata.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei patrimonialis præscribitur 40. annorum spacio: contra priuatum autem minori tempore.*

2 *Dominio rei patrimonialis ut præscribatur, unum sufficit: in præscriptione autem canonis duo sunt necessaria.*

Iubemus. Si aliquis possedit fundos patrimoniales, uel templorum, uel agonithicos, cum agone, i. labore ad fertilitatē productos, vt prædia releuata, quæ cū essent palustrina, facta sunt terrena, possedit dico, uel ipse tm̄ vel ipse, & author suus facta continuatione tēporis spatio continuo quadraginta annorum, de possessione quidem, seu dominio illorum fundorum, nequaquam controuersiam patiatur, sed canonem debitum eis fundis pro qualitate ipsorum impositum indubitanter exoluat, & ita quan-

quantum ad excludendum omnem quæstionem super possessione uel dominio fundorum nomine publico mouendam, & exceptio nuda, id est nudæ possessionis, & sine titulo, vel cum titulo sufficiat, sed non proprerea solutioni debiti canonis præscribatur, & hoc dicit usque ad uers. fi. hos in adijciendo &c. Secundo dicitur, ꝙ si ex Principis concessione posederit dictos fundos, dempto canone, eos possederit, & super canonis præstatione nullatenus inquietari debebit, cum sit tutus, & concessione, & præscriptione quadraginta annorum, sed subaudi, sola concessio Principis fuisset sufficiens, quòd minus canonis soluere teneretur, nisi xx. annis interuenisset prescriptio, & sic tam in primo casu, quàm saluo canone prescripsit, durabit ius possessoris, nulla facta innouatione circa canonem, nec circa dominium controuersiam patiatur, & hoc dicit. No
1 ta quòd dominium rei patrimonialis præscribitur spatio 40. annorum, non longo tempore. sic tollitur cōtrarium supra ne rei dom. vel templ. per totum. contra priuatum autem præscribitur minori tempore. quod dic ut supra de omni agr. deser. qui agros, & l. pro locorum. Item nota quòd licet præscribatur dominio rei patrimonialis, non tamen solutioni canonis, vel tributi, ut supra de pręs. 30. ann. comperit. Item nota de continuatione possessionis, ut hic tan-
2 gitur, & plenè ff. de acqu. poss. l. Pomponius. In ultimo dicto nota quòd licet ad præscriptionem dominij rei patrimonialis, unū sufficiat, scilicet præscriptio sola, ut est dictum: in prescriptione canonis sunt duo necessaria, scilicet concessio, & præscriptio; quorum alter per se non sufficit, habes ad hoc concor. ff. de adopt. post mortem supra de testam. sancimus. ff. de trans. cum hi. §. si prætor cum multis simil. & de itin. actuque priu. in hoc. §. hoc autem cum simil.

Rubr. de mancipijs, & colonis patrimonialium, & saltuensium &c.

SUMMARIUM.

1 *Doctorum taxatio & nota, qui multoties committunt lectionem scholaribus.*

Emphyteoticos. Cum prædia cuiusdam uillæ Fiscus locasset pro mercede in pecunia cōstituta, & ea prædia postea in emphyteusim alteri concessisset, dicti coloni uolebant usurpare omnes agros, etiam illos, quos nullis culturis erudierunt, quòd nil emphyteotæ relinquerunt. Quare l. ista dicit,

dicit, quòd illa possunt usurpare, quare cultura propria addiderunt vt vineta, olïueta, fontes vero aquarum non, sed tantum emphyteutæ dent colonis de aqua, quantum sufficiat ad irrigationẽ agrorum, si ultra uelint coloni de aqua, conducant ab emphyteutis, & hoc dicit. Nota quòd in eo, quod dicitur in litera, & ego supra dixi, quòd nullis culturis erudierunt, sumitur arg. contra Doctores, qui multoties committunt lectionem scholaribus, nam de istis dici potest, quòd nullis culturis, & laboribus erudierunt Doctores suos. Item contra scriptorem, qui scribit per alium, & non per se ipsum.

Libertátes. Colonus simplex libertatem mancipijs fundorum patrimonialium præstare non potest, & præstitis non tenetur, quia non sunt domini, secus in emphyteuta, qui potest, ut supra tit. 1. l. possessores.

Cognouimùs. Princeps prædia sua patrimonialia primo locauit colonis, & postea dedit in emphyteusim, emphyteuta vult repellere illos colonos, & alios seruos suos, uel liberos subrogare, dicitur ꝙ non potest. Nota casum, in quo tenetur emphyteuta stare colono fauore fisci, sicut, & alibi emptor. ff. de iur. fisc. l. fin. regulariter contra, ut supra locati, emptorem cum simil.

Super. Coloni patrimonialium fundorum, si relicta cultura, ad aliquam militiam conuolauerint, sunt ad conditionem, & agriculturam propriam reuocandi, ad hoc facit, quod dicit infra de cohort. l. si cohortalis. Secundo dicitur quòd ueteranus honestæ, uel causatiuè militiæ sacramento solutus, subaudi, qui primo fuerat ascriptitius, non debet ad agriculturã deduci, quia tela, id est arma militaria non debent in usum uomeris, ligonisque conuerti, quod est satis not. dignum. Nota contra milites nostri temporis, qui dant operam culturæ agrorum, sed excusari possunt, quia in eis arma militaria deferunt.

Rubr. de fugitiuis colonis patrimonialibus.

Quicunque. Quidam colonus patrimonialis, cuius pater & auus culturæ fundorum patrimonialium fuerunt ascriptitij, transtulit se ad aliquam militiam, officij stipendia receperit, dicitur, quòd non prosunt ei percepta stipendia, quin ad culturam reuocetur agrorum. fallit supra l. prox. & infra de cohortal. & ibi de hoc.

Quisquis

Quisquis. Qui occultat colonum patrimonialem, debet ipsum restituere,& punitur in libra auri.

Cuiuscunque. Coloni patrimoniales, qui aufugerunt, nullo obstante Principis rescripto, sunt remittendi ad iudicium præsidis prouinciæ,& culturę restituantur agrorum. concor. in 1. l.& nota casum, in quo nõ valet rescriptum, vt dixi supra de pet. bon. subl.

Rubr. de collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticorum.

Emphyteuticarij. Licet emphyteutę patrimonialiũ prædiorum sint exempti à cæteris muneribus, tamen in refectione viarum debent conferre; quia ab hoc communi bono, quod est omnibus profuturum, eos non conuenit excusare. Nota publica vtilitas præfertur priuatæ, vt ff. pro socio, actione. §. idem Labeo.

Patrimoniales. Fundi patrimoniales non debent in totum, nec in partem à muneribus extraordinarijs prægrauari, cum sufficiat priorem canonem statutũ soluere siue in auro, siue in frumento, canon ille consistat; contrafacientes punit. facit supra de excus. mun. l. priuatę,& ibi de hoc dixi.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet subire debet munera secundum vires patrimonij sui.*

Omnes. Possessores patrimonialium fundorum, si in totum fundos possideant, vel pro rata, si in parte possident, debent agnoscere munera pertinentia ad dictos fundos, sicut,& quilibet priuatus cogitur munera subire pro modo rerum, quas possidet, & hoc dicit. Aduerte quòd dicit pertinentia; quia non
1 extraordinaria, ut supra l. prox. Item nota quòd quilibet debet subire munera secundùm vires patrimonij sui, vt plenè dixi suprà de ann.& trib. indictiones.

Placuit. Possessor fundi patrimonialis, siue emphyteutici potest annuum canonem soluere infra annum, quãdo velit,& quantum velit in qualibet vice, non amplius, quàm tribus vicibus.

nicibus totam annuam pensionem excludit, ita quòd ad dimidiũ ianuarium tota pensio sit soluta. Si rationalis noster secundum prędictam formam noluit solutionem accipere, nec uoluit apocam facere possessori parato soluere, ab his possessoribus, vel procuratoribus, eius protestatione præmissa, ut sic de facili sumatur uindicta, & possessoribus videatur esse consultum. Nota admittitur particularis solutio, regulariter contra, vt supra de vsur. tut. §. Lucius.

Per omnes. Duo dicuntur. Primo quòd præsides debent per singulas prouincias exigere publicum canonem, & tributum, concor. supra de exact. trib. l. missi exactum ad ærarium destinare. Secundo dicitur quòd qui ad alios vsus conuertunt, pœna grauissima ferientur.

Rubr. de fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus rem, quam uendidit, non euincit.*

Vniuersi. Res, quas emi à fisco, à me non poterint auocari per fiscum, uel alium, sed ipsas firmiter possidebo & ad posteros meos transmittam, & intellige l. istã, nisi ab alio pre-
1 cium augeatur, vt supra de uend. reb. ciu. l. 1. Item nota quòd fiscus rem, quam uendidit, non euincit, ut supra ne fisc. rem, quam uend. euinc. l. vna.

SVMMARIVM.

1 *Censuali re augmentata diligentia possessoris, non augmentatur census.*

Hi quos. Qui uolunt prædia rei priuatæ, & fisci conducere ad emphyteosim adeant præsidem, & hoc ei declarẽt statim quòd tantum dabunt quolibet anno de isto prædio, quantũ potest annuatim ex eo percipere tempore concessionis. Sed si cultura, & diligentia sua effecerint fructuosius, non debent augmentari pensio, uel census, & sic prosit sua diligentia. Secundo ibi, si quis &c. dicitur, quòd si quolibet anno non soluat debitam pensionem, siue censum fisco de rebus suis, sine dilatione cogetur. Tertio

sane &c.

sane &c. dicitur ꝙ si non est soluendo ad alium idoneum eo iure, quod sancimus, scilicet sine diminutione veteris mercedis, dicta prædia transferantur. Sed ille nouus possessor non tenebitur ad reliquas pensiones, in quarum solutione prior cessauit, & hoc dicit.

1 Nota arg expressum, ꝙ augmentata re censuali, non augmentantur census, quod intellige si augmententur diligentia possessoris, vt supra de præd. nauicul. l. 2. & est ratio ne dolerent diligentes &c. vt supra de alluu. & pal. l. fi Si verò ex alia causa augmentetur, tunc dic, vt plenè not. extra de censib. cap. prohibemus. Istam institui feci, quòd qui volunt concedere domum aliquam fisco ad in censum, si ea annuatim valet vnam vnciam, non debet eam concedere pro dimidia, & hoc facit contra me. Tertio nota quòd solertia debet diligenti prodesse, vt supra de alluu. l fi & depos. l. fi. Quarto nota ꝙ vbi publica prædia tributaria venduntur, non tenetur emptor ad aliquid, vt hic, supra de om. agro des. l. quicunque, & l. locorum, in fi. & de censib. l. fi. secus si tributarius alienat, vt in l. imperatores. ff. de publican.

Quicunque. Habebam fundum patrimonialem ad certum censum, vel iure emptionis, vel conductionis ad emphyteusim: quia non eram bene soluendo, alienaui in alium magis idoneum, non est dubium, quòd ille possessor tenetur soluere incensum. Ego tamen ero fisco obnoxius, & hoc dicit, & sic concor. cum auth. de mand. princ. §. & non permittas, quæ not. supra sin. cens. vel relig.

SUMMARIUM.

1 *Princeps quare potest cognoscere pro re ecclesiastica.*

Vniuersi. Duobus modis, intellige primo si templa habent aliqua prædia patrimonialia ad emphyteusim ab imperatore, per rationales defendantur speciali studio dicta prædia, & mercedes exigentur à templis: vel secundo loquitur de prædijs templorum, quæ pertinent ad curiam rationalium, vt non vexentur, subaudi, aliquo extraordinario, vt in authen. de eccles. tit. §. ad hæc sancimus, & etiam mercedes, templis debitæ, exigentur

1 per eos. Nota argumen. pro ecclesiastica re potest cognoscere Princeps, quia peculiari studio Princeps debet defendere res ecclesiæ, & argumen. Istud multis est incognitum. Et quando clerici eligunt forum Principis, vel alterius, dicunt quòd faciunt ad instar minorum, nam minoribus æquiparantur, vt in l. inter diuinum,

ſed ſimilitudo inuenitur in reſtitutione, ut extra de reſt. in integr. non in fori electione, præterea non quilibet minor eligit forum, ſed pupillus tantum, ut in tit. quando Imper. inter pup. & uid.

Vſus aquæ. Qui ſubtrahit aquam publicam agrorum publicorum irrigationibus deputatam, quia per hoc fertilitas fundorũ publicorum deſtruitur, & ſterilitas prouocatur, tenetur, nullius temporis præſcriptione obſtante aquam ſubtractam publicis vtilitatibus reſignare, dic plenè, vt ſupr. de aquæd. l. decernimus, in fi. in prin. l. & facit ſupra de ſeruitut. l. præſes.

Eum qui. Si colonus publicus, uel priuatus, ſubaudi cenſitus alicuius curiæ per 30. continuos annos ſeruierit, nec per rem publicam, nec priuatam à curia, poterit reuocari. Nota ad hoc quòd præſcribatur ſpacio 30. annorum, colonus cenſitus publicus, uel priuatus, tria ſunt neceſſaria, vt per alium nõ ſeruiat ſolo, ut ſupra de agr. & cenſ. cum ſcimus, in fi. & quòd ab aliqua curia poſſideatur, vt hic, & quòd non ſit ſeruus Principis, ut ſupra ne rei dom. uel templ. l. 1. Si uero à nemine poſſidetur, ſed fuit in quaſi poſſeſſione libertatis, nec per alium ſeruiuit; tunc habet locum præſcriptio 40. annorum, ut ſupra de præſ. 30. ann. omnes in fin. & ibi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Emens aliquid contra legum interdicta precium amittit, quia uenditio nõ ualet, uenditore uendicatore. Secus ſi res eſt aliena,*

2 *Sumptus facti circa meliorationem rei quandoque non computãtur: ſecus facti circa fructus.*

Nemo. Habebat Imperator aliqua prædia, ex quibus, uel pro quibus ſoluebant alij canonem. Palatinus uendidit iſta prædia dempto canone, ideſt eo pacto, ut emptor non teneretur ſoluere canonem, & dicitur hic. Primo quòd talis uenditio non ualet, & emptor quod dedit precium, amittit, & fructus reſtituere cogitur compenſatione, ideſt reputatione ſumptuum non admiſſa, quos circa rei meliorationem dixerit ſe feciſſe. Secundò dicitur, quòd emptor non poterit præſcribere, niſi ſpacio quadraginta annorum. Tertio punitur Palatinus. Quarto contra hoc
1 reſcriptum Principis non ualere & hoc dicit. Nota in primo dicto, cum aliquis emit contra interdicta legum, non ualet uenditio, & precium amittit etiam, quod eſt mirabile, uenditore, vendicatore,

tore, vt hic, & supra de agr. & cens. l. quemadmodum. secus si emeret rem alienam, quia tunc precium repetit, nisi sciens emit, quo casu perdit, nisi fuerit stipulatus, vt supra de euict. cum fundus. Se-
2 cundo nota casum, in quo non computantur sumptus facti circa meliorationem rei, secus si essent facti circa fructus, quia tunc nullus casus interuenire potest &c. vt ff. fam. erc. fundus, qui in princ. Tertio nota ꝙ punitur emptor, vt hic dicitur, cum emit dempto canone rem quā fiscus ab alio in emphyteusim habebat, secus si emit à priuato emphyteuta eodem pacto, quia valet venditio, sed pactū solūmodo vitiatur, vt supra de fun. patr. l. ius emphyteutici, & infra de diuers. præd l. pen & dic, vt ibi dixi. Itē nota in secundo dicto casum, in quo non valet prescriptio, sed longissima sic in tributis aūt, nec longissima valet, vt in l. cōperit, & alij casus sunt supra de fund. limitr. l. fi. In tertio dicto punitur officialis propter negligentiam, quod dic vt supra de fund. patrim. l. 3. In vltimo nota casum, in quo non valet rescriptum, quod dic, vt supra de pet. bon. subl. l. fi.

Rubr. de fundis, & saltibus rei dominicæ.

Si quis. Qui immittit animalia in saltus, idest pascua Principis, punitur, & procurator fisci punitur grauissimè, qui accepto precio illi immissioni consentit Andreas.

Si qua loca. Pone casum in terminis Titius habebat à Principe certa prædia in emphyteusim, vel ad certum censum, ponamus duarum vnciarum auri annuatim venit Seius ad Imperatorem, & mentitus dicit ꝙ Titius dabat dimidiam vnciam, & ipse paratus erat dare vnam vnciam, & sic Imperator ignarus facti concessit Seio, & occasione illius priuilegij, Seius occupauit illa prædia, & per longum tempus sic possedit, soluendo illum censum minoratum, vel prius occupauit, & postea impetrauit rescriptum; dicitur ꝙ res debet ad primum censum, & primum emphyteutam redire, non obstante rescripto, vel præscriptione temporis, & hoc dicit. Nota casum, in quo non valet rescriptum. Item qui occupat solum alterius per rescriptū, in possessione non defenditur vnquam.

Rubr. de agricolis, & mancipijs dominicis.

SUMMARIUM.

1 *Idonei qui minus sunt, debent eligi in defectum legitimi.*

Q 2 Nullus.

Nullus. Coloni originarij Principis non debent eligi ad honores; nam hæ nominationes debent fieri de florentibus ordinibus iuris, & non est descendendum ad istos infimos,
1 nisi in subsidium, & hoc dicit. Nota quod eliguntur minus idonei in defectum legitimi; qui aliàs non admitterentur, & quæ sit ratio dic, vt not. supra quemad. ciuil. mun. in d.l. 1.

Colonos. Dicitur hic, quòd coloni patrimoniales, si sunt subtiles, bene debent deputari ad ratiocinia gerenda, si sunt de grossetto, ad agriculturam, non autem debent suscipere administranda negocia priuatorum.

Serui. Coloni ascriptitij patrimoniales, vel eorum filij, qui recedunt à solo, & stant in seruitio militum, vel peditum, vel etiam ipsi militant, iubet Imperator eos retrahi ad solum, facit supra de manc & col.l. fi. & quòd ibi dixi, & supra de collat. fund. l. j. & de cohortal. l. si cohortalis, & quæ ibi dixi.

Ex ingenuo. Qui nascitur ex ingenuo, seu colono, & ancilla Principis, sequitur matris cōditionem, vt supra de agr. & cens. l. diffinimus.

Dominicos. Patrimoniales coloni non vocantur ad extraordinaria munera, maximè cùm non sit consuetum. Nota pro cōnsuetudine, vt dixi supra de exactor. tribut. missi.

Quoties. Si Princeps velit vendere aliquod prædium suum alicui colonorum suorum, non vendat vni tātum, quia posset esse multum superbus, & molestus consortibus, quia rustici superbiunt, cum ditantur: quare debet vendere duobus colonis; uel tribus, & hoc dicit. Nota non admittuntur quilibet ad emendum, sed consortes alijs præferuntur, sic supra non lic. habit. metroc. l. una, & regulariter contra supra de contrahen. emptio. l. dudum.

Rub. de præd. timiacis, & de his, qui ex colonis &c.

Si liber. Ad euidentiam nota quòd tamiaca prædia dicuntur prædia Principis, in quibus sunt cellulæ, & mancipia ibi deputata vocantur tamayca. Et in hac l. dicuntur duo: qui nascitur

ſcitur ex patre tamiaco,& matre libera,vel colono,vel patre libero vel colono, & matre tamiaca, eſt tamiacus, & ſic filius eſt ſemper tamiacus. concor.ſupra de murileg.l.antepenult. Item inſpicitur hic conditio,quæ obeſt,ut ibi not. Item nota, eſt hic caſus ſpecialis,quòd filius coloni non ſequitur patrem,vt ſupra tit.1.l. ex ingenuo. Secundo dicitur,qui naſcitur ex ſeruo,vel aſcriptitio, & colona,vel è contra,ſequitur matrem. concor. ſupra de agr. & cenſ. nè diutius,& l. fin.

SVMMARIVM.

1 *Cautela abundans non nocet.*

Meminimus. Dicit Imperator, ꝙ ipſe fecit quandam legem,quam non habemus,per quã ſtatuit, vt prædia tamiaca, & gomatica, ſcilicet patrimonialia vendantur volentibus ſibi vendi ſub certo canone noſtro ærario transferẽdo, per quam legem licet emptoribus plena ſit data ſecuritas,vt perpetuo prædia maneant apud eos, tamen nihilominus muniuit em-
1 ptores perpetua legis authoritate præſentis. Et ſic nota quòd abundans cautela non nocet.

Rubr. de diuerſ. præd. vrbanis, & ruſticis &c.

Pro ædibus. Aedificaui in ſolo publico, cogar per officiũ præſidis æd annuam penſionẽ, & hoc ſubaudi,ſi præſidi videbitur:aliàs poterit vendicari illud opus, vel demoliri,vt ff.de oper. pub.l. ſi legatum.§. fin. & ne quid in loc.publ.l.2.§. ſi nemine.

Etiam ciuitates. Ciuitates poſſunt habere proprium, & legari poteſt eis,vt ff.de leg. 1. l. ciuitatibus,& ad trebell.l. omnibus.

Reſtaurationi. L.iſta malè ſeruatur,mandat Imperator, vt tertia pars prouentuum, quos recipit de qualibet ciuitate,in refectionem murorum ſeruetur.

Eos. Si enim rem aliquam patrimonialem perpetuo, non aufertur per alium,ſubaudi plus offerentem, & hoc dicit, & ſic nota, ꝙ non habet locum licitatio in prædijs patrimonialibus, nec datis in emphyteuſim,ſecus ſi locentur ſimpliciter, ut dicã infra tit.1.l.2.& infra eo.ſecus iure fiſci,ut ſupra de uend. re. ciu.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatibus magis quam priuatis fauet imperator.*

Si qui. Titius habebat prædia alicuius ciuitatis ad certum redditum, siue canonem, puta in emphyteusim: ista prædia alienauit mihi titulo emptionis, vel donationis, vel quolibet alio, dempto canone, idest eo pacto, vt ego possessor non tenerer ad canonis solutionem, sed ille, qui vendidit. dicitur hic, quòd alienatio benè valet, sed pactum non valet, immo tenebor ego possessor soluere canonem ciuitati, & maximè Constantinopolitanę ciuitati, cui maior debetur fauor, & red[illegible]tur ratio in littera, quare Imperator est sollicitus de vtilitate, ne fraudetur à priuatis, quia sicut priuatorum iura non patimur deperire, ita multo magis præbenda sunt ciuitati, quæ debentur, & habet hoc locum à consulatu ansonij, & olibij, & sic trahitur ad præterita, de quo non curo, & hoc vsque ibi, si quæ tamen &c. Secundò ponitur. Aliqua ciuitas habebat rem ad emphyteusim à fisco, vendidit mihi ciuitas dempto canone, valet venditio, vt supra dixi, sed non pactum, sed non habet per omnia locum ea, quæ dixi in prima parte huius l. quia ibi teneor soluere ciuitati, hic ærario publico; dominio rei emptæ vtroque casu apud emptôres, & suos hæredes in perpetuum permanente. Et hæc nota diligenter, & videas tenorem aliarum legum, quæ videntur repugnare, cum quis emit dempto canone rem ad emphyteusim ciuitatis, vel fisci, vt supra de fund. patr. l. ius emphyteutici, valet alienatio, sed non valet pactum, nisi interueniat Principis assensus, vt in l. ius. si modo quis emat à Principe, qui est emphyteuticarius dempto canone, nec valet venditio, nec pactum, & punietur emptor in amissione precij, & sumptuum, vt supra de fund. rei priu. l. fin. nam l. illa sic est intelligenda, quando princeps erat emphyteuta, vt ibi not. in glo. & ego dixi. Si quæratur quare magis damnatur illa conuentio dempti canonis, quando princeps erat emphyteuta, quàm quando emi ab emphyteuta fisci. Respon. plus fuit abominabile legi, vt princeps non possidens solueret, quàm si fisco minimè à possessore soluatur. Nota ergo, vt in glo. hic, differentias inter prædia ciuitatis, & Cæsaris, & lex illa supra de fund. rei priu. l. fi. loquitur in prædio patrimoniali, & tamē dicitur idem ꝙ hic. Secundò ꝙ onus comitatur rem, de quo dixi su-
1 pra de ann. & trib. l. 1. Tertio nota ꝙ plus fauet Imperator ciuitatibus, quàm priuatis, vt patet supra de sacros. eccles. vt inter.

Hac.

Hac. Martianus concessit ciuitati Nicenēsium, & quibusdam nobilibus de territorio Apamenæ ciuitatis, vt de reddit u, seu canone, quod soluere debebat dicta ciuitas, certam acciperet quantitatem, quod priuilegium fuit malè seruatum eis ad tertia m indictionem lapsam à tempore huius l. quare mandat Imperator Zeno, qui fecit legem istam, restitui illam quantitatem dictis nobilibus, & remoueri quicquid fuit in eorum præiudicium attētatum. Et sic nota argum. pro priuilegiis renouandis, vt in auth. de hæred. & falc. §. 1. Secundò dicitur quòd nō valet decretum iudicis, nec rescriptum principis contra prædictum priuilegium acceptatum. Tertio punit contrafacientes.

Rub. de locatione prædiorum ciuilium, vel fiscal.

Diui Patris. Qui habent locare prædia publica, sciant locationes ad eorum periculum pertinere, & ideò debent esse, vt deuoti, & solliciti, vt ius publicum non vacillet, & locare prædia idoneis, & locupletioribus, & idoneis fideiussoribus præstitis, aliàs damna reipublicæ resarcire tenentur, & hoc dicit. Nota quòd locanda sunt idoneis prædia, sicut & alia munera idoneis, & diuitibus indicuntur, vt supra de decurion. l. ad subeunda. Item quod dicit de fideiussione, est verū si non habeat idonea prædia, vt supra de fund. patr. quicunque. Item nota ultimò quòd punitur negligentia officialis. de hoc dixi supra de fund. patr. l. 2.

Fundi. Si fundum patrimonialem ego accepi nō titulo temporalis conductionis. Sed ad perpetuam emphyteusim non debet mihi res auferri, prætextu maioris precij ab alio postea oblati tempore tamen contractus, & semel tātum admittitur licitatio, & hoc dicit. De materia huius legis dicam infra eo. l. fi. Et nota quòd hic dicitur, quòd semel sufficit, de quo dic, vt ff. de aqua plu. arcen. in conducendo.

Loca. Cum patrimonialia prædia sunt cōducenda, vel concedenda ad emphyteusim, vel ad censum perpetuum, debent præponi edicta, idest debent subhastari, & si multi concurrūt in ipso contractu, dabuntur ei, qui plus obtulerit, sed postquam fuerit ei data, erit perpetuò penes eum, non auferetur alio maius precium, postea offerente, & h. d. aliud in conductore tantū temporali, quia tunc omni tempore admittitur licitatio, vt infra l. prox.

Congruit. Si conduxit aliquis prædia publica ad tempus, non in perpetuum, quandocunque infra illud

tempus admittitur licitatio plus offerentis, ſicut fit in regno in gabellis. Sed ſi primus conductor velit dare quantum fuit oblatum à ſecundis, prædia non auferuntur primis ſimile in pacto adiectionis in diem, vt ff. de in diem adiect. l. licet. Sed hoc non obſeruatur in regno, & gabellis, quæ auferuntur primis gabellarijs, niſi plus offerant. Secundò nota differentiam inter perpetuum conductorem, nec tantum per annum, vt dicam.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum principis non poteſt tollere dominium.*
2 *Factum punitur etſi non tenuit.*
3 *Qui habet ius in re aliena, & eam donat, ius non rem donare videtur.*

Prædia. L. iſta habet duas partes principales. Prima loquitur de locatione fundorum publicorum perpetuo vſque ad §. ſanè. Secunda de locatione temporali, & ponit differentias inter eos locatores. Et in prima parte dicuntur quatuor. Primo præmittitur aphoriſmus ſiue regula generalis, ſi prædia publica in perpetuum ſunt locata apud aliquem in emphyteuſim, erunt perpetuò apud eum, ideſt quandiu ſoluerit canonem. Secundo ibi, oportet enim &c. dicitur quòd ſi reſpublica prædia mihi perpetuò conceſſa alteri donauit, quòd nō valet illa donatio, vel reſcriptum, & Comes rerum priuatarum punietur, ſi illius donationis litteris acquieſcens, me prædictæ rei poſſeſſione turbauit iubendo me de poſſeſſione exire, licet ille iuſſus nullam habuerit firmitatem. Tertio ibi, ſed nec &c. dicitur ꝙ nec ab emphyteuta, nec à ſucceſſoribus ſuis erit dicta poſſeſſio ſubtrahenda occaſione maioris precij ab alio oblati. Quarto ibi, ſanè &c. dicitur quòd Imperator licet non poſſit donare alteri extraneo rem, quam mihi locauit, tamen bene poteſt donare, quod habebat in ipſa re, ſcilicet dominium directum & remittere penſionem, & ſi rem donet, ius illud donare videtur. In ſecunda parte ibi ſanè ſi quis &c. dicitur quòd ſi locatio fuit temporalis, & poteſt Imperator donare cui velit, & admittetur licitatio plus offerentis quandocunque infra tempus, & res auferentur mihi, niſi velim tantum, quantum ab illo fuit oblatum offerre, & hoc vſque ibi; ſi verò &c. vbi reddit ad primum dicens ſi perpetuam conceſſionem merui, quòd tunc res apud me perpetuò durabit. Nota in primo dicto quare dicitur conceſſio in emphyteuſim perpetuo, quia quandiu ſoluit debitum, nō eſt ei res
1 auferenda, vt inſt. locati. §. adeo. In ſecundo dicto nota, ꝙ Imperator non poteſt mihi rem perpetuo acquiſitam alteri donare, & ſic dominium

dominiũ per reſcriptum Principis nõ tollitur, ut dixi ſupra de agr. & cenſ.l.originarios,& eſt ratio quia eſt immutabile,vt inſt. de iur. nat.§.pen.& ne iniuriarum inde naſcatur occaſio &c.vt in l.memi-
2 nerint.Item nota quòd punitur factum,etſi non tenuit, ut ff. ad ſyl lan. ſi quis in graui.§. ſi quis.codicillos,cũ ſimil.& optime infra qui mil. non poſſ.l. his arg. contra.ff.quòd cuiuſque vn.l.1. in fi.cum ſimil.dic vt ibi. In tertio dicto nota quòd in perpetua locatione, vel rei publicæ non eſt locus adiectioni,ſubaudi,niſi ſemel in ipſo con tractu,uel infra tempora præſcripta,ut ſupra eo.l.2.& 3.ſed in loca
3 tionibus temporalibus quandocunque, ut patet ſupra l. prox. In quarto nota qui habet ius in re aliena, & donat eam, non ipſam rem,ſed ius donare uidetur,idem ſi uẽdidit,ut ff.de contrah. empt. l.qui tabernas.Idẽ ſi legauit,ut ff.de leg.1.ſi domus.§.fi.Idem in eo, donat eccleſiã, quia uidetur donare ius patronatus, quod habet in ea, & epiſcopus uidetur donare epiſcopalia, ſed ſi aliud habet temporale,ut donatio aliquid operetur,videtur donare ſpirituale, vt extra de donat. cap.paſtoralis. Andreas.

Rubr. de conductoribus, & procuratoribus prædiorum fiſcalium &c.

SVMMARIVM.

1 *Fiſcalibus in cauſis ſeruandus eſt ordo iuris,& ſic offerendus libellus.*
2 *Delicto conſummato non eſt pœnitentiæ locus.*
3 *Delictum familiaris magis quam extranei puniri debet.*

Conductiones. Duo dicuntur hac l. primò quòd conductores,& homines domus Imperialis,cum habent aliquod litigium de domo, vel re Principis debent mouere,& ſuſcipere actiones ad inſtar omnium hominum, qui debent iuris ordinem obſeruare. Secundo dicitur, quòd iſti conductores,& homines Principis non debent procurationes, vel patrocinium,vel exequutionem in cauſis aliorum,ne ſui fomite patrocinij iura conturbent,nec aliquid deferant in fiſcum,ſi enim fecerint punientur:ita quòd poſt delictum non poterunt pœnitere, & grauius punientur iſti,quàm cæteri:quia,cum ſint homines Principis,
1 magis tenentur Principis cuſtodire mandata. Nota quòd ad hoc lex inducitur, ꝙ in cauſis fiſcalibus ſeruandus eſt ordo iuris, & ſic eſt offerendus libellus,& optimè hoc dicitur ſupra de delator. l. pe.

& ad

& ad idem supra de conuen.fisc. debitor.l. pen. & sic patet solutio illius quæstionis, an de iure nõ sit aliquis citatus à procuratore fisci, vt ostendat iura sua & si non ostendat, quòd spolietur castris, quæ possidet, ut de facto uidi, nam non est secundum iuris ordinem, vt possessor teneatur suæ possessionis titulum edocere, ut supra de rei uend.l.fi.& supra de probation. siue possidetis, & de petit. hæred.l. cogi. Item uide quod dixi de oblatione libelli supra de naufrag.l.de submersis; nec enim publicè prodest singulis adminicula denega-
2 re ut supra de sent.præf.prætor.l.1. Secundo nota quòd serò aliquis pœnitet post delictum consumatum, nec enim est pœnitentiæ locus, facit ad hoc supra de apost.l.3.in fin. Fallit in casibus, in quibus
3 est locus pœnitentiæ, ut not.ff.de furt.l.qui ea mente. Tertio nota quòd grauior est offensa, quam facit familiaris Principis, quàm extraneus, & sic plus debet puniri delictum consanguinei, quàm extranei, ut patet per tot tit.de parricid.arg.contra ff.de frat.l.furta domestica. pro hac l.ff de rer.diuis.l.fi. Interdum tamen consanguinitas excusat, dic, ut not.ff.de receptator.l.1.& quando excuset cõsanguinitas, dic ut not.ff.de rei uend.non solum §.denuo.

Rubr. Quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet.

Nullus. Prohibentur Palatini, Milites, & curiales ad conductionem accedere.

Rubr. De collatione fundorum fiscalium, vel rei priuatæ &c.

Ordinariorum. Præses Prouinciæ, & sui officiales debẽt adesse, & præstare auxilium rationalibus Principis circa conueniendos conductores dominicos ad exigendam mercedem ab eis, & non cognoscit præses huiusmodi conductores dominicos, sed una cum procuratore cæsaris, idest rationali, ut hic & supra ubi caus. fisc.l.cum aliquid.

SVMMARIVM.

1 *Officiales cum mittuntur, debent habere litteras credentiæ.*

Palatinos.

Palatinos. quod sit officium comitis rerum priuatarum, dixi supra de susceptor.l. duos. Item Comes rerum priuatarum mittit suos officiales, qui uocantur hic Palatini, ad prçsides prouinciarum cum suis literis, ut sint dicti præsides prouinciarum solliciti circa exigendas mercedes à cōductoribus dominicis. Si isti Palatini quid male fecerūt, puta quia concusserunt possessores, referent præfecto prætorio, ut seuerissimè puniantur. Nota cū
1 mittuntur officiales, debent habere literas, aliàs non creditur eis, & de hoc, ut dixi supra de iur.fis.l. prohibitum. Secundò nota casum, in quo crimina superiori referuntur, sic & supra de episc.aud.l. ad- dictos, & infra de re mil.l.tribuni, & l.nemo, cum simil. regulariter contra, quia non iudici, sed Principi sunt referenda crimina, ut supra de præf.Illir.l. si quos.

Omnia. Prædia fiscalia non excusantur, quin teneantur conferre in emptionem, & transuectionem specierum, & fecit supra ut nem.lic.in empt.spec.l.1.

Rubr. de Priuilegijs domus Augustæ, vel rei priuatæ &c.

Priuatas. Ab omnibus sordidis, & extraordinarijs muneribus liberantur possessores Principis, & coloni, & inquilini ipsorum, non autem ab ordinarijs ut supra l.prox & facit ad hanc.l. supra de agric.& manc.l. dominicos, & de pascuis.l.fi. & de coll.fund.patr.l.1.& 3.& de agr.& cens.l.1.cum similibus.

SUMMARIUM.

1 *Leuius portatur quod portatur a pluribus.*

Rem priuatam. Mandat Imperator, vt prædia sua non excusentur à transuectione specierum publicarum, imò conferant prædia sua, & hoc causa leuandorum Prouincialium. Secundò dicitur, quòd quadam occasione ista fuit iussio prætermissa, & erat occasio talis, quia quibusdam temporibus species, & frumenta publica fuerant translata ad loca ualde remota, & sic prædia fisci cęperunt excusari. vnde vult imperator, vt hodie fiat translatio ad loca proxima, ut antea fiebat, & sic prædia
1 fisci non excusabuntur, & hoc dicit. Nota quòd leuius portatur,

quod portatur à pluribus, ut hic & supra de exact. trib. l. exactores Secundo nota q hic colligitur, q soli prouinciales sunt tributarij, quod dic ut supra sine cens. vel reliq. l. omnes. Tertio nota quòd transuectio debet fieri ad loca proximiora, quòd magis fieri potest ut supra de annon. & trib. l. pro locis. Quarto nota illa pulchra uerba, sed excessit occasio iussionem.

Pro Tyronibus. Certus redditus erat statutus tyronibus cuiusdam militię ciuitatis: quem redditum prædia prouincialia tenebantur conferre: dicitur hic q non excusantur ab hoc onere prædia Principis.

Absit. Instructio uiarum publicarum, & Pontium non connumeratur inter sordida munera, & ideo prædia Principis non excusantur, & hoc dicit. Nota quòd non excusantur Principis prædia ab instructione viarum, & Pontium, ut hic, & facit supra de sacros ecclesi. l. ad instructionem, nec naues eius excusantur à nauicularia functione, idest à transuectione, ut supra de nau. non excus. l. 2. & supra titulo primo, l. 3. Nec à coemptione specierum, ut nem. lic. ab empt. spet. l. una. Nec ab eo, quod dicitur supra l. proxim.

Excepto. Patrimonium Principis excusatur à superindictione cæterorum non excusatur. Nota patrimoniũ Principis non recipit superindictum, non sordidis oneratur muneribus ut supra de excus. muner. l. pen. & l. priuatæ, & supra eod. l. absit, cum simil.

Rubr. de Grege Dominico.

SVMMARIVM.

1 *Parcitur sponte offerenti: non item in furtis.*

Præpositis. Qui furatur equum Principis de grege Dominico, idest Principis, restituto equo, soluit librã auri, si uero de alijs, gregibus soluat pro quolibet equo sex uncias, ab hoc autem eximitur fur, qui equum sponte obtulerit, & hoc di-
1 cit. Nota, parcitur sponte offerenti, sic supra de his, qui se defer. l. 1. & supra ad l. iul. maiest. l. si quisquis in fi. & supra de alie. iud. mut. in fi. cum simil. multis ibi no. secus est in actione furtiua, quę datur contra

tra furem, quia ibi non est locus pœnitentiæ, ut ff. de furt. l. qui ea mente, & not. hic quæ ibi not.

Rubr. de Palatijs, & domibus dominicis.

Consecratus nobis. Non debent priuati habitare in palatijs publicis, exceptis iudicibus, ut supra de offic. rect. prou. l. fi.

Rubr. de cupressis ex luco Daphnes, uel Perseidis per Aegyptum &c.

Si quis. Parum ualet, & titulus, & lista. dicitur hic, quod emptor, & uenditor cupressi puniuntur in v. libris auri.

SVMMARIVM.

1 *Labor non debet esse sine mercede.*

Omnes. Prohibentur in partibus Syriæ decidi cupressus. Sed olim erat talis consuetudo, ut qui plantat unam cupressum paruã, possit aliam cupressum magnam excidere, hoc in posterum prohibetur, & dicitur, quòd qui plantat unam cupres-
1 sum, habeat unam libra auri de publico. Nota quod labor non debet esse sine mercede, de hoc dixi sup. de profess. & med. l. medicos in fi. 1

Explicit Liber Vndecimus.

COM-

COMMENTARIUM SEU LECTURA

In Duodecimum Librum Codicis:

Auctore Andrea de Barulo Neapolitano, Iurisc. celeberrimo, Regioq; consiliario.

Rubr. De dignitatibus.

SUMMARIUM.

1 *Uxores sequuntur conditionem virorum.*
2 *Mulieres possunt habere dignitatem, sed non administrationem.*

Si ut proponitis. Mulier, quæ habet patrem, uel auum consularia, uel illustris dignitatis retinet eandem, si nupsit homini clarissimo, non priuato, & hoc dicit. Nota differentiam inter dignitatem, non perstat si nubat postea homini minoris dignitatis, ut infra eo. l. mulieres, in fin & supra de collation. l. fi. At pater, vel auus præstat aliæ filiæ propriam dignitatem etiam si nupserit homini minoris dignitatis, dummodo non plebeo, ut ff. de senator. fœminæ, & hæc differentia notabilis per l.
1 hanc colligitur. Secundo nota quòd uxores sequuntur conditionem virorũ, quod dic ut infra eo. mulieres. Et hic est casus, in quo vxores maritos excedunt, quia retinent paternam, quæ erat maior
2 maritali. Tertio nota quòd mulieres possunt habere dignitatem, sine administratione, ut hic, & ff. de regul. iur. l. 2. ut & dixi de mulier. & in quo loc. l. vna. Quarto nota quòd ista nobilitas, vel honor, qui uenit per accidens, idest per dignitatem non durat post pronepotes, ut supra de quæstion. diuo.

SUM-

SVMMARIVM.

1 *Infamiæ duplex effectus: & quales.*

Neque famosis. Infamia facti, vel iuris notatis portæ dignitatis non patent. Nota ad l. istã quę dixi s. de infamia. l. una. Itẽ nota ꝙ duplex est effectus infamiæ, vnus,
1 ut hic, alius, vt supra de inoff. testa. si fratres; Itẽ not. quòd infames repelluntur ab aduocando, ut ff. assessor. l. 2. & à testimonio dicendo, ut ff. de postul. l. 1. Et à sedendo, ut ff. de assessor. l. 2. de testib. l. 3. Et à iudicando, ut ff. de iudic. cum prætor, & à qualibet dignitate, ut hic, habita, & habenda, ut infra eo. iudices. & sic magis impediũt infamiæ; quàm valetudines, quæ non reijciunt titulo iam promotos, vt ff. de postul, l. 1. § casum. nõ autem infamia repellit à procuratione, ut inst. de except. §. fi. nec arbitrio, ut ff. de arbitr. l. parui. Nec à quolibet honore, ut dixi supra de infamib. In urbe tamen non habebũt; nec ubi est Princeps, ut de colon. thracens. l. 3. & ff. de excusat. tutor. l. milites. §. in grauamine. Andreas.

Maior. Qui de minori dignitate prouehitur ad maiorem, primæ retinet priuilegium dignitatis. Nota quòd durat Priuilegium primæ dignitatis cum dignitate secunda, & de hoc dicam infra de prox. sacr. scrin l. iubemus. Secundo nota quòd hic est gradus, ut de minori dignitate, quis ad maiorem ascendat, ut ff. de muner. & honor. ut gradatim, non è contra ut supra quemadm. ciuil. mun. l. 2. dic, ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Rerum appellatione continentur & homines.*

Senatorum. Mandat Imperator, ut res senatorum, & homines ipsorum uasalli, seu familiares sint exẽ
1 pti ab omnibus oneribus sordidis. In hac l. collige vnum notabile, ꝙ appellatione rerum continentur, & homines, & immunitas data rebus, & hominibus data uidetur. Et sic est arg. ex quæstione, quę erat inter prælatos, & Regem, qui prælati immunitatem cõcessam terris Ecclesiæ volebant extendere ad uasallos.

Nemo. Prohibentur præfecti aliquod munus sine conscientia Principis iniungere senatori: sed solus Princeps iniungat, vel de eius mandato onus iniungitur senatori. Nam tunc

non est

non est onus, sed dignitas, quod ab Imperatore mandatur. Nota nobilem l. quòd quicquid iniungitur à Principe, est dignitas. Secũdo nota casum, in quo est necessaria Principis auctoritas, quod dic ut supra de iur. fis. l. prohibitum.

SVMMARIVM.

1 *Conditioni propriæ quilibet debet deseruire.*

Ne quis. Vilissimi mercatores, & ut uenditores fęcis, & lardi prohibentur militare, ut si quis eorum militauerit, eijcitur a militia, & iubetur redire ad pristinam uilitatem. Nec mirum si hoc dicitur de mercatore uilissimo; quia idem de quolibet mercatore præter argentarium, ut in negot. ne milit. l. vna. Item
1 nota quòd quilibet debet conditioni propriæ deseruire, ut infra de cohortal. l. si cohortalis, & ibi de hoc Andreas.

Quoniam diuersi. Omnes iudices compelluntur in urbe reficere ædificia sua sine Principis conscientia, & ædificare de nouo. Nota ab hac necessitate, senatores repelluntur.

Ius senatorum. Dicit Imperator, quòd nos sumus de numero senatorum, volumus senatores ab omni iniuria defendi, quod dic ut supra eo. l. nemo. Nota hic dicitur Imperator de numero senatorum. Alibi dicuntur senatores, pars corporis Principis, ut supra ad l. Iul. maiest. l. quisquis alibi dicuntur Patres conscripti, ut supra de cad toll. l. 1. in prin.

Libertorum. Filij libertorum possunt habere dignitates quia sunt ingenui, ut inst. de ingen. §. 1. in libertis dic, ut dixi supra de libert. lib. 10.

Seueram. Viri clarissimi nõ torquẽtur. facit supra de quęst. diuo. fallit in crimine maiestatis, in quo casu est exequata conditio, ut supra ad l. Iul. maiest. l. nulli.

SVMMARIVM.

1 *Nati post senatoriam patris dignitatem, & ante concepti an sequantur patriam dignitatem, quod sic, non tamen portabunt felloniam patris, nec ingratitudinem. nume. 2.*

Si sena-

Si senator. Secundum veriorem modum sic pone casum. Filij nati antequam pater esset senator, sunt pri-
1 uati, nec habent senatoriam dignitatem. Secundo dicitur, quòd nati post senatoriam dignitatem patris, & ante concepti, sequuntur patriam dignitatem, & hoc dicit. Nota quòd obstat. ff. de senator. l. senatoris filium, quia ibi dicitur, quòd non refert, suscepti sint filij ante vel post, subaudi; dummodo fuerint nati in dignitate, non curo quando concepti, & sic concordat. Non obstat supra de aduoc. diu. iudic. l. aduocato, quia ibi est speciale, vel intellige secundum istam. Speciale est in voluntarie, scilicet, curiæ deferenti, quia filij post nati non sequuntur eius conditionem, vt supra de
2 his, qui spontè mun. sub. l. fi. Vltimò nota ꝙ sicut filius ante natus, vel post, habet dignitatem, vt not. hic, ita non portabit felloniam, vel ingratitudinem, vt supra de libert. & eor. lib. l. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Infamia priuat aliquem etiam habita dignitate: multo magis habenda.*
2 *Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate.*

Iudices. Si iudices, vel alij in dignitate positi cõuicti fuerint, & condemnati de aliquo crimine, puta furti, ab illa deponuntur dignitate, & ad eandem redire non possunt, quia se fe-
1 cerunt indignos. Nota ꝙ infamia priuat aliquem etiam habita dignitate, vt hic, ne dum reijcit ab habenda, vt supra eo l. 2. Secundo nota depositum ab officio, ad illud iterum redire non posse, vt supra si quac. præd. pot. l. 1. & supra de susceptor. l. si aliud cum simil.
2 ibi not. Tertio nota quòd Priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, vt supra de iud. l. iudæi.

Mulieres. Mulieres nuptæ hominibus magnę dignitatis cõmunicant honoribus maritorum, & eorũ domicilium sequuntur. Sed si postea nupserint homini inferioris loci; prima dignitate deposita, secundi retineant vilitatem. Dic circa l. istam, vt not. de incol. l. fi. vbi est ista. l. de verbo ad verbum, nec vna superfluit per aliam, quia quælibet facit ad suum tractatum, illa quantum ad hoc, vt sciamus domicilium vxoris, ista quantum ad hoc, vt sciamus dignitatem; dic idem, vt dixi supra de mulier. & in quo loc. l. vna.

Præcipimus. Senatori, scilicet in Prouincia qualibet instituto, nulla publica munera indicantur. concor. supra eo. l. senatorum. Andr.

Clarissimis. Viri clarissimi, & spectabiles possunt proficisci quando volunt sine licentia, & habitare, ubi uolunt. Secus in liberto, ut supra de oper. libert. l. fi.

Si grauius. Si illustres commiserunt aliquod crimen nō incarcerantur, sed committuntur custodię militū; subaudi, non data fideiussione, ut infra l. prox. & non puniuntur per aliquem iudicem, sed feruntur ad conscientiam principalem. Secundo dicitur, quòd alij inferioris dignitatis puniuntur per præfectum prætorium, & hoc dicit. Nota apud quem iudicem omnes milites de militari crimine, vel communi accusantur, vt no. de iur. omn. iud. magistratus, sed l. ista tractat de positis in dignitate, & facit ad hanc l. supra vbi senator. l. quoties. Secundo nota ꝙ ex graui crimine huiusmodi perillustres non ponuntur in carcere, sed custodiæ militum committuntur. In leuibus autem criminibus committuntur iuratoriæ cautioni, vt infra l. prox. In alijs autem personis constitutis in dignitate in grauibus delictis ponuntur in carcere, in leuibus cōmittuntur fideiussoriæ cautioni, vt ff. de euict. reor. l. diuus. Tertio nota casum, in quo Principi crimina remittuntur. Sic de re milit. l. tribuni, & l nemo, in fi. & ff. de pęn. l. diui fratres, in fi & supra si quis imper. maled. l. 1 & ff. quādo appell. sit. l. 1. in princ. & supra vbi senator l. quoties. Regulariter verò non referuntur crimina, vt supra de præf. præt. illir. l. si quos, cum simil. Sed nunquid corrigitur, quod dicitur in princip. hic per Auth. vt iud. non expect. sacr. iussion. & respondeo non, quia illa generaliter loquitur, quæ hic non derogat speciali, vt ff. de leg. 3. l. vxor §. felicissima, & de regul. iur. in toto.

SVMMARIVM.

1 *Qui non possidet immobilia, satisdat de iudicio sisti: fallit quandoque.*
2 *Periurio quis sua priuatur dignitate: sic propter furtum.*
3 *Personæ conditio intuenda est, cum quæritur de delicto, & de pœna imponenda.*

Quotiens. In hac l. duo dantur priuilegia illustribus. Primo vt siue persona illustris conueniatur ciuiliter, siue criminaliter, licet immobilia non possideat, non tenetur dare fideiussores de iudicio sisti, sed cōmittitur iuratoriæ cautioni; & si præstito sacramento in iudicio non steterint suo die, patiētur missionem in possessionē ex primo decreto, si lis non erat contra, proceditur secundum quod traditur in l. properandum. §. sin autē reus, in l. consentaneum. In criminali autem propter suum periurium cingulo

cingulo dignitatis exutus, perinde puniet per præsides, ac si in nulla à princ. constitutus fuerit dignitate. Secundo ibi, quilibet &c. Datur aliud priuilegium, vt huiusmodi personæ illustres nullo modo
1 conueniantur, nisi in scriptis per libellum, & hoc dicit. Nota quòd regulariter, qui non possidet immobilia, satisdat de iudicio sisti, vt in l. sciendum. fallit hic. Item infra de princ. agen. in reb. l. militis,
2 & de priuil. schol. l. fin. Tertio nota quòd propter periurium quis sua dignitate priuatur, sic dicitur propter furtum, vt supra eo. iudices, & propter infamiam, vt supra eo. l. 2. licet nō quilibet periurus sit infamis, vt not. ff. de infam. l. Lucius, vel dic quòd hic periurus repellitur propter infamiam, quia venit propter suā concessionem
3 periurando. Quarto nota ꝙ licet cum quæritur de delicto, & de pęna eius imponenda, sit intuenda personæ conditio, qualis erat cōmissi tempore delicti, vt ff. de pęn. l. 1. fallit tamen hic propter periurium condemnati, quia illa persona illustris eo tempore, quo deliquit, non poterat, nisi à Principe condemnari, nunc à quolibet iudice. Quinto quòd priuilegium meretur amittere &c. vt dixi supra eo. l. iudices. Sexto nota quòd in ciuilibus causis olim non offerebatur libellus, nisi ex voluntate, ut ff. de eden. l. 1. § edere. Fallit in priuilegio illustrium, ut hic, in criminalibus causis, ut infra de prox. sacr. scrin. l. penult. hodie uerò in qualibet causa debet offerri, ut in auth. offeratur. Sententia uerò etiam olim erat deferenda in scriptis, ut supra de sent. ex per. recitand. l. 2.

Iubemus. Omnes habentes magnam dignitatem, uel minorem administrationem, uel siue recedētes ab hac regia vrbe, idest à curia Principis cum licentia ut supra eo. clarissimis; uolentes redire ad curiam possunt sine aliqua reuocatione Principis, saluo tamen cum honore sacro reuocatoriæ, & h. d. Nota, honor est illi, qui per Principem uocatur ad curiam.

Rubr. De prætoribus, & honore præturæ.

Nemo. Clarissimis, & spectabilibus pręfecturis dignitatis, nō constituitur inuitus. Sed maneat quilibet in sua domo tutus, & sua dignitate lætetur. Nota quòd quilibet debet esse tutus in domo sua: nam domus est tutissimum refugium, vt ff. de in ius voc. l. plerique.

Glebam. Olim erāt quædam functiones speciales, quæ hic nominantur, quæ per hanc l. tolluntur.

Rub. de consulibus, & non spargendis ab his pecun.

SUMMARIUM.

1 *Dignitatem qui prius meruit, prior est alijs in loquendo, in eligendo, in salutando principe, &c.*
2 *Ordo temporis sequitur inter eos qui sunt dignitate æquales, quando fallit. nu. 6.*
3 *Ordo prioritatis temporis est duplex.*
4 *Doctor ille præfertur, qui prius habuit conuentum.*
5 *Dignitas alicui collata est comprobatio & præmium virtutis.*

Antiquitus. Duo dicuntur hac l. Primo dicitur, quòd vbi sunt plures, eandem dignitatem habētes, puta consulatus: ille erit prior alijs, qui prius meruit dignitatem: & hoc etiam est verum, si ille, qui posterius habuit consulatum ante fuerat consul; quia repetiti fasces, idest honores non augent dignitatem, sed approbant dignitatem illius, qui sæpè præmouetur. Secundo ibi, quòd si aliquis &c. dicitur quòd si duo sunt consules, vnus anterior, & alius posterior fuit electus in patritium, præfertur anteriori consuli, & si ille anterior consul super honorem patritiatus attigerit, ex tunc præfertur posteriori consuli, licet anteriori patritio, & hoc dicit.
1 Nota quòd ille est prior alijs, qui meruit dignitatem, & erit prior in loquendo, in eligendo, in salutando, siue adorando Principem, & etiam sedendo, vt hæc omnia optimè legūtur infra de præp. sac. cub. l. 1. & l. 2. Et in ordine alibi, vt ff. de alb. scrib. l. 1. & 2. & in tit. 1. l. 1 & 2. & infra de prox. sacr. scrin. l. vnicuique, & infra de tyronib. l. vlt. & supra de offic. mag. offi l. nemo, cum
2 simil quæ not. ff. de alb. scrib. l. 1. & de agent. in reb. l. 1. Secūdo nota ꝙ seruatur hic ordo temporis, siue scripturæ cum sunt in dignitate æquali; quia tunc in dubio, cum sunt pares, seruatur ordo tēporis, vt hic, & similibus supradictis. Sed vbi inæquales dignitates nō seruamus ordinem temporis, sed ille est prior, qui maiorē meruit dignitatem, vnde patritius præfertur consuli anteriori, vt hic in fi. & arg. infra vt dignit. ordo seru. l. 1. & ff. de mun & hon. l. rescripto, in prin. Et sic facit ad solutionē illius Broccardi, i. circa ordinē scripturarū seruandū, vel non, vt dixi supra quēad. mun. ciu. in d. l. fi. Et hic
3 colligitur tertio notabile, quod duplex est ordo prioritatis tēporis, vt in prin. huius l. & maioritatis, siue qualitatis, vt in fi. huius l. cum simil. & de hoc dicit lex potioris gradus supra de off. præsid. vbi habet locum maioritas, non curamus de ordine temporis, vel de prioritate, vt optimè patet supra, qui acc. non poss. l. 1. & hic in fine.

Quarto

Quarto nota quòd in eadem dignitate præfertur prior, si datur dignitas cum administratione, aliàs posterior tẽpore, qui est in actu præfertur anteriori vocato, vel honorato, vt infra de primic. l. 2. in
4 fi. & infra vt dign. ordo seru. l. 2. Quinto nota quòd ille doctor debet alijs præferri, qui prius habuit conuentum, & sic seruatur Bononiæ, quod intelligas cum determinatione, quam dixi, vt regentes
5 præferantur vacantibus. Sexto nota, quòd repetiti honores, virtutes sæpè meritas probant, non augent, & sic conferre alicui dignitatem, est comprobatio, & præmiũ virtutis, iuxta illud, quere bona, quæ suis sunt coniuncta cũ fructibus, nec creditur esse virtus, quæ sequestratur à præmio: boni etenim ad honores eliguntur, vt infra
6 de comit. rei mil. l. 1. Vltimò nota quòd nil est altius dignitate, & est loquutio hyperbolica, quia Deus altior. sic. ff. de pact. l. 1. vnum tamen non omitto: quòd licet dixerim priorem tempore anteire, vel qui sunt eiusdem dignitatis, verum est nisi posterior plus laborauerit antiquiori, vt infra de prox. sacr. scrin. l. 1. Et faciunt ad l. istã infinitæ concordantiæ, quas dixi infra de tyron. l. fi. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Donare est perdere.*

Ordinem. Olim moris erat, cum consul nouiter electus iret per vrbem cum insignibus consulatus, ipse spargebat aurum, vel aliam pecuniam: hunc iactum prohibet fieri Imperator duplici ratione. Prima quia non debet populus insectari consularem dignitatem cupiditate lucrandi illud aurum, quod proijciebatur à consule: sed agmina populorum vadant obuiam consuli meritò & per excellentiam sui honoris. Secunda ratio est, quia melius est, vt illa pecunia expendatur in opus aquæductus, in quo opere quantum debent erogare consules, dicitur infra eod. l. prox. in fi. Nota cupiditatem lucrandi, vt dixi supra de fund. l. vna. Secundo ibi abstineant consules hoc errore perdendi: nota illud
1 verbum; donare, est perdere. Tertio nota quòd olim consules proijciebant aurum medio tempore, vt hic; hodie debent proijcere argentum, vt in auth. de consulib. §. spargere, tamen ius medium auara consuetudine comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas patritiatus omnibus dignitatibus præfertur: Dignitas præfecti vrbi, quæ sunt in vrbe.*

Nemini. Duo dicuntur hac l. Primo quòd nemo potest esse patritius, nisi ante fuerit consul, vel præfectus prætorio, vel magister officiorum. Secundo quòd qui eligitur in consulem honorarium perpetuum, idest, qui habet dignitatem consularem sine administratione, debet soluere in opere aquæductus vrbis Romanæ centū libras auri; sicut & qui habet dignitatem cum
1 administratione licet per annum, & hoc dicit. Nota ꝙ dignitas patriatus omnibus dignitatibus præfertur, vt hic in princip. idest tam eis, qui sunt in vrbe, quàm extra vrbem. Sed præfectus vrbi dignitas, quot sunt in vrbe, sic tollitur contrarium supra de off. pręf. vrb. l. præfectus, & de off. vicar. l. 1. Secundo nota quòd Roma est caput totius orbis terrarum. concor. ff. de leg. & senatuscons. l. de quibus, & inst. de satisdat. §. fin.

Sancimus. Ille, qui habet consularem dignitatem, sine administratione habeat licentiam administrandi à Principe, & cum impetrant, non videntur habere, quod non habeant, idest non videntur de nouo consules creari, & ideo tenent ordinem in adorando Principem, & in alijs honoribus, quem à prima electione fuerant consequuti, cum nō videatur posterior alijs, quasi nunc, cum impetrat administrationem electus, sed anterior inspecto tempore primæ electionis. Item cum tempore, quo impetrauit honorarium consolatus, soluit centum libras in opere aquęductus, cum impetrat administrationem amplius soluere non tenetur, & sic per istas vias ostenditur, non dari nouam dignitatem, cum iam collatæ conceditur administratio dignitatis.

Sancimus. In hac l. dicitur, quòd si filiusfamilias alicuius efficiatur patritius, in continenti liberatur à patria potestate, & assignat latenter triplicem rationem. Prima, quia turpe est, vt ille, qui est quasi pater Principis, fit in alterius potestate. Secunda quia si pater potest filium suum emancipare, multo fortius Imperator. Tertia quia hoc raro fit, vt filius fiat patritius: sed cum consul fiat frequentius, ideò consularis dignitas non liberat, sed patritiatus sic; quia in hac parte temporis rarissima, non debet euenire, vt scilicet ille, qui est pater Imperatoris sit alterius noxius potestati. Vel potest dici, ꝙ ponat duas rationes, & ibi, vt dixi esse tertiam rationem, respondeat tacitæ obiectioni, scilicet, ꝙ secus est in consule, quàm in patritio, & dicit ꝙ consul sæpe eligitur ille, qui est filiusfamilias; sed non patritius: hodie verò est idem in consule, quod in patritio, vt in auth. const. quæ de dignit.

Rubr.

Rubr. De præfectis prætorio, siue vrbi &c.

Præfectum. Præfectus vrbi, & magister militum, & si habeant officia indistincta, tamen inæqualem retinent dignitatem; & ideo postquam fuerint ab hac dignitate promoti, & ideo recesserunt à priuata; in ea ille est potior altero, qui in tempore antecessit; de hoc dixi supra tit. 1. l. 1.

SUMMARIUM.

1 *Dignitatis priuilegium quomodo etiam dignitate finita durat.*

Quisquis. Quasi idem dicitur hic quod supra prox. quia hoc operatur dignitas præfecti, & magistri militum, & pone sic casum. Si ego fui primò magister equitij, & tu postea fuisti creatus præfectus, subaudi, & desijsti esse; ego qui fui anterior tempore, ero potior dignitate. Diceret aliquis, in quibus ero potior, in littera exprimitur, in loco sedendi, quia erit situādus prior antè prouectis, id est, promotis. Item locus prospectioni de-
1 cernendi. Item loquendi facultas antiquior &c. Nota quòd durat priuilegium dignitatis, dignitate finita; quod dic, vt infra de prox. sacr. scrin. l. 4. Secundo nota quòd inter vacationes, quæ habuerunt eandem dignitatem, seruatur ordo temporis, vt hic, & expressum infra vt dignit. ord. ser. l. 2. §. vacantes. non autem seruatur inter administrationem, & vacationem, quia, qui administrat, præfertur vacanti, etiam anteriori tempore, vt dixi supra tit. 1. l. 1.

Rubr. De præpositis sacri cubiculi.

SVMMARIVM.

1 *Doctor ille debet esse prior Doctorum, qui prius fuit examinatus.*

Sacri cubiculi. Ad euidentiam nota, quòd cubile Imperatoris, & Augustæ, & cubicularijs Imperatoris præerat vnus præpositus, & aulæ Augustæ alius, vt infra ea. l. Vel dic quòd cubicularij sunt qui seruiūt Imperatori circa lectum discalciando eum, in custodiendo cameram, & similia, & præfectus sacri cubiculi dicitur, qui tam in istis, quàm toti familiæ præ-

est, vt est mariscalcus. Item ideò dicitur de præpositis in plurali, quia duo sunt, vnus, qui præest cubicularijs Principis, & alius, qui præest cubicularijs Augustæ infra eodem l. fin. Isti præpositi habent etiam post functam administrationem, dignitatem eandem, vt præfectus prætorio, vel magister militum: est tñ inter præpositos habenda ratio temporis, nam manifestè detectum est esse illum, qui præcessit, potiorem, & illum subesse, quem posterius probauit examen. Similia pulchra verba sunt infra de primic. l. 2. & infra de prox. sacr. scrin. l. vnicuique. Et in quibus debeat anterior præferri dicitur in littera, scilicet in adorando Principem. In incedendo, cum vadunt ad solemnes festiuitates. In sedendo. In electionibus, vt habeat primam vocẽ, & in similibus. Nota hic quasi expressè quòd ille doctor debeat esse prior doctorum, qui prius fuit examinatus: hic & alia dic, vt plenè not. supra de cõsul. l. 1. Item. nota, quòd dixi supra l. prox.

S V M M A R I V M.

1 *Scholaris tempore vacationis, puta finito libro, detinet priuilegium.*

Hac nostræ. Cubicularij post depositum officium, antequam iterum eligatur ad idem, nã & ad huc eligi possunt, à duobus Palatinis habent immunitatem ab omnibus sordidis muneribus; ne sordidis astricti muneribus, decus ministerij, quod militando videbantur adepti, tẽpore ocij, & quietis amittant, nec in domo sua recipiant hospitem, puniuntur præsides contrafacientes. Nota quòd quis potest eligi ad idem officium, vt supra de assessor. l. consiliarios, licet non debeat continuare, vt supra de mun. non contin. l. 1. & supra de susceptor. l. neminem. Et ad idem quòd possit idem officium ab eodem geri: facit supra de consul. l. 1. ibi; Repetiti &c. Secundo nota quòd remanet Priuilegium, etiam dignitate finita, quod dic, vt infra de prox. sacr scrin. l. 3. Ter-
1 tio nota arg. quòd scholaris tempore vacationis, puta finito libro, retineat Priuilegium scholasticũ, de hoc dixi supra de incol. l. ciues. & facit ad hoc infra de prox. sacr. scrin. l. in sacris in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium legis circa forum indultum reo valet, sed non principis.*

Cubicularios. Cubicularij vtriusque aulæ habent fori prærogatiuam, vt conueniantur coram magistro

magistro officiorum, concord. ad l. istam infra de silentiar. ne ad diuersa, & de castrensian. l. 3. & de agent. in reb. l. 3. & de priuil. schol.
2 l. 2. Et nota quòd ualet priuilegium legis circa forum, reo indultũ, sed non Principis, ut hic, & in auth. qua in prouincia, sed actori, & à Principe potest priuilegium indulgeri, ut supra, de dilation. si quando, & in auth. ibi not.

SUMMARIUM.

1 *Ea quæ fiunt in ultima uoluntate an ualeant.*
2 *Calumniandi uia non est diu ferenda.*

Iubemus. Satis, est breue quod dicitur in hac l. prolixa, si dominus seruum suum obtulit in cubiculariũ Principis, & in continenti, quòd fuit cubicularius, efficitur ingenuus, quàm diu uiuit, puta contrahendo, sed etiam in ultima uoluntate quia habebit hæredem, sicut quilibet ingenuus, unde si fecit testamentum seruabitur eius testamentum; alias erunt ab intestato hæredes agnati, & cognati, & similes, & si nullos habeat cognatos fisco deferuntur bona uacantia; ad quod faci supra de bon. uac. l. bona. Secundo ibi, si uero &c. dicitur quòd si domino ignorante, vel inuito seruus fiat cubicularius, potest seruum suum dominus uendicare: sed ne detur diutius materia calumniandi, statuitur tẽpus quinquẽnij, infra quod potest seruũ reuocare; sin infra illud tẽpus tacuit, seruus efficietur ingenuus, ut supra. Vltimò dicitur, quòd ea, quæ dicuntur in cubicularijs extenduntur ad cubicularias. No-
1 ta arg. in prima par. quòd ea, quæ fiunt in ultima uoluntate ualẽt, vt hic, dicit ꝙ est ingenuus, & uiuus & moriens, sicut inst. de leg. fus. can. tollen. in fi. & ff de leg. primo l. seruum filij. §. cum; qui chirographum. Sic è contra. ff. de pact. l. pacta intellige; sed hæc nõ semper sunt uera. Nam aliqua fiunt in ultima uoluntate sine traditione, non sic per pactum, ut ff. de furt. l. à Titio. & supra de pact. l. traditionibus, de pen. leg. l. 2. Non sic in uendito, ut ff de per. & com. rei uend l. 1. in fi. & de action. empt. Iulianus, in fin. Item aliqua licent inter uiuos, quæ non in ultima uoluntate, nam conditionales stipulationes, sed non legata, ut inst. de verb. oblig. §. ex conditionali, & supra de cad. toll. §. si autem. Item actus morientium nõ possunt esse in suspenso uiuentium sic ff. com. præd. l. fin. Secundò nota ꝙ reiuendicatio durat quinquennio, alias minori, uel maiori tempore, ut plenè dixi infra qui mil. non poss l. super seruis. Tertio nota ꝙ læsis implorandi, præsidij facultatem non conuenit denegari. Quar-
2 to nota quòd calumniandi uiam, non patimur diutius, ad hoc duo

not.

not.facit ff.ad uelleian.l.2.§.pe.ibi deceptis, & nõ decipientibus &c. Vltimò nota quòd posito masculino, ideſt cubiculario, intelligitur fęmininum, ideſt cubicularia, quod dic ut ff.de uerbo. ſignifi.l.1.

Iubemus. Scribit imperator ad prępoſitorum ſacri cubiculi petitionem, ut etiam poſt finitam dignitatem liceat eis inferre inſignia dignitatis, cum uadunt ad agros ſuos, & extra urbem, & ualet hoc priuilegium, quia prodeſt petenti, & alterũ non lędit. quod eſt not. vt ſup. de prec. imper. offer. l. reſcripta.

Rubr. de quæſtoribus, & magiſtris officiorum.

SVMMARIVM.

1 *Acclamatione qui magiſtratus recipiebantur.*

1 Qui exquæſturæ. Magiſtratus iſti, qui continentur in rubro recipiendi ſunt cum acclamatione populi ad miniſtrandam urbem, quia quilibet debet clare dicere, viuat, vel præco præcedat eos, qui dicet uiuat talis. Similis conclamatio eſt ſupra de off. rect. prou. l. inuictiſſimos.

Rubr. de primicerio, & ſecundicerio, & Notarijs.

SVMMARIVM.

1 *Perſeuerantibus in laboribus officiorum compendium honoris ex laudis.*
2 *Tabellionatus dicitur dignitas.*
3 *Dignitatem unam quis poteſt cum adminiſtratione habere, & priuilegium alterius.*
4 *Pœna debet omne delicto conueniens: interdum maior.*

Præcipua. Notarii, qui in officio illo perſeuerauerunt, & ipſum non depoſuerunt uſque ad ſenectutem, ſed etiam ad aliam promoti dignitatem, uſi ſunt notariatu, compendium, ideſt Priuilegium ſequentis honoris aſſumant. Secundo dicitur quòd notarius non poteſt eſſe peræquator, uel diſcuſſor, vel ſimilem cum adminiſtratione dignitatem habere: ſi contra fecerint, quia ſpreto notariatus officio, ad peræquatoris, vel diſcuſſoris ſollicitudinem conuolauerint, huius leuis culpæ pœnam patietur grauiſſimam. & numerariorum corpus, ideſt illorum corpus, inter quos cęperat numerari, minuetur, & hoc dicit. Nota in prin. huius

l.dicit

I dicit Imperator; præcipue est nostræ pietatis intentio circa nota-
1 riorum nomen. Secundo nota quòd perseuerantibus, qui nō omittunt laborem inceptum, sed usque ad senectutem persistunt, sicut dicitur in l. Iulianus, ait decretum. ff. de fideiussor. compēdium honoris datur. Et non qui incepit, sed qui perseuerauerit laudādus est,
2 vt infra de his, qui impl. stipend. l. 2. & ibi de hoc. Tertio nota quòd tabellionatus dicitur dignitas, siue militia, ut hic, & supra de senatusc. l. un. licet notarij alijs dignitatibus, & militijs non gaudeant, vt
3 in fin. huius legis, & supra de tabular. l. 1. Quarto nota quòd potest quis habere vnam dignitatem cum administratione, & compendium alterius, idest priuilegium, ut hic, & dicam infra proxim. sacr.
4 scrin. l. 4. Quinto nota casum, in quo pro leui imponitur magna pęna. Sic supra de libert. l. 2. & supra de hæred. inst. l. 2. regulariter contra, quia pœna debet esse delicto conueniens, ut ff. de pęn. & qui grauiori reatu excessit grauiorem sentiat ignem. Vltimò nota quòd qui remouetur ab aliquo officio, siue honore dicitur extinctus, & sic est arg. quòd iudex recusatus habetur loco mortui.

SVMMARIVM.

1 *Temporis ratio in decurrendis honoribus non est prætermittenda.*

Præclaram. Loquitur de primicerijs, qui uocantur hic tribuni, & credo quòd erant notarij, nam glo. exponit illos, & primicerios, qui erant primi inter milites, & in hac l. dantur quatuor priuilegia primicerijs, & imponitur pœna uacantibus ultra debitum modum. Dicitur ergo primo quòd primicerij habent hoc priuilegium, & ultra biennium non teneantur esse in hoc officio. Secundo ibi, hos autem &c. dicitur quòd primicerius, qui accepto commeatu absuit vltra q̃ debuit, punitur in hoc modo qui stetit ultra annum; perdit unum gradum honoris. Si per biennium, perdit secundum gradum. Si per triennium, perdit tertium. Si per quatuor annos, perdit quartum. Si per quinque, omnino de matricula deletur. Tertio ibi, his in hunc modum &c. Datur secūdum Priuilegiū eis etiam sic depositis, vt sint immunes à munere peræquationis, & discussionis. Quarto ibi, illud &c. Datur tertium beneficium habita ratione temporis inter eos, vt ultimus non præferatur primo. Quinto ibi, hoc etiam &c. datur quartum beneficium, vt finita dignitate primiceriatus habeat aliam nouam dignitatem, scilicet, magistri officiorum, scilicet in loco priuilegij antiqui, & ratione nouæ dignitatis præfertur anterioribus, uacantibus tamen, & hoc dicit. Nota sicut supra l. prox. superiori commēdauimus

mus perseuerantiam, quæ priuilegium meretur, ut ibi, ita hic in secundo dicto reprehendimus uagabundum, qui suo priuilegio spoliatur, ut hic & infra de domestic. l. pen. & de commeatu. l. quicun-
1 que, & supra de episc. & cler. l. generaliter. Secũdo nota illa pulchra uerba, quod non est calcanda, idest prætermittenda ratio temporis & quæ longis prolixisq; stipendijs defensa iã pollicetur senectus, non debet gratiosa festinatione subripere. Similia pulchra uerba infra de tyron. l. fi. & supra de præpos. sacr. cub. l. fi. in fi. Vltimo in fi. nota, quod noua dignitas præfertur antiquæ uacanti tamen, sed non habenti administrationem, ut in tit. prox. l. 2. sed administratores.

Rubr. vt dignitatum ordo seruetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandati principis contemptor est sacrilegij reus.*

Si quis. Qui honorem indebitum, idest maiorem, sibi usurpauit scienter, cum facit contra præcepta Principis, est sa-
1 crilegij reus. Nota quòd contemptor mandati tenetur crimine sacrilegij, ut hic, & infra de erog. mil. ann. l. genetiariorum, & infra de priuil. eor. qui in sacr. pal. mil. l. fi. & supra de diuers. rescript. l. sacrilegij, & arg. supra de crim. sacril. l. 2. Andreas.

SVMMARIVM.

1 *Ordo in dignitatibus triplex consideratur.*

Omnes. L. ista tractat de gradibus, seu ordine dignitatum, & non de ordine temporis, sed qualitatis, seu maioritatis, ut dixi in l. 1. de consulibus. Primum locũ obtinent, qui habent dignitatem cum administratione; secundum, qui habent dignitatẽ vacantem, quia deposuerunt administrationem: tertium quos comitatur dignitas cũ administratione in absentia constitutos: quartum honorarij, qui presentes adepti sunt honorem sine administratione. Quintum in absentia constitutos sine administratione comitatur. Et sic si benè uideas tria sunt genera dignitatũ administrantium, vacantium & honoratium. Sed primum membrum, & ultimum subdiuiduntur, & ita accidenter dicuntur quinque. Secundò ibi, sed administratores &c. dicitur quod administratores præferuntur uacantibus. Tertio ibi. Vacantes &c. Determinat

vacantes

vacantes proponi honorarijs, quia uerum est in consimili dignitate, non in dispari, ut præfectus uacans præfecto honorario præferatur, quod dicit, vacans præfertur honorario, si habeant ambo dignitatem, non si honorarius maioris dignitatis. Quarto ibi, inter administratores, numerat aliquos inter administratores, qui videbãtur vacantes. Nam si aliquis erat magister uacantium militum, & sibi cura belli mandata est Idem dicitur in quolibet magistratu, qui cum esset uacans, iniunctum fuit ei, vt faceret quod præfectus facere consueuit. Nota in hac. l. de ordine seruando, de quo dixi supra quemad. ciu. mun. in d. l fi. Secundo nota duplicem ordinem, unus est ordo temporis, de quo dicitur supra de præpos. sacr. cub. l. 1. in fi. & infra de prox. sacr. scrin. l. unicuique, & de tyron. l. fi. cum multis simil. Est ordo qualitatis, siue maioritatis, ut hic, & hic ordo est potentior primo quia cum habet locum ordo qualitatis, nõ curamus de ordine temporis, vt patet supra de consulib. l. 1. ubi plenè dixi. Ex hoc tertio nota quòd dignitas cum administratione quantumcũq; posterior præfertur anteriori, cui commissa est cura belli in fine.

Rubr. de magistris scriniorum.

SVMMARIVM.

1 *Officialis punitur, qui præsidi contra iura facienti non contradicit.*

Viris. Magistri sacrorum scriniorũ, qui assidere uidentur Principis maiestati, ut fortè sunt iudices magnæ curiæ: proximi, de quibus est infra posita rubrica, ut sunt fortè notarij actorum magnæ curiæ in dignitate finita, de hoc dicam plene infra de prox. sacr. scr. l. 4. & facit supra de excus. muner. l. eos, & l. maximarum in fin. & supra de præpos. sacr. cub. l. 2. cum simil. Item nota, quòd Priuilegium datum Patri & Filio, dari uidetur, de hoc dicam infra
1 de prox. sacr. scrin. l. in sacris. Item nota quòd punitur officialis, qui præsidi facienti contra iura, non contradicit, de hoc not. supra de appellat. l. quoniam.

Rubr. de comitibus consistorianis.

Eos. Comites consistoriani quamdiu steterunt in consistorio Principis, sunt spectabiles.

Viros.

Viros. Viri consistoriani cum vxore, & filijs habent priuilegiũ fori in agendo, & conueniẽdo, & dic, ut infra dicam de prox. sacr. scrin. l. in sacris, in prin.

Rubr. de comitibus, & tribunis scholarum.

SVMMARIVM.

1 *Epularum cogitatio affert animi inquietudinem.*
2 *Dignitas etiam a casu dependet.*

Præpositos. Præpositi curiæ inquietæ epularum, ut sunt emptores Principis, in vulgari, accusatores dicuntur, habent facultatem adorandi Principem, & eandem habẽt præpositi comestabuli, & qui præest marescallæ, & palatij. scilicet. Si isti meruerunt comitiuam cum administratione, si casu nõ per-
1 uenerunt ad maiora, æquiperantur ducibus, & hoc dicit. Nota ꝙ quædam inquietatio est cogitare de epulis, vt ff. pro socio, not. Se-
2 cundo nota quòd dignitas etiam casu dependet, ut hic, & infra de silentiar. l. 3. in prin. & infra de prox. sacr. scrin. l. iubemus in fin. & supra de leg. & const. l. digna.

Rubr. de comitibus rei militaris.

Qui contemplatione. Qui ducto, idest ductis militibus ad partes vltra marinas primi ordinis contemplatione meritorum obtinuerunt comitiuã proconsularis dignitatis insignia cõsequentur. Nota quòd aliquis propter bonitatem eligitur ad honores, ut dixi supra de consul. l. 1. Secundo nota, quòd miles ponitur hic pro militibus. sic ff. de verb. signif. l. mulieris, & in l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus loco alterius, uel uices gerens gaudet ijsdem priuilegijs.*
2 *Seruiens per alium an habeat idem priuilegium ac si personaliter seruiret.*

Eos. Qui mittuntur ad Prouincias defendẽdas cum militibus, & magistri militum, & qui gerunt uicem magistrorũ militum habẽt eandem dignitatem cum ducibus, qui sunt per Aegyptum,

1 ptũ & Pontũ. Nota qui subrogatur loco alterius,uel gerit alicuius uicem,gaudet ijsdem priuilegijs cũ eodem,& ideo iudex subrogatus,ordinarius dicitur nõ delegatus,ut supra de eo,qui uic. alt. ger. l.1.& 2.arg.supra de coll.l.2.& supra de aquæd. l. pen. in fi. & supra de murileg.l.si quis ex corpore, & supra de decurion. l. vniuersi, & supra de uacat.mun.l.legatum.§.comites. arg.contra.ff,de leg. 1. fi-
2 lius,& l.uicarius. Sed an qui seruit per alium habeat idem priuilegium,ac si personaliter seruiret,& prodest hoc scire etiã casu multoties emergenti in Regno.Si aliquis baro uadit ad exercitum, habet exceptionem hosticam,an idem, & si mittat, & uidetur, quòd idem,ut optimè colligitur ff.de leg.1.filius,in fi. Et nauicularij siue personaliter seruiant,siue habeant res suas in nauicularia functione,habent immunitatem, vt ff.de mun.& hon.l. nauicularij, & de iur.immun l semper.§.Item. Et qui seruiunt per substitutos, habẽt illibata suæ priuilegia dignitatis,ut supra de decurion.l. neminem. §.nè indult.. Et contra arg.quòd non per l.ff.de excus.tuto l.fi. Sed in illa lege non ponitur tam fauorabile officium; vt prorogetur ad seruientem per substitutum,sicut est obire officium legationis, ut in l.filius,uel causa exercitus, ut in quæstione posui loquitur ergo l.contraria in officio pistorum,quod primo ergo dixi verius est, ut in l. filius.

Rubr.de comitibus,& archiatris sacri Palatij.

Archiatros. Sunt Medici, qui dum in palatio Principis seruiendo primi ordinis nomen habere meruerunt,efficiuntur inter uicarios,ita ut inter uicarios, & duces ex una parte,& dictos comites,nulla sit differentia,nisi in tempore,ut ille sit potior,qui fuit tẽpore prior.de hoc dic,vt supra de cõsul.l.1.

Rubr. de comitibus, qui prouincias regunt.

Eos. Qui diu administrando primi ordinis comitiuam meruerunt,efficiuntur uicariæ dignitatis.

Rub.de professoribus,qui in urbe constantinopolitana.

SUMMARIUM.

1 *Doctori cuilibet sex inesse debent,ut ad dignitatem maiorem ascendat, & quibus illa sex consequantur.nu.2.*

Gramma-

Grammaticos. Ad hoc, quòd doctor perueniat ad comitis dignitatem, debent in eo octo precipue concurrere, quòd docuerit in Regia ciuitate, quòd sit infra statutum numerum. Tertio quòd sit morigeratus. Quarto quòd habeat docendi peritiam, Quinto quòd docendi facundiam. Sexto interpretandi subtilitatem. Septimo copiam differendi. Octauo quòd sit approbatus à philosophorum ordine, scilicet doctorum, & est approbandus in triplici conflictu, siue examinatione, ut su-
1 pra de athlet. l. 1. Nono quòd docuerit per viginti annos. Ex his omnibus collige, & nota sex præcipue, quæ debent esse in quolibet, quòd sit morigeratus, quòd sit peritus, quòd facundus, quòd subtilis, quòd copiosus, & quòd conuentatus. Ista non debent de esse cuilibet uolenti docere, non quòd sit comes, ubi interueniunt alia tria, quæ dixi. Dominus Rex in conuentu meo addidit, & duo alia quòd sit fidelis Principi, ad quod facit inst. in procœ. §. his igitur, & sit catholicus, ad quod facit supra de episc. aud. l. nemo. Ad ista
2 omnia perueniunt assiduitate legendi, & laboris prolixitate, de tyron. l. fi. & non permutando laborem in quietem, ut supra de primicer. l. 1. & infra de re mil. l. milites, & ff. de leg. 3. l. seruis. §. ornatricibus. Ad hoc perueniunt, qui sunt alieni à puluere, & labore, idest à labore studij, ut infra de castr. pal. pec. l. una, cũ laboris pondus non refugiat, qui virtutis gloriam cõcupiscit arg. supra de Ale. l. vna. Et ad hunc honorem non frangitur, sed labore unusquisque perueniat, ut supra de off. mag. off. mag off. l. 1. quia ad honoris augmentum non ambitione, sed labore conuenit unumquemque peruenire, ut infra de re milit. contra. & eos ad hoc officium volumus peruenire quorum labores scholæ testimonio perhibentur, ut infra de Agent. in reb. l. agentes. Ad hoc perueniunt uigilantes non dormientes, quia uigilantibus, & non dormientibus iura sunt prodita, ut ff. de priuil. cred. pupillus, non vagabundi, & à proprijs munijs aberrantes, ut infra de domesti c. l. pen. in fi.

Rubr. de silentiarijs, & decurionibus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Princeps Rom. non salutabatur, sed adorabatur, eique flectebatur genu.*

Decuriones. Silentiarij Principis, & decuriones sacri palatij, per quos credo fiebant electiones officialium Principis, sicut per decuriones aliarum ciuitatum eliguntur magi-

magistratus ipsius ciuitatis, vt supra de decurion. l. 2. finito officio habent electionem, velint esse magistri officiorum, vel inter viros illustres, comites domesticorum, vt eis præbeatur honor tā in adorando Principem, q̄ in salutādis cæteris magistratibus. Nota durat priuilegium dignitate finita, quod dic vt infra de prox. sacr. scrin. l.
1 iubemus. Secundo nota ꝙ Princeps adoratur, cæteri salutantur. Et sic collige arg. ꝙ non debeat quis genuflecti, nisi coram Principe, & intelligas. l. istam cum determinatione tertiæ legis in fi. In quibusdam tamen salutantur, vt infra de veteran. l. 1.

Vnusquisque. Silentiarij, & decuriones, si casu ad maiorem peruenerint dignitatem, sunt immunes à munere tyronum, & equorum, quæ sunt personalia munera, quàm muri, & à multis alijs sunt immunes, vt infra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Generale rescriptum non derogat speciali etiam præcedenti, nisi de illo in eo fieret mentio.*

Decurionibus. Decuriones, & Silentiarij, si casu ad maiorem peruenerint dignitatem, nihilominus prima priuilegia durant, nec rescripto altero generali tolluntur: non ergo ad aliqua munera personalia, vel sordida vocantur, nec hospitem recipere tenentur; & ire possunt ad curiā, etiam si non vocentur à Principe: immo puniuntur prouinciarum iudices, qui dicta putauerint priuilegia contemnenda. Tertio dicitur ꝙ postquàm deposuerunt dignitatem isti Silentiarij, & decuriones, habebunt illustrem, vel senatoriam dignitatem, vt sic dignitatem solam habeant ex senatu, quod cum hac determinatione intellige, si seruierunt usque ad xiij. annos in illo officio, & tunc non omnes silentiarij, sed xxx. tantum, & tres decuriones prædicta consequentur priuilegia dignitatis. Nota quòd finita dignitate, priuilegium
1 durat, vt not. in princ. Secundo nota quòd generale rescriptū, non derogat speciali etiam præcedenti, nisi de illo, de quo fieret mentio, vt hic, & argum. ff. de leg. 3. l. vxorem. §. felicissimo, & l. seruis vrbanis, in fi. & l. si quis, in princ. & est expressum extra de rescript. c. 1. & ibi de hoc.

Ne ad diuersa. Silentiarij, & Decuriones, & ipsi, & vxores siue ciuiliter, siue criminaliter conueniantur, debent respondere coram magistro officiorum, dic circa hoc vt supra de præp. sacr. cub. l. 3.

S *SVM-*

SUMMARIUM.

1 *Peculium castrense habet quasdam similitudines cum quasi castrensi.*
2 *Reditum, quem quis habet occasione militiæ, non tenetur conferre fratribus. Sic nec clericus acquisita ex prabendis.*
3 *Priuilegium in aliquo interdum transit ad filios.*

Iubemus. Silentiarij, & Decuriones si sint in patria potestate, quicquid contemplatione huius dignitatis acquirunt, habent in peculio quasi castrense, & mortuo patre conferre fratribus non tenentur. Secundo ibi, hanc namque &c. dicitur ꝙ ipsam militiam, seu præbendam, vel redditum, quem à patre cõtemplatione huius dignitatis extitit consequutus, semper habebit præcipua, ad hoc facit supra de inoffic. testam. cæteri. Tertio ibi, ad hoc de tutelis &c. dicitur ꝙ isti silentiarij, & decuriones excusantur à tutelis, & curis aliorum. Ad hoc facit. ff. de excus. tutor. l. iurisperitos, & est ratio, ne aliarum rerum administrationem subire cõpellantur, qui propter nostra ministeria rebus suis curam deferre non possunt. Quarto ibi, insuper &c. ꝙ filij ipsorum dignitatum virorum spectabilium decorati, præfecturam subire non compelluntur inuiti. Quinto & vltimo confirmat omnia priuilegia silentiarijs, & decurionibus, præsentibus, & futuris. Nota quòd isti silentiarij habent quasi castrense peculium, sicut, & aduocati, vt supra
1 de adu. diu. iud. l. 4. & de assessor. l. velut. Item nota similitudinem inter castrense, & quasi: sicut verò castrensia non conferuntur, ita nec quasi, vt ff. de collat. bon. l. 1. §. nec castrense, & hoc hodie cum aduentitia nõ conferantur, ita nec quasi, vt ff. de collatio. l. fi. Item sicut in castrense censetur paterfamilias, & agit contra patrem, ita & in quasi castrẽsi, vt ff. ad senat. maced. l. 3. & ff. de iudic. l. lis nulla. Item sicut castrensia non acquiruntur patri, ita nec quasi castrensia, vt inst. per quas pers. nob. acq. §. 1. & ibi de hoc. In secundo dicto
2 nota, ꝙ non tenetur quis conferre fratribus præbendam, siue redditum, quem habet occasione militiæ, vt hic, & supra de inoff. testa. l. omnimodo. Et sic collige arg. ꝙ clerici non coguntur conferre fratribus acquisita ex præbendis. In tertio dicto nota ꝙ est idoneus defensor alterius, qui suis rebus superesse nõ potest, vt supra de legiti.
3 tut. l. fi. In quarto nota casum, in quo Priuilegium transit in aliquo ad filios, etiam mortuo patre. de hoc dixi infra de prox. sacr. scrin. l. vnicuique, in versu; habeat quoque, quòd patre viuente priuilegium patris duret in filijs multa sunt iura, quæ dixi infra de prox. sacr. scrin. l. in sacris in princ.

Rub.

Rubr. De domesticis, & protectoribus.

SUMMARIUM.

1 *Honorandus est ab omnibus is, quem princeps honorat.*

Domestici. Domestici, idest milites, qui sunt in comitiua Principis, quod dicit, socijs, & familiares eius, & protectores, qui armati principem custodiunt, cum salutant vicarios, sunt à vicarijs recipiendi ad osculum, nam quilibet debet honorare, quos princeps honorat, & hoc dicit. Nota pro consuetudine mulierum, quia vna aliam osculatur, cum salutat. Item quòd
1 quem Princeps honorat ab omnibus est honorandus, vt supra de adu. diuer. iud. restituendus in fi. & in tit. 1. & supra de sacrileg. l. 2. & ff de re iudic. quidam, & ff. de alb. scrib. l. 2. Et alibi multum præsumitur probus, qui à Principe est electus, vt supra de sum. trin. in epistola, liquet in fin. & in auth. vt iud. sine quoquo suffr. §. eos, in ver. Quis enim in prædictis.

Primicerius. Omnes isti Domestici, & Protectores habebant vnum præpositum, qui vocabatur Primicerius. Iste Primicerius ad tribunatum, siue ducatum electus spectabili fungitur dignitate. Alij, qui post eum sunt ordine vsque ad x. sunt clarissimi. Cæteris post decem non datur priuilegium per hanc legem: & intra istos decem est habēda ratio temporis, & h. d. quod dic vt infra de tyron. & supra de consulib. l. 1.

SUMMARIUM.

1 *Milites vagabundi vt puniebantur, ita & scholares, & clerici.*

Si quis. Punit. l. ista vagabundos milites sicut & supra de primic. l. 2. Sed per alium modum, qui fuit per biennium absens, degradatur vsque ad quintum locū, idest postponitur quinque, qui prius erat antiquior. Si per triennium, erit vltimus inter omnes. Si per quinquennium, delebitur de matricula, & est ratio, quia dignum est, desides de proprijs munijs aberrantes, inter eos
1 esse, quos conuenit assiduo numerari, quod est not. Nota contra vagabundos milites, vel scholares, vel clericos, vt dixi in prima lege de primicer.

SVMMARIVM.

1 *Stipendia etiam alterius anni in quibus dabantur hæredibus.*

Lege. Si moritur Primicerius domesticorum hæredibus fuis dabuntur stipendia illius anni,& alterius,quod est mirabile, & h. d. Nota ergo ꝙ hæredi datur salarium totius anni si infra annum moriatur Primicerius,vt hic,& infra tit.2.l. si quis,& infra de princip.l.2.& de agent.in reb.l.3.& de erog.milit.ann.l.his,& l.per
1 hanc,in fi. Item nota mirabile, ꝙ etiam alterius anni stipendia dantur hæredi,& ita plus habet hæres, quam defunctus, sic. ff. de mag. conuen.l.non sunt,& de petit.hæred.l.nec lege.§.fi.

Rubr. De præpositis labarum.

Qui præpositi. Labarum præpositi,idest,qui puniebant maledicẽtes de Principe,sunt clarissimi, & consules, & habent immunitatem munerum, nam immunitate digni sunt,quos nostri lateris comitatus illustrat.concord. quod dixi supra tit.1.l.1.& vide plures concordantes,ibi.

Rubr. De proximis sacrorum scriniorum &c.

SVMMARIVM.

1 *Scrinia pro officijs Principis erant tria.*

1 Proximos. Nota ad euidentiam. Tria erant scrinia, vnum libellorum,vt actorum:aliud epistolarum, quas mittebat Princeps amicis suis,& amici mittebant ei. Tertium dispositionum,& hoc erat maius alijs,vt registrum, in quo continebantur omnia gesta Imperij,& ꝙ sit maius,patet, & plures memoriales,vt infra eo.cõperimus.omnibus istis memorialibus, & adiutoribus erant aliqui præpositi,siue proximi, qui magis erant Principi propinqui,de quibus dicitur hic, ꝙ habent honorem Vicariatus,etiam post hoc depositum officium proximatus,& differuntur omnibus alijs vicarijs posterioribus,subaudi,vacantibus tamen, & sunt immunes ab onere descriptionis,& hoc dicit. Item quod dixi supra vt dign.ord.seru.l.2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Potestas vel præses potest compellere aduocatum, ut dat consilium in causis.*

In sacris la prima. Militantes in sacris, si ordinarij iudices in aliqua prouincia statuantur, non arceantur, nec excusentur à consilijs: nam & inconsessum, id est consilium inuiti accipiuntur. Secundo puniuntur magistratus, & officiales consistorij nostri, qui non recipiunt honorificè proximos nostrorum scriniorum, & secretarium nostrum intrare uolentes non honorauerunt eos in salutando, & in sedendo. Nota nullus pro qualibet dignitate debet dedignari salutare Principem, & magis propriè poneretur, adorare, ut supra de adu. diu. iudic. l. Afinius, non autem recipere arbitrium, ut ibi. quod malè seruatur in
1 Lombardia, quia pro consilio soluitur. Et sic nota hic arg. quòd potest præses, siue potestas compellere aduocatum, ut det consilium in causis, ut hic per hanc l. quam multi ad hoc nesciũt allegare, sed dicunt hoc esse de cõsuetudine. Tertio nota quòd honor fit alicui in loco sedendi ut supra de prox. sacr. cubic. l. 1.

In scrineis. Militantes in scrineis, exceptis proximis, si per xx. annos fuerunt in eo officio, sunt consularis dignitatis, & ab omni munere sunt immunes, aliud in proximis, qui tamen, quomodo infra eo. l. pro biennio.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia multiplicis dignitatis quis potest habere.*

Iubemus. Duo dicuntur in hac l. Primo quòd isti proximi sunt immunes à quolibet munere, & in littera nominantur, præterquam à tributo canonicæ indictionis. Secũdo sicut in cæteris dignitatibus priuilegia propriæ dignitatis non pereunt, alia superueniente. Sic & si proximè indictio melioris fortunæ ad maiora peruenerunt, retinent veteris priuilegia dignitatis, & hoc dicit, colligunt hic in fi. quidam ꝙ prima dignitas non tollitur superueniente secunda; & sic dicũt, ꝙ si notarius efficiatur iudex, possit conficere ad huc publicum instrumentum tanquam duret notarius, & hoc uidi de facto, & pro instrumẽto inducebatur. l. ista cum simil. not. quod non credo uerum, & hoc dicitur hic: nam licet durent priuilegia primæ dignitatis, non sequitur, quòd duret dignitas, quod ex eo apparet, nam priuilegium durat dignitate fini-

ta,ut supra de excus.mun.l.eos,& l.maximarum,in fi.& l. seq. & supra de prox.sacr.cub.l.2.& infra eo.in sacris, in fi. Præterea expressum est, quòd nemo potest duplici vti cingulo dignitatis, vt infra eo.hac parte,cum sim.ibi not.& infra qui mil.non poss.l.his,de quibus, facit ad prædicta quòd quis possit habere priuilegia multiplicis dignitatis,supra de dignit.l.3.supra de silentiar.l.1 & infra de palat.sacr.larg.l.vlt.& in alijs cōcordantibus supradictis. Item nota in fi.huius l.ꝙ dignitates sunt à fortuna,vt dixi de comitib.l.vna.

Peculiari. Ad euidentiā nota ꝙ inter memoriales sunt gradus proximi,adiutores, vt infra l. prox. Dic ergo hic,quòd omnes vsque ad mille proximos sunt clarissimi,& habēt liberam facultatem ingrediēdi secretarium Principis,sicut,& proximi,de quibus dixi supra eo.l.2.

Pro biennio. Olim proximi debebant esse in officio proximatus per biennium,hodie sufficit,si per annum,& post annum ad gradum peruenit proximiorū, i. habebunt dignitatem,de qua ponitur.l.1. Alij autem memoriales post proximos,debent seruire maiori tempore,vt supra eo.l.3.Andr.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus quandoque non habet priuilegium,nec eandem naturam cum eo, in cuius locum subrogatur.*

2 *Priuilegium patris mortui quandoque nedum viui prodest filio.*

Vnicuique. Militantium in sacris scrinijs, alij sunt inter numerum,qui est infra eo l.hac parte. Alij intra numerum expectant primam uacationem. Et dicuntur in hac l.tria. Primo vsque ibi. Et vniuersos &c. Secundo dicit de his, qui sunt ultra numerum. Tertio vsque in finem dicit quid habeat facere ille,qui subrogatur in locum præmortui. Primo quod dicitur,ꝙ inter eos,qui sunt intra numerum, seruatur ordo, & ratio tēporis. Secundo dicitur ꝙ ordo temporis seruatur inter eos,qui sunt ultra numerum,vt cum vacat aliquis locus admittatur ad locum vacantem,& ille qui subrogatur,erit ultimus, licet subrogetur in locum primi,dummodo nemini liceat,cum sit posterior in locum præcedētis ambire. Ab hac regula fit vna exceptio,ut ubi primus, qui minus laborauit,fuit filius proximi præmortui, præferatur secundo licet magis meruerit. Tertio dicitur, ꝙ vbi prior, qui est ultra numerum,subrogatur loco mortui,debet soluere proximis, & proximis adiuto-

adiutoribus certam pecuniæ quantitatem, quæ in littera exprimitur. Si non vult soluere pecuniam, & ideo renunciat honori, facit locum sequenti, & sic deinceps. item ille, qui primo recusauit, iterũ de suo gradu non remouebitur, & si iterum locum vacet, habebit liberum arbitrium admittendi, uel recusandi locum illum, & h. d. Nota primo de conseruando ordine temporis, & ratione non calcanda, ut dixi plenè supra de consul. l. 1. & supra de primic. l. 2. & fa-
1 cit infra de tyron. l. fi. Secundo nota ꝙ licet qui subrogatur, habeat priuilegium, & eandem naturam, cum eo, in cuius locum subrogatur, ut dixi de com. rei milit. & si quis caution. l. eum, qui. §. qui iniuriarum, fallit tamen hic, quia qui subrogatur in locum primi est ultimus, vt infra eo. l. comperimus. Tertio nota arg ꝙ nõ sufficit diu studuisse, sed bene. Quarto nota casum, in quo sunt necessarij 15. testes, de hoc dixi supra de naufrag. quoties. Quinto nota exceptio-
2 nem exceptionis. Sexto nota priuilegium patris mortui filio prodesse, ut supra de adu. diuer. iud. l. iubemus. §. filios, & supra de silent. l. fi. & quod dixi, ꝙ prosit filio priuilegiũ patris superstitis, sunt multa iura, vt infra eo. in sacris in prin. Septimo in tertio dicto nota ꝙ hic est locus successorio edicto, sicut in bonorum possessione, ut ff. quis ordo in bon poss. seru l. 4. & de successor. ed. per totum. Octauo & ultimo nota quòd qui primo recusauit alia vice admittitur, & ita nunquam prætor varietatem admittit, vt ff. de collat. bon. l. nonnunquam. In iudicijs tamen secus videtur, vbi dicitur erubescenda varietas, vt supra de mod. mult. l. fin. Et de hoc dic, ut not. ff. de procurat. in causæ.

Proximos. Proximi sacrorum, quos commendat industria militiæ, finito officio proximatus, qui finitur anno, ut supra eo. l. pro biennio, efficiuntur comites consistorij, durãtibus, nihilominus priuilegijs proximatus, ut supra eo. l. 3. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris, qui recessit in hieme finito libro, rediturus, tempore vacationis habet priuilegium.*

In sacris la secunda. Proximi, qui habent commeatũ, non perpetuo, sed ad tempus, ipsi cum liberis, & vxoribus habent ad huc Priuilegium fori, ac si non abessent, secundo ꝙ sunt immunes ipsi, & domus sua, sicut & cęteri proximi, qui sunt in officio, de quorum immunitate dixit supra
1 eo. l. 4. Nota optimam legem pro scholari, qui recessit finito libro

in hyeme rediturus, vt tempore vacationis habeat Priuilegium, de quo dixi supra de priuil. schol. l. 2. Item nota, qui ad tempus abest, non videtur abesse, de hoc dixi supra de bon. vacant. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Officia plura non potest vnus habere.*

Hac parte. Numerantur hic quot debent esse memoriales. Secundo dicitur, quòd vnus non debet fungi duplici officio, vt sit memorialis libellorum, & epistolarũ, vt sic vnus quodammodo occupet commoda plurimorum: immo qui est memorialis epistolarum, non erit libellorum, vel dispositionum, &
1 è contra. Nota quòd vnus non potest habere plura officia, vt supra de assess. l. nemo, & de postul. quisquis, & ff. de assessor. l. penult. & infra qui mil. non poss. l. ijs, & ff. ad municip. l. libertus. §. præscriptum, cum similib. & ff. ad tabell. ille à quo in fin. argumen. contra. ff. de adoption. si consul. de man. vind. l. 1. & supra de fals. l. si quis decurio.

Si quis. L. ista determinat illam supra eod. vnicuique in fin. siue corrigit, nam pecuniam, quam ibi dixit à subrogato dari proximis, & adiutoribus, dicit, quòd detur hæredibus mortui, vel creditoribus suis, qui dicto mortuo pecuniam mutuarunt, cum fuit promotus honore, si non sunt hæredes, quia nemo voluit adire, defertur creditoribus, & præferuntur creditores filijs, si non sunt creditores, admittuntur ad hanc pecuniam filij, & agnati, & cognati per ordinem: nec mirum, si hæc pecunia acquiratur hæredibus, nam, & residuum salarij, quod debebatur proximo, qui decessit, ad successores transmittitur, & hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, habet æquiuocationem ad multa.*
2 *Priuilegium datum patri, vel domino, videtur datum filio, vxori, vel seruo.*
3 *Priuilegium transit quidem regulariter ad successores, interdum ad superiores.*
4 *Fideiussores quis tenetur dare idoneos, & locupletes, regulariter: fallit quandoque.*
5 *Sportulæ maiores præstantur coram magnis iudicibus, quam coram paruis.*
6 *Aequalitas vt est seruanda in pluribus actionibus. fallit tamen quandoque.*

In sacris la tertia. Sic breuiter pone casum in hac.l.prolixa. Quinque sunt dicta principalia huius legis. In primo dicto datur proximis, & militantibus in sacris scrineis,& eius parentibus,& filijs,& familiaribus, & uxoribus priuilegium fori,ut coram magistro officiorum tantum conueniantur. Secundo datur eisdem priuilegium circa præbendam cautionem,iudicio sisti,in quo dicitur, quod in urbe dabunt unũ de adiutoribus,siue notarijs sacri scrinei in prouincia,ubi non est ille adiutor,committetur iuratoriæ cautioni. Tertio ibi,modum etiam &c. Datur eisdem priuilegium in soluendis sportulis, & diuersæ soluũtur sportulæ secundum diuersitatem tribunalium:& habeant prædicti huiusmodi priuilegia siue per se, siue per procuratorem sint in iudicio,& hæc pars prolixa durat usque ad § & quoniam. Quarto in §. & quoniam,dicitur, quòd in iudicijs est obseruanda qualitas, eadem prærogatiua circa sportulas datur aduersarijs istorum proximorum, & hæc est causa quare, & agentes, & fugientes habeant hanc prærogatiuam:quia non est onerosum aduersarijs, cũ eisdem detur. Quinto ibi,his videlicet &c. Dicitur quòd priuilegia quæ habuerunt isti proximi,durant, postquam fuerunt quieti redditi,siue sint in prouincia,siue in urbe habitent. Et hoc dicit hæc
1 lex prolixa.Nota in primo dicto huius.l.æquiuocationem huius vocabuli,sententia,interdum enim ponitur pro citatione, ut hic, & supra de episc.& cler.l.cum clericis.Interdum pro sententia diffinitiua.interdum pro interloquutoria. Interdum pro opinione, his
2 omnibus modis ponitur.ff.de arbitr.l.diem. §.1. Secundo priuilegium datum patri,uel domino,uidetur datũ filio,uel seruo, & vxori.concor.supra de fabricens.l.eos,& de prof.& med.l. grãmaticos,. & l.fi.& de epis.& cler.l.1.& 2.supra de silent.l. nè ad diuersa de priuil.schol l.4.infra de comit.consistor.l 2.infra de agent.in reb.l.fin. infra de castrens.l.hi,qui,& l.vlt.§.hoc autem infra de priuil.eor.qui in sac.pal.mil l.1.& 2.infra de priu. schol.l.fi. cum alijs simil. positis in fin. huius l. in gloss. Et cum qua determinatione hæc iura intel-
3 ligantur,dixi plenè supra de prof & med l. fin. Tertio nota quòd transit priuilegium ad superiores,ut hic & infra de priu schol.l. fin. in prin.l.2.infra de metatis.Regulariter contra ut ff. de senator. l.1.
4 in fi.& ibi not. In secundo dicto nota licet quis regulariter dare teneatur fideiussores idoneos,& locupletes pro rei qualitate ut ff.qui satisd.cog.l.ab arbitro. §.si uero pro condemnato,tamen hic fallit, quia in urbe datur adiutor talis,qualis est,sicut in clericis, qui dant œconomum,ut supra de epis.& cler.l. . Et in patre,& patruo, pro quo quilibet fideiussor accipitur,ut ff.in ius uoc.ut eant.§.1.Secundo nota de fideiussoria cautione, ut supra de dignit. quoties. In

tertio

5 tertio dicto nota quòd maiores sportulæ præstãtur coram magnis iudicibus, quam coram paruis, maiores coram iudice, quam corã arbitro, maiores in urbe, quam in prouincia. Secundo nota, quòd ubi cognoscunt iudices sine scriptis, non dantur sportulæ, & sic est argum. quòd arbitri possunt recipere sportulas, & trigesimas. Tertio nota quòd priuilegium datum alicui durat etiam si litiget per se, siue per procuratorem, ut arg. ff. de dam. infect. l. qui bona. §. pen. infra de agent in reb l. fin. circa. prin. arg. contra subtiliter. ff. de pro
6 curat. si cum dominus. In quarto dicto nota æqualitatem esse seruandam in iudicio, vt hic, & supra de fruct. & lit. expen. l. fin. de postul. l. prouidendum, & de seruanda æqualitate in arbitris, ut ff. de arbitr. si cum dies §. pen. & in pœnis, ut ff. pro soc. l. socrus pro filia, & in ultimis uoluntatibus, ut supra de testam. mil. in testamẽto, & in collectoribus, ut supra de col. illir. & in legum beneficio ut supra qui pot. in pig. hab. l. fi. Et regulariter in contractu, vel quasi, quia ex contractu oritur ultro citroque obligatio, ut ff de uerbo. signific. l. labeo, & est exemplum in commodato, pignoratitia, mandato, & deposito, ubi oritur actio contraria, & directa, & in quasi cõtractu est exemplum in actione negotiorum gestorum, ut inst de oblig. ex quasi contract. §. fin. fallit tamen. interdum in contractu, ut ff. de action. empt l. Iulianus. §. penultim. & in quasi contractu, ut supra de neg. gest. l. fin. cum simil. & ubicunque dicimus cessare actionem negotiorum gestorum. Item seruatur æqualitas in solutione tributorum, & in muneribus subeundis, ut plenè dixi supra de anno. & tribut. l. in fraudem. In ultimo dicto nota, quòd finita dignitate durat priuilegium, de quo dixi supra eod. iubemus. Item nota, quòd differentia enim locorum &c. ut supra de tempor. appellat. l. final.

SUMMARIUM.

1 *Multitudo, ac infinitas ut est uitanda.*
2 *Officialis ac doctor impeditus exercere suum munus potest illud supplere per substitutum.*
3 *Libellus quid debeat continere, remissiue.*

Comperimus. L. ista intendit resecare multitudinem adiutorum, qui debebant esse certi numero, scilicet in scrinio memoriæ, 12. In scrinio epistolarum 7. quadam ambitione longe ultra numerum creuerunt, mandat imperator, ut tandiu nullus nouus eligatur adiutor, quandiu perueniatur ad numerum statutum, ergo si moriatur aliquis ultra numerum, non

non subrogatur aliquis loco sui. Secundo ibi, non prohibendis &c. Dicitur quòd hæc regula fallit cum aliquis adiutor eligitur in memorialem, uel proximum sacrorum scriniorum, quia tunc poterit alius loco sui subrogari adiutor, & subrogatus nō obtineat uocem illius, in cuius locum subrogatur, sed erit vltimus inter adiutores, ad quod optimè facit supra eo. unicuique, & quod ibi not. Tertio dicitur ibi, illud &c. quòd ille, qui eligitur in memorialem vult aliū subrogare loco sui, debet offerre libellum quæstori, qui contineat diem oblati libelli, & hominem, qui petit subrogari, subaudi, & petentem, & rem, quæ petitur, idest, quia dicit quòd permissum est ei electio in memorialem, licet sit ultimus, istum subrogare loco sui. Quarto ibi in ordinandis &c. dicitur quòd ille, qui eligitur in memorialem, licet sit ultimus inter memoriales, remanet tamē prior inter adiutores, sicut à prin. erat: ille tamen, qui est subrogatus, est vltimus inter memoriales, ut supra dixi, & sic patet, quòd iste electus in memorialem &c. regulatiter contra, ut supra eo. hac parte.

1 Nota contra multitudinem, quæ est restringenda, quia nihil habet honestum, ut supra de referendar. quia canonibus est inimica, ut extra de præb. quia in tantum. & dic ut ibi. Et ideo in effrenata multitudine testium euitatur infinitas, ut extra de testib. licet heli, & multitudo legum redditur ad leu andam, & consonam breuitatem, ut in prima constitut. C. & in multis alijs euitatur multitudo, & infinitas, ut not. supra de sacrosf. eccles. & inter diuinum, & extra de ętate, & qual. cap. pen. & plenissimè extra de rescript. in decretali noua Innocentij IIII. & cap. pręsentium; vbi ponuntur, & numerātur casus, in quibus euitatur multitudo. Secundo nota contra am-

2 bitionem, ut dixi supra de iure fisc. l. super creandis. In secundo dicto nota, quòd aliquis officialis si necessitate superueniente non potest suum explicare officium, explicabit per substitutum, & sic doctor impeditus supplebit defectum per scholarem suum, argum. infra de agent. in reb. agentes, & dixi supra de decurion. nullus. In

3 tertio dicto nota quid debet continere libellus: quod melius colligitur supra de epis. & cler. in auth generaliter. Secundo nota, quòd imitanda sunt exempla maiorum. ff. ad trebell. apud Iulianum. §. antistia, licet non sit exemplis, sed legibus iudicandum, ut supra de sent. l. nemo. Vltimo nota casum, in quo idem habet duo officia & de hoc dixi in litera.

SVMMARIVM.

1 *Libelli oblatio erat olim necessaria in omnibus causis.*

2 *Causa incipit habere initium per libelli oblationem: alias a tempore litis contestatæ.*

Hac lege.

Hac lege. Tria sunt dicta huius l. Primo dicitur, quòd quando adiutores conueniuntur ciuiliter coram quæstore, aut sine scriptis, & tunc sufficit nomen accusantis exprimere, præcipientis; id est agentis, vel accusantis. & tunc debet edi libellus & ex tunc causa habebit initium. Secundo, ibi & quoniam &c. dicitur quòd prospectum est circa expensas faciendas in iudicijs deuotissimis memorialibus, & proximorum sacrorum scriniorum vt supra l. in sacris, eodem modo intendit prouidere adiutoribus, & prouidet per l. istam. Item tollit quandam iniquam consuetudinem, per quam illi adiutores, qui petebant, & consequebantur licentiã, tenebantur dare quandam pecuniæ quantitatem uel stipendijs priuabantur. Tertio dicitur, quòd si peruentum est ad statutum numerum adiutorum, non debeant alij eligi ultra numerum, & hoc dicit. Nota quòd uerbum conueniendi ponitur pro accusare, sic ff.
1 de iniur l. prætor edixit. §. 1. Item nota quòd olim erat oblatio libelli necessaria in omnibus causis, quod dic, ut dixi supra de dignitat.
2 l. quoties. Item not. quòd hic dicitur, quòd causa incipit habere initium per libelli oblationem, uel citationem conuentionalẽ inscriptis, aliàs dicitur à tẽpore litis contestatæ magis propriè, ut in auth. de litigios. §. omne. Ante enim nõ dicitur quis agere, sed agere velle, ut ff. rem rat. hab. amplius. Quarto nota quòd tollitur iniqua consuetudo, cõcor supra de decur. l. 1. Quinto collige arg. pro soldanarijs, quia si recedant impetrata licentia consequuntur stipendia medij temporis, in quo fuerunt absentes, vt expresse colligitur hic & supra eodem in sacris, secus si sine licentia, ut ff. de re milit. qui excubias.

Certè. L. ista facit duo. Primo confirmat l. illam supra eo. cõperimus in eo quòd ibi dicitur, quod non debent noui eligi, vel subrogari adiutores quandiu perueniatur ad numerum statutum, nisi in casu, & vt ibi dicitur. Secundo tollit quadam constitutionem græcam quæ in talibus permittebat fieri subrogationem etiam ab illis, qui erant ultra numerum, & sic impediebant effectum l. illius, comperimus. Nam in illa constitutione greca dicebantur, quòd senes, & ualetudinarij, & qui erant ultra numerũ, poterant alios subrogare, & ita cum multi erant ultra numerum, non poterant minui, vsque ad numerum statutum, sed licet cuilibet seni, uel morboso alterum subrogare, & sic patet quòd l. illa cõperimus, erat sine effectu. In fi. huius l. dicitur idem, quod dixit supra eo. l. prox. vltimo, & tertio dicto.

Rubr.

Rubr. de agentibus in rebus.

Nullus. Ad euidentiam totius tituli, nota quòd agentes in rebus dicuntur, quibus euectio, ideſt fodritura mandatur, ut infra de can. l. 2. & iſti erant diuiſi per diuerſos numeros ut infra eo. l. 2. & quilibet numerus habebat unum præpoſitum, qui uocabatur Princeps, de quo dicitur infra eo. tit. per totum. Et in hac dicitur, cum aliquis agens in rebus moritur, non poteſt, nec debet quemlibet ſubrogare in locum eius, ſed ille ſuum locum obtineat, qui erat poſt eum in ordine, & cui ſuffragantur laborum mærita. Nota quòd dixi ſupra de conſul. l. 1. & infra de tyron. l. fi. Et ſunt ad prædicta multa concor. hic not. in glo.

SUMMARIUM.

1 *Principis authoritas eſt neceſſaria in auctorando aliquem.*

Nulli. Nullus iudex poteſt diſtinguere, ideſt repellere agẽtem in rebus, uel eximere à matricula ſine conſcientia Principis, & ita agens in rebus nullam uereatur animaduerſionem alicuius iudicis, & nullam timeat contumeliam uilitatis; ideſt contumeliam alicuius, uel vilis iudicis, & quilibet quantum ad hoc eſt uilis, qui non habet conſcientiam Principis, de hoc dixi ſupra de iure
1 fiſ. l. prohibitum. Item nota quòd authoritas Principis eſt neceſſaria in exauthorando aliquem, ſed magiſter militum hoc poteſt, ut ff. de his, qui not. infam. l. 2. §. ignominia. Item collige arg. quòd bonus non timet iudicem.

SUMMARIUM.

1 *Qui eligitur ad militiam uel ad officium, debet approbari à Principe.*

Matriculam. Tria dicuntur hac. l. Primo ſtatuuntur diuerſi numeri agentium in rebus. Secundo ibi, ſit in æternum dicitur, quòd cum moritur aliquis agens in rebus luctuoſum ſalarium transfert ad ſuos ſucceſſores, & vſque quo debuerat durare defunctus, alius non eligatur in locum eius, ne nimis grauetur reſpublica in dando ſalario electo nouiter, & hæredi defuncti. Tertio dicitur quòd nullus agens in rebus habet Priuilegia deuotiſſimę ſcholę, niſi, qui eſt à Principe approbatus, & ſic debet

bet habere probationem Principis,& hoc dicit. In eo autem,quod dicitur in secundo dicto, nota quod dixi supra de domest. & prot.l.
1 fi.Secundo nota,quòd qui eligitur ad militiam,uel officium,debet esse à Principe approbatus,ut infra de diu.offic.l.probatorias.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perit interdum finita dignitate,regulariter contra.*
2 *Priuilegium restringitur ratione locorum: regulariter contra.*

Ex eo. Ad euidentiam,nota quòd diuersi sunt numeri agentium,& alij uocantur centenarij, alij ducentenarij, ut supra l.prox.in princ.patet. Dicitur hic,quòd omnes isti agentes in rebus centenarij,vel ducentenarij habent fori prærogatiuam,ut cõueniantur coram magistro officiorum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis: quia si in ciuilib. prouidetur eis, vbi exercetur causa pecuniaria,multo fortius in criminalibus, ubi tractatur de salute personæ, & hoc priuilegium datur etiam quibusdam agentibus,qui subarrabiles uocantur. Secundo ibi,ut tamen &c. dicitur, quòd deposito officio illo, cessat illud priuilegium supradictum. Tertio ibi,prædictas,dicitur quòd prædicti agentes in rebus habent prædictam prærogatiuam,quando sunt in urbe:in prouincijs tenẽtur respondere coram iudicibus locorum,nisi sint in causa publicæ sollicitudinis,& hoc dicit. In primo dicto nota cur prouidetur in causis ciuilibus, & criminalibus, quia maior est causa criminalis, quam ciuilis,ut de pœ.l.in seruorum,in fi. Et ubi maius periculum maius debet adhiberi remediũ, ut ff. de carb. æd.l.1.§.1. arg.contra, de priu.schol.vbi plenè dicam. In secundo dicto nota quòd finita
1 dignitate perit priuilegium. Regulariter contra,vt supra de excus. mun.l.maximarum,& l.1.& dixi supra tit.2.l.4. In vltimo dicto no-
2 ta ꝙ priuilegiũ restringitur ratione locorũ,regulariter contra,ut supra de temp.restit.l.fi.in prin.& supra.tit.1.in sacris, in fi.

Rubr. de præpositis agentium in rebus.

SVMMARIVM.

1 *Eligi nemo debet ad dignitatem,nisi eius labores sint comprobati.*
2 *Sociorum testimonio credendum est de fama & bonitate socij.*
3 *Seruiens per substitutum cogitur subire periculum.*
4 *Electus ad aliquod munus,siue substitutus in alterius locum, debet esse idoneus.*

Agentes

Agentes. Agentes in rebus post magnos labores, & per ordinem, id est matriculam, decurrentem promoti ad insignia Principatus, id est Principes effecti, vt infra tit. 1. in prin. debent sic Principes effecti militare in quolibet scrinio, quorum nomina ponuntur in litera per annum. Excipiuntur negociatores, & conductores rerum alienarũ. Illi ad hæc vocentur officia, quorũ labores agentium in rebus testimonijs comprobantur. Item excipiuntur illi agentes in rebus Principes, qui erant implicati in sacris scrinijs memorialibus. Sint ergo contenti Principatus honore. In secunda par. ibi, quòd si morbo &c. dicitur quòd si prædicti Principes impediti morbo, uel senio non possunt prædicta explicare officia, debent suo periculo alios idoneos habentes huius rei peritiam
1 substituere, & hoc dicit. Nota quòd nemo debet eligi ad aliquam dignitatem, nisi quorum labores sociorum testimonio comprobã
2 tur; & sic labores merentur, ut dicam in tit. 1. l. 1. Et sic patet illud not. quod credendum est testimonio sociorum de fama, & bonitate socij. concor. extra de elect. c. innotuit, & cap. scriptum, & ca. post quam in auth. de Monach. §. cogitandum. Secũdo nota quòd unus non potest habere diuersa officia, ut dixi supra tit. 1. l. hac parte. Tertio nota quòd potest quis seruire per substitutum, vt dixi supra de de decurion. nullus & in hac l. vbi sunt multæ concordantes in glo.
3 Quarto nota quòd qui seruit per substituturum, cogitur subire pe
4 riculum, quod dixi supra de pręd. nau. l. fi. Quinto nota, quòd qui eligitur ad aliquod munus, uel in alicuius subrogatur locũ, debet esse idoneus ad illud officium, vt ff. de mun. & hon. l. vt gradatim, circa princ. & supra de sacros. eccles. §. & sub prætextu, & ff. de off. præf. prat. l. 1. §. pen. nam interdum receditur ab ordine, ut eligatur idoneus, ut ff. de leg. 1. l. stichus. §. ordine. Item ut hic dicitur, debet esse morigeratus, nam boni mores, plusquam diuitiæ operãtur, vt inst. de suspect. tutor. in fin. arg. de prof. qui in vrb l. unica, & ff. de excus. tutor. scire. Et ut hic dicitur, debet habere scientiã, & rerum experientiã, ut ff. de decret. ab ord. fact. l. 1. & arg. in proę. inst. §. cumque, & sdpra de inst. l. 1. scientia enim ualet, quo ad cogitationem, experientia quo ad operationem. Nam experientia æquiperatur scientiæ, ut supra de iud. l. pen. & sic non sufficit aliquem esse peritum, nisi experientiam habeat eius, ad quod eligitur, ut supra patet, & optimè melius, quam alibi colligitur in tit. 1. ex agentibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia extenduntur ad prærogatiuas.*
2 *Priuilegium datur etiam plura habenti priuilegia.*

Hac

Hac saluberrima. De prærogatiua fori, quæ datur agētibus, dixit supra eo.l. ex eo. hic loquitur de prærogatiua, quam habet circa soluendas sportulas, & dationem fideiussionis iuditio sisti. Et dicitur quòd habet eandem prerogatiuam, quam habent cæteri in sacris scrineis militantes: de quibus dixi supra tit. 1. in sacris. Et hanc habent prærogatiuā, siue agant per se, siue per procuratores. Secundo ibi, ista &c. dicitur, quòd alia priuilegia collata per alias leges istis agentibus, non tolluntur per hanc, quia facimus l. istam ad augmentum priuilegiorum, non ad diminutionem. Tertio ibi, similiter &c. dicitur quòd hoc priuilegium trāsfertur ad matres, uxores, & familiares. Quarto ibi, ita &c. dicitur quòd hoc priuilegium circa sportulas durat in prouincia, vt & minus soluat, quàm in urbe, quia tertiam partem tantū. Quinto & ultimo imponit pœnam non soluentibus legem istam. In primo dicto, & tertio nota quòd dixi supra tit. 1. in sacris, circ. prin. Itē nota quòd durat Priuilegium, & si priuilegiatus agat per procura-
1 torem, ut in præall l. in sacris, dixi. In secundo nota quòd Priuilegia extenduntur, & ad prærogatiuam, concor. supra de bon. uac. l 2. & ff. de const. prin. l. fi. & arg. ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. Secun-
2 do nota quòd datur priuilegium aliquod habenti plura priuilegia, ad quod facit supra de dignitat. l. 3. & arg. ff. de act. & oblig. l. Lucio; ademptio enim facit, quominus aliquod beneficium debeatur, nō collatio, ut ff. de adim. leg. l. legata inutiliter, & hic. In quarto dicto nota quòd hoc beneficium datum circa sportulas soluēdas, durat in prouincia, secus in beneficio exemptionis fori, ut supra eo. l. ex eo. In ultimo nota qualiter puniantur contempores mandati, ut dixi plenè de thesaur. l. vna.

Rubr. de Principibus Agentium in rebus.

SVMMARIVM.

1 *Principes agentium in rebus, qui dicebantur, remissiue.*
2 *Laborantibus datur honos, & præmium.*

1 Agentes. Qui dicantur Principes agentium in rebus dixi supra tit. 1. l. 1. in hac l. dicitur, quòd agentes in rebus, qui laborauerunt in hoc officio per Palmām, idest uictoriam laboris, & meriti, coronantur principatus honore. Secundo dicitur, q nullus alius iudex potest iniungere aliqua munera agentibus, nisi Princeps agentium, & aduocati, qui faciunt contra dictos agentes 2
postulantes

postulantes in quolibet examine, nisi de Principis supradicti licentia, contrafacientes puniuntur. Secundo modo intelligitur, quòd dictis principibus non possit aliquod munus iniungi, nisi de conscientia Principis supradicti, nec aliqui possunt aduocare cõtra eos, nisi de Principis voluntate. Nota ꝙ palma ponitur pro victoria, & ideo Palmarium dicitur, quod datur aduocatis pro victoria causæ,
2 vt ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. palmarij. Secundo nota ꝙ remunerandus est labor, & sudor, nam per laborem, quis peruenit in gradum altiorem ut supra de off. deleg. l. 2. & infra de tyron. l. fi. Ad honoris augmenta per laborem vnumquemque conuenit peruenire, vt infra de re mil. l. contra, & datur corona Principatus, vt hic. Et sic patet ꝙ laborantibus datur honos, & merces, ut optimè dicitur infra eo. l. princeps, quia eos ad hæc officia volumus aspirare &c. vt supra tit. 1. & virtutum præmia merentibus dari conuenit, ut supra de imagin. l. fi. nam labor nõ debet esse sine mercede, ut in auth. de iud. §. ne labor, & meretur studiosus labor, ut supra de profess. l. 1. & faciunt ad hæc infra de apparit præf. præt. l. contra. vbi remunerantur sudores, & infra de castr. om. pal. pecul. & dixi supra de prof. no. Romæ l. vna.

Omnia. Cum agentes in rebus sunt citandi, etiam si habeãt senatoriam dignitatem, non possunt citari, nisi per Principem agentium, alij autem actus, vel legitimas monitiones senatoribus pertinentibus, explicant coram magistro census, nec valet rescriptum contra l. istam subreptitie impetratum.

Proconsularis. Princeps agentium dicitur habere proconsularem dignitatem, & sic sunt spectabiles.

Ex agentibus. Primo dicitur, in h. l. ꝙ Principes agentes possunt habere domesticos, idest milites idoneos, & fideles, & expertos, qui aliàs fuerunt in officio hoc. Secundo dicitur ꝙ agentes in rebus, qui xxx. annis fuerunt in illo officio, si non possunt plus laborare, quia sunt infirmi, & testimonio sociorum constet eos bene laborasse, habẽt Principatus honores, & Priuilegia. Tertio ibi, sed in salutationibus &c. dicitur Principẽ, qui est in actu esse priorem honorarijs. Quarto ibi nihil &c. dicitur ꝙ censuales, & apparitores non possunt aliquid excogitare contra priuilegia eorum Principũ. Nota in primo dicto ꝙ Principes agentes possunt habere domesticos, non sic in præside, uel Duce, ut supra de assessor. l. nullus. Secundo nota ꝙ aliquis debet esse expertus in officio suo, & sic experientia dic, ut dixi supra tit. 1. l. pen. Tertio nota ꝙ ille, qui semel fuit in officio, potest iterum eligi in eodem, ut supra de assessor. l. qui semel, dummodo non continuet vt supra

de hon.non contin. In secundo dicto nota, ꝙ actualis præfertur honorario, vt dixi sup.tit.j.l. pe. & vt dignit. ord.seru l.j.

Eos. Postquàm agentes in rebus, vel adiutores, magistri officiorum efficiuntur Principes agentes, habent vicariam dignitatem, & sic nota, quòd Principes sunt spectabiles.

Principes. Dicitur hic, ꝙ Principes agentes, qui peruenerūt ad hunc honorem propter multa pericula, & renunciationem vitæ, seu propriæ salutis habent comitiuæ primi ordinis dignitatem. Nota qui exponit se periculis, renunciat vitæ, & propriæ saluti. Secundo nota quæ dixi supra eo. l. 1.

Quicunque. Quis sit cohortalis, dicitur infra de cohortal. Dic ergo, ꝙ si aliquis cohortalis conditionis fuerit inter agentes in rebus, & post laudabilem laborem, meruit Principatum ꝙ filij ante suscepti, quàm esset Princeps, sunt obnoxij cohortali cōditioni, sed si post suscepti, sunt liberi, & immunes sicut, & ipse pater. Nota sicut subueniens dignitas prodest, vt supra de liber. & eor. lib l. 2. §. 1. & supra de decur. l. vlt. §. iuri quoque.

Multis. L. ista longa dat eandem penè prærogatiuam Principibus circa sportulas, & alios sumptus litis, & de diuersitate tribunalium, quā dedit l. in sacris supra tit. 2. proximis sacrorum scriniorum, & eadem prærogatiua datur vxoribus, filijs, & matribus, & familiaribus, vt ibidem. Item dat aliquam prerogatiuam, vt conueniantur inscriptis, vt supra de dignit. quoties, in fi.

Rubr. De curionis, & stationarijs.

SVMMARIVM.

1 *Officiali quandoque creditur, quandoque non creditur.*

Curiosi. Agentes in rebus, de quibus dixit supra in superioribus titulis, erant diuersis officijs deputati, & alij erant curiosi, qui debebant inquirere, & denunciare criminosos. Alij erant deputati super euectione, vel cursu publico in fodro, vt sequentibus legibus. Isti curiosi si dicant, vel denuncient aliquos criminosos, debent probare aliàs puniuntur tanquā calūniatores. Secundo dicitur, quòd illa iniqua consuetudo, per quam curiosi

poterant

poterant carcerare aliquos, tollitur & hoc dicit. Nota quòd isti curiosi, qui aliàs dicuntur irenarchæ, vt ff. de cust. reo. l. diuus, puniuntur tanquam calumniatores, nisi probauerint, vt hic, & supra de accusat. l. ea, & debent suis denunciationibus insistere, aliàs si sine abolitione desistunt, incidunt in turpillianum, vt ff. ad tertull l. ab accusatore. §. denunciationes, & hoc ideo quòd non ex fide elogia
1 scribere compertum est, vt in præall. l. diuus. Ex his nota, secundo quòd non creditur officiali, vt in præall. l. arg. contra ff. de off. præf. vrb. l. 1. §. sane, & ff. de reb. eor. l. magis. §. nec eum. Et dic plenè in quibus casibus credatur officiali, vel iudici. Et ecce creditur officiali, vt in l. in contrarium allegatis. Item creditur iudici, quia causa ab ipso expressa in sententia, creditur vera, vt in l. properandum. §. illo, & statur eius interpretationi, vt ff. de appellat. ab exequutore. Et creditur Prætori de forma stipulationis. ff. de prætor. stipul. in prætorijs. Et creditur tribuno, vt supra de repud. auth. hodie. Et tabellioni, vt ff. de fals. l. si quis decurio, & litteris iudicis, vt not in auth. vt nulli iud. §. si quis comprehensorum. Et episcopis, ut supra de epis. & cler. l. si quis per calumniam, in fi. Et creditur rememorationi, vt in Lombarda de benef. l. si quis à modo. Et dicto vnius creditur, quo ad præsumptionem, vt ff. de dot. præl. l. theopompus, & quēad. testam. aper. l. 2. Contra non creditur uni, ut supra de testib. iuris iurandi. Nec soli arbitro, ut supra de arbitr. l. nè in arbitrio nec tabellioni, ut in auth. de hæred. & Falc. §. si uerò alium. Nec nunciatori, uel curioso, ut hic cum simil. Sol. prima causaliter, ultima dicta, regulariter; & dicimus uox unius, uox nullius, & etiam superius allegata aliter intelliguntur, ut in quolibet eorum patet. Tertio nota, qui non probat, quod intendit, calumniari uidetur, quod dic ut supra de adu diu. iud. l. 1. Quarto nota quòd punitur qui calumniosè aliquem asserit criminosum. Quinto nota quòd tollitur mala consuetudo, ut supra tit. 2. l. pen. & in auth. ut nulli iud. §. 1.

Agentes. Sicut dixi in prox. superiori l. aliqui agentes in rebus erāt deputati curæ, & sollicitudini euectionis. Dicit ergo hic Imperator, nos credimus ꝙ isti agentes procurabūt circa euectionem publicam, & ideo nulli alij uolumus hoc officiū committi, nisi dictis agentibus. Aduertant ergo diligenter, ut non fiat aliquis cursus præter euectionis authoritatem, quod dicit, non mittatur fodram, nisi cū expedit, & si aliquis uelit aliter facere, non habebit effectum, & cum est faciēda euectio, idest cum aliquid est portandum ad exercitum, ostendatur iudicibus, & curiosis, idest dictis agentibus, ut uideant, quæ sunt portanda, & sic statuant numerum euectionis, idest equorum: non accipiant pecuniam pro eis

non deputatis ad euectionem, quia cum sint deputati octo, colligitur pecunia prox. contrafacientes in quadruplum.

SVMMARIVM.

1 *Dignitate non iuuatur, qui male eam conseruat, & priuilegium meretur amittere.*

Per id tempus. Tandiu isti agentes non possunt condēnari à præfecto sed à suo iudice, quandiu seruant honestatem, qui verò inhonestè viuunt fori prerogatiuam
1 non habent. Et sic nota non iuuatur dignitate, qui malè eā seruat, & priuilegium meretur amittere &c. vt supra de dignitat. l. iudices, cum simil. & ff. de minor. auxilium, cum similibus.

Agentes. Agentes in rebus singuli debent esse per singulas Prouincias, & habere tantum curam, & sollicitudinem euectionis, nil habeāt commune iudicibus prouinciarum, non ingerant concussionem aliquibus nauibus, non dent alicui libellum cum litibus, sed tacite curæ euectionis intendant, & neminem incarcerent. Et sic nota ꝙ quilibet debet esse contentus officio suo, sicut dixi supra de princ. agent. in reb hac parte.

Rubr. De Palatinis sacrarum largitionum.

SVMMARIVM.

1 *Palatini dicuntur duobus modis.*

1 Vicarij Palatini. Ad euidentiam nota, dicuntur Palatini duobus modis. Primo strictè, qui mittuntur ad exigenda debita fiscalia, & iste dicitur Palatinus sacrarum largitionum; & qui exigit patrimonialia Principis, & iste dicitur Palatinus rerum priuatarum, & sic sumitur in toto isto titulo, & licet sint diuersa officia, est tamen idem priuilegium, vt infra eo. l. fi. Et licet mittatur iste Palatinus ad exigendum, nil exigit, sed tantum insistit præsidi, vt supra de can. larg. titul. l. 2. Et sic videtur esse idem officium eorum, & opinatorū, vt supra de exact. trib. l. missi. Secundo dicuntur Palatini largè quicunque habent aliquod officium in palatio, & in hac significatione potest dici Palatinus, præpositus sacri cubiculi, & proximus sacrorum, & similes: sic sumitur infra de priuil. eor. qui in sac. pal. mil. per totū, & maximè. l. 1. & 2.

Isti

Isti Palatini, de quibus supra dixi, qui vocantur vicarij, vt quia quodammodo gerunt vicem Principis, sunt immunes ab extraordinarijs, capitationem tamen soluere tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Qui semel in suo deliquit officio, ea & alia carere debet dignitate.*

Nullus. Thesauriensis, qui malè, & fraudulenter se gessit in officio suo, ad illud officium, nec ad aliud nunquam
4 redibit. Nota ergo quod qui semel in suo deliquit officio, illa, & alia semper careat dignitate. facit supra de præsumpt. l. si aliquis, & sup. de dignit. l. iudices, & ff. de susp. tut. l. 3. §. quæro, cum sim. ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus malus timet suum subditum.*

Prisco. Principatus Capadociæ principaliter erat deputatus pro suis stipendijs comiti domorum, ad quem gerendum sicut olim, ita & hodie mittitur aliquis de Palatinis, quem etiã
1 timebit Comes, ne aliquid propter ipsum malè agat. Et sic nota quòd malus prælatus timet bonum subditum suum officialem, quod est idem, quia subditus potest superiori resistere, vt supra de mag. scrin. l. vna in fin. & de op. quoniam. Item malus doctor timet bonum scholarem.

SVMMARIVM.

1 *Maior quandoque debet reuerentiam minori.*

Nihil. Exempti sunt Palatini à iudicum, & Præsidum interdicto, & non debent præsidibus renunciari, quia debetur eis reuerentia, ne dum à minoribus, sed etiam à maioribus, & hoc
1 dicit. Nota quòd maior etiam debet reuerentiam minori, concor. supra de off. rect. prou. l. potioris, & de off. diuer. iud. l. 2. Et sic collige arg. quòd non perit iurisdictio minoris magistrarus propter aduentum maioris, vt hic, & in auth. de defens. ciuit. §. nulla.

Quidam. Qui fuit Palatinus, & compleuit officium suum, non potest postea transire ad aliam dignitatẽ, puta ad scrinia exceptorum, sed debet adhuc militare in eodem offi-

 cio.

cio. Nota quilibet illum sequitur ordinem, quem militando elegit, & sic facit pro perseuerantia.

Ab officio. Nil potest iniungere Palatinus, nec præses Prouinciæ, nec præfectus.

SVMMARIVM.

1 *Ad suffragia mendicata quis non debet ire.*

Scrinels. Hac l. nominantur officiales, qui subsunt comitibus domorum, & ij habent stipēdia, & est friuola in omnibus, & non potest legi, nisi tantum in princ. illud generale ver-
1 bum; non debet quis ire ad mendicata suffragia.

Placuit. Qui dicantur ducennarij, & centenarij, dicitur in multis locis, & similiter in l. ista friuola; & dicitur ꝙ quilibet de illis ducennarijs debent quiescere, & aliqui deputati ad officium Palatini.

Non aliter. Aliquis nō eligitur ad officiū Palatini, quod quale sit, dixi in prima lege, nisi de Principis voluntate, & facit infra de re milit. nemine.

SVMMARIVM.

1 *Calx aliquando sumitur pro fine.*

Palatinos. Palatini, quos dic, vt in prima lege adiutores, & Primicerij, qui ad calcem, ad finem sui peruenerunt officij, sunt immunes à munere tyronum, sicut, & agentes in rebus, vt supra de agentib. in reb. l. ex agentibus, & nota verbum,
1 calcem, idest finem, similitudinariè, quia calx ima pars pedis, sed femur stringit medium.

Ad similitudinem. Sicut est statutus annus pro biennio in officio proximi sacrorum scriniorum, vt supra de prox. sacr. scrin. l. pro biennio. sic, & in officio Palatini, vt modo biennio, & olim anno seruire teneantur, & habeant omnia integra priuilegia. Idem in Priuilegijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Absoluere qui potest quandoque non potest condemnare: contra regulam.*

Viros. Palatini non coguntur litigare coram præfecto vrbi, nisi in quibusdam casibus, qui numerantur in littera: in cæteris ergo litigabunt coram comite suo, & hoc quandiu est in vrbe, vel in palatio, sed in prouincijs degentes non causa reipublicæ occupati, litigabunt coram præside, & præses poterit eos absoluere, sed non condemnare sine conscientia Principis, & hoc dicit.
1 Nota contra regulam, quòd qui potest absoluere, non potest condemnare: est supra vbi sen. vel clar. l. quoties, & supra de episc. & cler. l. cum clericis cum simil.

Inter alias. Primicerius sacrarum largitionum fortè erant Princeps Palatinorum, & primicerij, & tribuni, & res scriniorum primicerij fruuntur dignitate militari, & tribuni prætoriani, & nil potest eis iniungi ab alio iudice, quàm à comite.

Iubemus. Sicut dixi supra eo. Alij erant Palatini sacrarum largitionum, qui exigebant patrimonialia. Dicitur quòd omnes isti habent idem Priuilegium, quia est par, & similis militia: omnia enim Principis esse intelliguntur, vt in l. bene à Zenone. Secundo dicitur idem, quod supra lege prox.

Rubr. De stratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Stratores qui olim dicebantur.*

1 Per omnes. Stratores dicuntur, qui præsunt stabulo equorum, nam stratorium dicitur stabulum, dicitur ergo hic, quod stratores debent quolibet die habere vnum solidum pro expensis, & cum Princeps alicui donat equum, donatarius potest ei dare unum solidum pro expensis, & non plus; si plus dederit, punitur. Item punitur officium præfecti si sciens rem prædictam illicitam, gestã fuisse, non illico eam seueritati iudiciariæ prodidisset. Nota punitur, qui spontè dat, & sic non potest quis spontè donare de suo. Sic infra de metat. deuotum cum simil. Et erat ratio

hic, quia præsumitur, quòd corruperit stratorem, ille donatarius, vt induceret Principem ad donandum illi equum.

Rubr. De castrensianis, & ministerianis.

SVMMARIVM.

1 *Castrensiani qui erant, & quæ curabant.*

In officio. Castrensiani sunt, qui habent curam castrorum, idest tentoriorum, qui sub præfecto prætorio militabant, vel magistro militum per biennium ab hoc officio vel militia solutis, & liberatis, alij sequentes, qui erant post eos in albo secundum laborum merita vocabantur, & illi, qui fuerunt ab hac soluti militia, ad eam non reuertantur, subaudi, sine Principis voluntate, vt dixi plenè infra de diuers. off. l. 2. Et nota pro labore remunerando, vt plenè dixi supra de princ. ag. in reb. l. 1.

Si quis. Multæ erant formæ, idest gradus, vt patet supra tit. 2. in l. friuola. qui ergo eligitur in aliqua forma, vel prima, vel secūda, vel tertia, in ea forma est ultimus, ut supra de prox. sacr. scrin. l. vnicuique, & ff. de decur. l. 3.

Hi qui. Militant in schola sacræ vestis, puta quia erant Gynetiarij, qui faciebant vestes Principis, & ipsi, & matres, & patres, & vxores puniuntur coram magistro officiorum criminaliter, & ciuiliter. concor. in l. prox.

Ante omnia. L. ista prolixa dat multa priuilegia deputatis Principis, qui officiales continentur in breui, quod non habemus. Et est primum priuilegium fori, vt nō conueniantur coram alio iudice, quàm præfecto prætorio. Secundo ibi, sed ne in hoc; dat Priuilegium, vt non conueniantur, nisi in scriptis. Tertio ibi, conuentos, dat priuilegium circa dandum fideiussorem iudicio sisti, quod dic per omnia vt supra de proxim. circa sportulas, & alios sumptus in diuersis iudicijs faciendis, & hæc omnia priuilegia dantur matribus, vxoribus, filijs, & seruis. in fi. autem facit exceptionem ab eo, quod dixit in primo dicto, vt in causis, quę continentur in littera, non habeat prærogatiuam, & hoc dicit. Dic circa l. istā, vt dixi in præall. l. in sacris, & supra de prin. agent. in reb. l. fi & multa diximus infra de priuil. schol. l. fi.

Rubr.

Rubr. De decanis.

SVMMARIVM.

1 Decani qui erant.

1 Quatuor. Decani erant, qui præerant, uel fortè agentibus, quos Marchiani vulgari capientem uocant, & dicitur hic, quòd quatuor viri de numero decanorum, postquam peruenerunt ad primum gradum militię, gerunt per biennium primitiatum, & postea quiescant, & alij quatuor subsequentes, quod est not. vt dixi supra de consulib. l. 1.

Nostræ. Datur in hac l. decanis, duplex priuilegium. Primo, vt cōueniatur coram magistro officiorum, & circa fideiussoriam cautionem iudicio sisti, ut non teneantur dare aliū fideiussorem, nisi priorem ipsorum.

Rubr. de mensoribus.

Primicerius. Mensores, qui metiebātur hospitia, de quibus dicetur infra de metat. post bienniū habent militiam agentium in rebus.

Rubric. de Priuilegijs eorum, qui in sacro palatio militant.

A Palatinis. In hoc titulo tractatur de Palatinis in larga significatione, ut dixi plenè supra de pal. l. vna. Et isti Palatini, siue qui inculpata nostris obsequijs officia præbuerunt, siue qui in scrinijs sacris libellorum, uel epistolarum militaue rūt, sunt immunes ab omnibus personalibus muneribus, & ipsi, & filij sui, & nepotes, & qui eis ausus fuerit inferre iniurias, punietur consideratione nulla habita dignitatis, & sic delictum priuilegium dignitatis excludit.

De cubiculis. In hac l. per oīa datē eadem immunitas Palatinis, q̄ data fuit supra l. prox. & in litera specifi-

ſpecificantur multa nomina palatinorum,& munerum. Secundo dicitur,quòd habet peculium caſtrenſe. Tertio hæc omnia priuilegia erogantur ad agentes in rebus quorundam munerum.

Ex aula. Et in hac l. ſicut in ſuperioribus datur immunitas Palatinis etiam ſi ſunt ad alia ſubeunda idonei.

SVMMARIVM.

1 *Contemptor mandati uel legis principis dicitur ſacrilegus.*

Omnes. Palatini,qui in palatio Principis diuerſis actibus militarunt,etiam poſt dignitatem finitam, illa retinēt inſignia dignitatis,at præferantur alijs Palatinis,qui poſteriori tempore miſſi fuerunt ad regendas prouincias, præferantur dico in ordine,& conſilijs prębendis,quod dic ut ſupra de conſul.l.1.Intende quòd præferuntur illis poſt finitam adminiſtrationem illorum ſequentium,alijs,qui habent adminiſtrationem, præferuntur honorario tempore potiori, ut ſupra ut dign. ordo ſeru. l.2.& ibi de hoc. Vltimò dicitur, quòd illi, qui contemnunt l. iſtam,puniuntur pœ-
1 na ſacrilegij. Et ſic nota quòd contemptor mandati,vel legis,eſt ſacrilegus,ut dixi ſupra de theſaur.l.unica.

Rubr. de Priuilegijs ſcholarum.

SVMMARIVM.

1 *Nomina propria poſſunt quidem mutari,non tamen in fraudem,appellatina autem ſunt immutabilia.*

Viris. Schola,ideſt ſocietas fortè militum ut ſupra de comit. l. una. Iſti milites,qui erant in ſcholis,ideſt ſocietatibus, ſiue ipſę ſocietates habent priuilegia,vt infra per totum, non tamen poſſunt degradare, vel verberare ſenatorem, nec poſſunt habere eoſdem ſenatores,vel ducennarios domeſticos, cōtrafacientes puniuntur. Vltimo obuiat fraudi, quam prædicti milites faciebant, quia qui erant prohibiti habere domeſticos, habebant & uocabāt eos alio nomine,nec hoc poſſunt. Et ſic nota quòd non debent ex alia uia circumueniri,vt ff. de tutor. & cur.ab his.l.ſcire,& de tran-
1 ſact. l. cum hi §. ſi cum lis. Item nota, quòd licet propria nomina poſſint mutari,vt ff.ad trebell.l.aut facta.§.in dubio,& dixi ſupra de indict.

indict. nõ tamen in fraudem mutari possunt, ut hic & supra de mutat. nom. l. vna, & in auth. ut nulli iud. §. 1. & idem extra de simon. in tãtum. Appellatiua aũt nomina sunt immutabilia, vt ff. de leg. 1. l. 4.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium non datur in criminalibus.*

Hac lege. Militantes in singulis scholis, idest societatibus militum armatorum post obmissa stipendiorum curricula, idest post impletam militiam, habent fori prærogatiuam in ciuilibus causis, ut conueniantur coram magistro officiorũ, non sic in criminalibus, quia si in prouincia delinquerunt, a pręsidibus condemnantur. Et ratio ne sub prætextu priuilegij flagitiorum crescat authoritas, & publica uacillet utilitas. Nota quòd priuilegium
1 nemini dat peccandi licentiam, concor. extra de hæret. ad abolendam cũ simil. Alibi dicit l. ne ex hoc, scilicet priuilegio, sibimet imperare, ut delinquat maximè, vt in auth. ut iud. sine quoq; suffrag. §. quod autem. Sed oppono, & videtur, ex quo datur in pecuniarijs, multo magis, & in criminalibus, ut plenè dixi supra de agẽt. in reb. l. ex eo. Dicit gloss. & benè quòd ibi deliquit in vrbe, hic in prouincia optima est solutio, si benè intelligatur, & descendit ex illo fonte, quòd quilibet debet cõueniri in loco, in quo deliquit, vt in auth. qua in Prouincia, ergo cum deliquit in vrbe, & si habeat Priuilegiũ iudicis, non tamen loci, quia in loco delicti punietur, ut ibi, & corã iudice speciali, sed si deliquit in prouincia, cum in prouincia sit tantum vnus iudex, scilicet Præses, cui omnia desideria, quæ Romæ diuersos iudices habent, in prouincia pertinent tantum ad præsidẽ. Ergo cum debet in loco ubi deliquit, merito non habet fori prærogatiuam, quia non est alius iudex, nisi præses. Respondebit ergo coram præside in cuius deliquit prouincia, quod est not. & si scholares habent pro malo.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium mariti durat vxori manenti viduæ.*

Quoties. In hac l. prolixa eadem ferè dicuntur, quæ habuistis supra de castrẽs. l. fi. de prox. sacr. scrin. in sacris. dat enim priuilegia circa præbendam cautionẽ iudicio sisti, & sportulas soluendas tam istis militibus, quam matribus, vxoribus, & filijs, & familiaribus, & etiam omnia notabilia, quæ dixi in lege illa, in sacris,

in sacris, hic repetuntur, sunt tamen aliqua hic not. quæ non sunt ibi, & præter illa not. collige alia 4. vel quinque notabilia. Primo nota in hac l. in princ. quòd durat priuilegium uxoris mortuo marito in uiduitate manente. concor. supra de dignitat. mulieres, & ibi dixi. Secundo nota in uers. quòd si causa in iudicio, quòd iudex appellationis potest accipere trigesimas, arg. ad idem supra de castrens. l. fi. ibidem; præter. Tertio nota quòd in causa appellationis contestatur lis, ut supra ne lic. in una ead. causa l. vna. Quarto nota hic adijciendo quòd durant priuilegia tēpore vacationis, & quietis, & sic facit pro scholari eunti ad domū, ut dixi supra de incol. l. 2. Quinto nota in vers. sed si talis: de consensu partium, potest remitti libellus, & sententia dari sine scriptis, facit supra de epis. & cler. auth. generaliter, secundum vnum casum.

Rubr. de castrensi omnium Palatinorum peculio.

Omnes. Palatini, qui in sacro palatio militant, habent in peculio castrensi ea, quæ acquirunt à nobis, vel parcè viuendo. Secundo respondet duobus tacitis obiectionibus antipophorando. Diceret aliquis, non est castrense, quod non est acquisitum in castris. Respondet imperator, immo satis dicitur acquisitum in castris, quod acquiritur nobis conscijs, & sub nostris aspectibus. diceret aliquis, adhuc nō videtur castrense, quod non acquiritur à militibus, illi enim sunt, qui mille labores substinent; respon. & isti non sunt alieni à puluere, & labore vt supra de prin. agent. in reb. l. multis. Secundo qui sequuntur castra Principis, non sunt sine labore, & sudore, iuxta illud, miseri, qui castra sequuntur.

Rubr. de equestri dignitate.

Equites milites. Qui custodiunt urbem, obtinent secūdum gradum clarissimatus.

Rubr. de perfectissimatus dignitate.

Codicillis. Erat quædam dignitas, quæ vocabatur perfectissimatus, & numerātur hac l. qui nō possunt eandem dignitatem habere, quia negotiatores conductores, & similes. Andreas.

Rubr. Qui militare possunt, uel non &c.

SVMMARIVM.

1 *Scholarem qui se facit, vel famulum scholaris vt litem effugiat, frustra id facit.*

Si militiæ. Qui militat, debet offerri magistro militum, vel Duci, & cum eorum probatoria militare, hodie cum probatoria Principis tantum infra tit. 2. l. pen. Secũdo dicitur quòd soluitur à militia, qui militat causa euitandæ litis, concord. ff.
1 de re mil. l. 3. §. inter omnes, & l. fin. Arg. contra facientes se scholares, vel famulos scholarium causa euitandi, vel impediendi lites, ut dixi supra de collator. l. 2.

Non tantum. Nemo potest militare in fraudem munerum, scilicet causa euitandorum munerũ, siue decurio, siue alius.

SVMMARIVM.

1 *Saltuenses qui dicebantur.*

Cura. Coloni censiti, vel saltuenses militare non possunt, facit supra de agr. & cens. l. colonos, & de fugit. col. l. 1. & fi.
1 & dicuntur coloni, qui colunt prædia: saltuenses, qui cõducunt prędia decimalia.

Omnes. Non possunt militare curiales, vel cohortales, facit infra de cohort. si cohortalis.

SVMMARIVM.

1 *Temeritas infructuosa, ac factum punitur.*

His quidem. Quatuor principaliter dicuntur in hac l. Primo dicitur, quòd olim aliquis ex speciali cõcessione poterat vti multis honoribus, quod hodie prohibetur per hanc l. vt patebit. Sed si aliquis sit, qui habet illam concessionem, vt possit vti pluribus honoribus, non poterit vti omnibus illis, sed eliget quo honore uelit vti. Secundo ibi; in posterum; hic dicitur,

quòd

quòd post l. istam nemo hoc postulare audeat, ut liceat ei uti pluribus honoribus, & si quis contra hoc supplicauerit, licet illa supplicatio nullum habeat effectum, tamē pro temeritate tali infructuosa plectetur. puniuntur, & iudices, & notarij, qui receperunt illas literas, ad quod facit supra de pet. bon. sub. l. 3. & dic ut ibi. Et litteræ tales subreptitiæ impetratæ non valent. Tertio ibi scituris. Diceret aliquis prohibitum est impetrare, quòd aliquis habeat plures honores, sed quid si sine postulatione aliquis meruit talem prærogatiuam, puta, cum post honorem, siue militiam, fuit electus ad aliū, puta ad administrandas prouincias, respon. & tunc debet alterum eligere ut dixi in princ. l. Quarto ibi, monente, hic dicitur, quòd licet promotus ad aliam dignitatem non retineat primam militiā, idest præbendam, quam habebat occasione primæ militiæ, si talis erat, quæ poterat vendi in alium alienare, & precia consequi, vel fratribus conferre quibusdam exceptis personis, quæ in littera numerantur. facit ad hoc ultimum supra de inoff. test. cum ibi not. in fin. & dicitur de collat. aliud in princ. Nota non potest quis uti duplici dignitate, siue officio, de hoc dixi supra de prox. sacr. scrin. l. 4. vbi de
1 hoc. Secundo nota quòd punitur infructuosa temeritas. Sic & alibi punitur factum, licet non teneat, vt supra de loc. fund. ciu. l. fin. & alibi dicitur, puniri affectum, & si non sequatur effectus, vt not. supra de epis. & cler. si quis non dicam, & de his qui ad eccles. conf. l. fin. Tertio nota quòd non ualet rescriptum, si præcedat postulatio, eadē non præcedente, tenet, de hoc supra de pet. bon. subl. l. 1. Quarto nota arg. quòd aliquis non potest habere duas præbendas.

SUMMARIUM.

1 *Ignorantia probatur, eo ipso, quòd contrarium non probatur.*
2 *Rei vindicatio uarijs temporibus præscribitur.*

Super seruis. In hac l. dicuntur duo. Primo de seruis, qui militarunt post l. istam. Secundo de illis, qui militarunt tempore huius l. Dicit ergo primo sit seruus meus ab aliquo efficiatur miles, me ignorante, eo ipso probata ignorantia, eo ipso quòd contrarium non probatur, recupero. Si verò fuerit, me sciente, priuor nedum serui dominio, sed etiam patronatus iure, & dicti quondam serui durabunt in militia, alij efficientur ingenui. Secundo, ibi, super illis, &c. dicitur ꝙ si seruus meus, me ignorante militauerat tempore huius legis, potero eum uendicare infra spatium 30. dierum, & non post, & hoc dicit. Nota probatur
1 ignorantia eo ipso, quòd contrarium non probatur, & sic est nouū genus

genus probandi, quod est ideo, quia ignorantia præsumitur, ut ff. de probat. verius. Secundo nota quòd reus, qui recipit aliquid, asserendo probat. hinc dicitur, reum esse actorum in exceptione ff. de probat. in exceptione. Tertio nota casum, in quo rei vēdicatio præscribitur spatio 30. dierum. Interdum 4. mensium, ut ff. pro soc. si fratres. §. illud responsum. Interdum spatio sex mensium ut supra de censib. l. fi. Interdum anno, vt in auth. de sanctis. episcop. §. si seruus. Interdum biennio, vt supra de omn. agr. deser. l. qui agro. interdum minus triennio, vt in auth. de monach. Interdum triennio completo, vt in usucapione rerum mobilium. Interdum x. uel xx vel xxx. vel lx. annis, vt supra de præscript. 30. vel 40. ann. patet.

2 (margin number beside "bat. in exceptione")

Si quis seruum. Omnia quæ l. superior dixit in seruis militantibus, uolentibus, vel ignorantibus Dominis, dicit l. ista de seruis peruenientibus ad aliquam dignitatē scientia, vel ignorantia Dominorum. Et nota omnia, quæ ibi dixi. Item nota, illatum credas, ut supra ad Syllan. l. fi.

Rubr. Negotiatores ne militent.

Eos. In hac l. dicuntur quinque. Primo quòd negociatores nō possunt militare. Secundo excipit argenti distractores, in armata; qui possunt militare in qualibet prouincia, præterquam in armata. Tertio dicitur, quòd si aliqui negociatores tempore huius legis militauerunt, habent electionem recedendi à negociatione, & retinere militiam, uel è contra. Quarto dat eandem electionem argenti distractoribus, qui tempore huius l. peruenerant ad armatam militiam. Quinto & vltimò dicit quòd illi, qui faciunt arma possunt militare, remanentes in suo artificio.

Rubr. de re militari.

Stipendia. Militi capto ab hostibus, & post reuerso, non restituuntur stipendia, & est ratio, quia res facti nō continetur postliminio, vt ff. de minor. l. denique cum simil. Sed opp. ff. eo. l. 3. §. his, qui ad hostes, sol. vt ibi, & hic not.

Viginti. Milites, qui militarunt per uiginti annos, liberantur à sordidis muneribus militiæ. Andreas.

Milites.

Milites. Milites ignominiose missi, cum sint infames, non admittuntur ad dignitates. Secundo dicitur, quod possunt esse in quolibet loco, preterquam in eo, in quo est Princeps. In primo dicto nota quæ dixi supra de dignitat. l. 2. Pro secundo facit ff. de excus. tut. sed milites §. sed ignominia. Andreas.

Defunctorum. Bona eorum, qui moriuntur in desertione publicantur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iuste non restituitur, cum absoluitur, ad fructus medij temporis: secus si iniuste.*

Cum allegatis. Qui in aliquo tempore in desertione mãsit, restitutus indulgentia Principis, non consequitur stipendia medij temporis, quo fuit in desertione. Et sic
1 collige arg. quod iuste excommunicatus non restituitur, cum absoluitur ad fructus medij temporis, ut extra de appellation. cap. pastoralis. secus si iniustè arg. ff. eo. l. pen. Itē uide quæ not. ff. de alim. leg. l. his, qui.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitate magna quæ fiunt, de facili non destituuntur: secus si non cum magna.*
2 *Testimonio periti eius artis probatur quid illius artis.*

Semel. Quãndo milites petunt se solui militia propter ægritudinem, non aliàs consequūtur missionem, scilicet causariam, nisi magna sollemnitate præmissa, puta cum constiterit de ægritudine asserentibus medicis, & iudice examinante. Si ergo sit ita remissus petat iterum se recipi in militia obtentu recuperatæ valetudinis, non auditur: ex quo cum tanta sollemnitate fuerit remissus, & non temere illa remissio debet esse firma, & de facili nō
1 fit contra missionem prædictam. Et sic collige pulchrum not. ex hac l. quòd ea, quæ fiunt magna sollemnitate, de facili non destituuntur: secus si non cum magna, quia de facili contemni possunt, quæ prætor leuiter obseruanda mandauit. Faciunt hæc ad quæstionem, quam not. supra de agr. & cens. l. coloni. Secundo nota quòd militiæ sacramento solutus ad eandem militiam redire non potest siue sit solutus causaria missione, ut hic, siue honesta, ut supra de castrens. l. 1. siue ignominiosa, vt supra de sub. l. si aliquis, & infra de cohort.

hort.l.si quis ex grege, nisi ex principis uoluntate, ut infra de diuers.
2 off.l.2.& in praeall.l.si quis ex grege. Tertio nota, ex hac l. colligitur illa practica, cum aliquis excusatur propter aegritudinē, adhibetur testimonium medicorum, & meritò, quia sunt illi vocandi, qui habent illius artis peritiam, ut in auth. de non alien. aut perm. §. quod autem supra de adm.tut.l.sex, quae, & supra de profess.& med.l.magistros cum simil.& arg. supra tit. 1.l. k.

Frustra. Miles damnatus delicto militari, uel communi nō est infamis, nec dum militant, nec post missionem. Et sic nota mitius agitur quo ad infamiam cum milite, quam cum pagano, scilicet quantum ad poenam aliam imponendum, interdū durius, vt ff.eo quidam. & est ratio diuersitatis, quare non est infamis, quia non potest esse, vt est Princeps, vt supra eo.l.3.

Causaria. Qui solutus est causaria missione, non est infamis.

Si quis barbaris. Miles qui facit factionem cum barbaris, vt ciues Romani deprehendentur, est viuus vrendus. Similis poena supra vbi cau.fis.l.vniuersi.

SVMMARIVM.

1 *Vxor numeratur inter domesticos.*

Quicunque. Miles impetrauit, quòd possit secum habere familiam suā.l.ista interpretatur, qui contineantur appellatione familiae, & continentur uxor, & filij, & serui non ascriptitij, qui nec puncto possunt à solo recedere vt supra de agric.l.colonus. Nota vnum, ad quod l.ista semper inducitur, ꝙ
1 vxor est domestica, arg. ad idem.ff.siq.caut sed & si quis.§. 2. & ff.de iudic.interdum, aliàs autem non numeratur inter domesticos, vt supra de his, qui ad ecclesi.confug.l.praesenti.§.pen.& si est domestica, non potest esse testis pro marito, quia domestici &c. vt supra de testib. l. 1. & magis largè exponitur hic verbum familiae supra de verb.signific.l.fin.

Tribuni. Non debent tribuni, & milites euagari per possessiones alienas, puta conducendo eas, aliàs rectores Prouinciae debent eorum nomina referre Principi, & seuerissimè puniantur. Nota, quòd crimina referuntur Principi, vt ff.eod.l.nemo in fi.& dixi supra de dignitat.l.grauius.

SVMMARIVM.

1 *Hominem nudum balneari, est turpe videre.*

Cum supra. L. ista potius est curialis, q̃ vtilis, & habet pulchra verba, & dicitur; cum exercitus castramentatus iuxta flumen, nemo debet fœdare aquam, & nullus de-
1 bet ibi nudus balneari, ne nudatus oculos pudicos incestet. Nota turpe est videre hominem nudum balneari.

Nemo. Prohibet milites debere esse seruitio priuatorum, aliàs puniuntur, & ipsi milites, & illi, quibus seruiũt. Secundo dicitur, quòd aliqui milites mittuntur ad nos cum numeris suis, non debent vacere sine litteris magistri militum, & statim cum venerint, præsentent se comitibus, & exponant causam aduentus ipsorum, vt sic citò expediantur, & reuertantur ad propria signa. Tertio ibi, si aliquis, dicitur idem, quod supra in lege tribuni.

SVMMARIVM.

1 *Ad Principem solum quæ pertineant, vt agat.*

Contra. Non possunt militantes transire de vna militia ad aliam, puta de minori ad maiorem, nisi de Principis voluntate, nam ad honoris augmenta non ambitione, sed labore oportet vnumquemque peruenire, quod dicit; Princeps debet considerare, an meruit, & ostendere ad talem militiam, qui vult transferri, contrafacientes puniuntur. Nota quòd translatio militiæ pertinet ad principem, sicut Episcopatus pertinet ad Papam, vt extra de translat. cap. 1. Sunt enim quædam, quæ ad solum Princi-
1 pem pertinent. Primo vt hic. secundo restituere aliquem natalibus, vel impartiri ius aureorũ anulorum, vt supra de iur. aur. anul. l. 1. & 2. Tertio concedere veniam ætatis, vt supra de his, qui ven. ætat. impetr. l. 1. & 2. Quarto facere gratiam iurisiurandi, vt ff. ad municip. l. vlt. in princ. Quinto legitimare filium naturalem, vt in auth. quib. mod. nat. eff. sui. Sexto condere leges, potest Princeps solus, & nullus alius potest solus, vt supra de legib. l. fin. Septimo facere interpretationem inter ius, & æquitatem, vt supra de legib. l. 1. §. prouidere, & l. placuit, & infra eo. l. neminem. Multa etiam alia, in quibus Principis consensus requiritur, vt dixi supra de iur. fisc. l.

prohibitum. quæ autem sunt, quæ solus Papa, not. extra de translat. cap. 1. de censib. si cum in iure. Secundo nota. l. istam pro remuneratione laboris; quod dic plenè, vt dixi supra de agent. in reb. l. fi. Tertio nota contra ambitionem, vt dixi supra de iur. fisc. l. prohibitum, & l. super.

SUMMARIUM.

1 *Humana conditio per continuum exercitium recipit incrementum.*

Milites. Milites debent occupari publicis vtilitatibus non vacare cultui agrorum, & mercimonijs, sed debent esse frequentes in numero suo armorum, quotidiano exercitio ad bella præparentur, si contra factum fuerit, punientur, & magister militum, qui passus est eos vacare, & qui eos recepit ad seruitium suum, & hoc dicit. Nota non debent milites vacare agrorum culturæ, quia turpe est tela in ligones conuertere, vt supra de manc. & colon. l. fi. in fi. Secundo nota quòd milites, qui à republica alũtur,
1 debent reipublicæ vtilitatibus intendere. Tertio nota, quòd humana conditio per continuum exercitium recipit incrementum, vt ff. de leg. 3. l. legatis §. ornatricibus.

Militares. Non possunt milites subire ciuiles curas, & tutelas, vel curas aliorum: contrafacientes puniũtur.

Neminem. Olim milites, cum elegebantur, approbabantur à magistris militũ, & Ducibus, & hoc prohibet. l. ista, & vult quòd tantum à Principe approbentur, vt dixi supra qui mil. non poss. l. 1. Secundo dicitur, quòd si magister militum vidit aliquos milites esse subrogandos in locum descendentium, non subroget ipse sed inueniat aliquos cum diligenti inquisitione, & nomine ipsorum referat Principi, & eius authoritate porunt comprobari. Tertio punit magistros militum, & eius officiales contrafacientes. Nota casum, quem solus Princeps potest, alij casus sunt supra eo. l. contra, ut ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Collegium debet respondere per syndicum.*
2 *Cognitione pendente coram vno iudice non debet trahi pro eadem causa ad alium.*
3 *Actio ciuilis non præiudicat criminali regulariter: interdum pendente cognitione ciuili impeditur exercitium criminalis.*

Tam collatores. L. ista prolixa, & inutilis diuiditur in sex partes principales, & ponit casum sub compendio per quandam diuisionem, in qua collige utilitatē eius, si qua reperiri pōt in ea. In prima parte ꝙ milites conueniuntur coram magistro militū, sed nō corā iudice, & ad mandatum eius fiunt citationes tam super ciuilibus, q̄ super criminalibus causis, & hoc dr̄ per multa uerba usque ad §. vt autem omnifariam. In secunda parte prouidet militibus circa sportulas, & alios sumptus litis, & debent isti milites, cum totus eorum numerus conuenitur, respondere per syndicum, & Priuilegium circa sportulas, datur aduersarijs suis, & h.d. neq; aderit. In tertia parte dicit, ꝙ duces contra milites possunt cognoscere, siue per se, siue per delegatum, & hoc usq; ad §. Quibus uiris In quarta parte dicitur ne prouinciales afficiantur stipendijs tempore pacis non debent Duces cōuocare pro multis militibus, sed si indigeant eorum præsentia causa sciendi numerū militum mittant pro pauco tempore cōuocare, sed tñ si necessitas exigit, ut multi uocentur, procedat hoc sine damno prouincialiū, & usq; ad xxx. dies uiuant proprijs expensis post xxx. dies ministrēt, & prouinciales, & hoc usq; ad §. qm̄ uero. In quinta dicit ꝙ milites non debent pro causa, qua sunt conuenti, uel accusati coram magistro militum, iterum accusari pendente primo iudicio corā Duce, & è contra. Item si coram uno sit accusatus criminaliter, corā alio non potest pendente primo iudicio conueniri ciuiliter, & contrafacientes puniuntur, & hoc usq; ad § dispositiones. In sexta dr̄, non habeāt pro malo magistro militum, nec moleste ferant. l. istā, quia non fecimus ad eorum potestatem diminuendam, s. hanc iurisdictionem dedimus iudicibus, Ducibus, quia & Duces sunt sub eorū
1 excelsa potestate constituti, & h.d. Nota in 2. par. ꝙ collegium debet respondere per syndicum. cōcor. ff. quod cuiusq; un. nom. l. nulli cum seq. & est ratio, quia difficile est omnes consentire, ut ff. de dolo, & quia segnius expediunt commissa negocia plures. Secūdo nota de æqualitate in iudicijs seruanda, ut dixi supra de prox. sacr.
2 scrin. l. in sacris. In tertio nota ꝙ pendente cognitione coram uno iudice, non debet trahi pro eadem causa coram alio, quia ubi ince-
3 ptum est iudicium &c. vt ff. de iudic. l. vbi. Secundo nota ꝙ licet regulariter ciuilis actio non præiudicet criminali ut supra quando ciuil. act. l. 1. tamen interdum, pendente cognitione ciuili impeditur exercitium criminalis, & è contra, ut hic, & ff vi bon. rapt. l. 2. In ultimo dicto nota si honoro subditum, videor honorare dominum: iuxta illud, Estote subiecti Principi, tanquam præcellenti, & Ducibus ab eo missis, vt extra de censib. omnis anima.

Rubr.

Rubr. De castrensi peculio militum.

SVMMARIVM.

1 *Precium succedit loco rei: interdum contra.*

Si in potestate. Sex principaliter dicuntur in hac l. Primo dicitur vbi pater emit rem aliquam nomine filijfamilias, res illa est patris quasi pater videatur donasse filio, quæ donatio non tenet, licet posset confirmari morte patris, vel emancipatione filij, vt supra siq. alteri, vel sibi. l. duo, & supra de inoff. donat. l. 2. Secundo dicitur quòd res mobiles, & sic habiles ad militiam, quæ donantur filio eunti ad militiam subaudi, & contemplatione militiæ efficiuntur militi castrense. Tertio dicitur idem esse in hæreditatibus à commilitione filijsfamilias militibus donatis. Quarto dicitur secus esse in hæreditate materna filio debita. Quinto dicitur, quòd prædium donatum filio militi non est in peculio castrensi. Sexto quòd res empta de peculio castrensi, est castrensis peculij, & hoc dicit. Vt bene intelligas materiam huius legis, in qua iura videntur ad inuicem repugnare, sic insisto. hic dicitur, quòd res mobiles donatæ à patre filio militi, sunt peculij castrensis, concord. supra famil. hercifcun. filius, in princip. sed contra. ff. eod. si militi in princip. vbi non notus ex causa militiæ dedit militi res mobiles, & non sunt castrensis peculij. Sol. ibi non ibat ad castra, & sic non dedit contemplatione militiæ, quod est necesse, vt ff. eod. l. si fortè, & not. l. diuus, hic sic, & hoc patet in fin. legis cōtrariæ, sed dedit ob affectionem, quasi plus valeat veritas, quàm opinio sol. duobus modis, ibi fuit res inhabilis ad militiā, puta immobilis, vt hac l. Secundo fuit data mobilis eunti ad castra, ibi non eunti, quia hoc est necesse, vt dixi, cum donat non notus contemplatione militiæ. Ex præmissis habes, cum non notus donat tria, sunt necessaria, ad hoc vt donata efficiantur castrensia, quòd donetur res habilis ad militiam, quòd eunti ad castra, & quòd affectione militiæ, & credo. Et credo tamē semper præsumi affectiones, cum datur eunti ad castra, non sufficit, vt in l. si fortè. Tertio statur in eo, quod dicitur, hic maternam hæreditatem non esse in peculio castrense: nam obstat ff. eod. diuus. respon. ibi contemplatione militiæ, quia eunti ad castra, vt ibi not. & sic idem in hæreditate, quod in re mobili, & est ratio fortè, quia hæreditas cum sit vniuersitas, mobilia in se continet. Quarto instatur in quinto dicto, quod dicit

in sacris, hic repetuntur, sunt tamen aliqua hic not. quæ non sunt ibi, & præter illa not. collige alia 4. vel quinque notabilia. Primo nota in hac l. in princ. quòd durat priuilegium uxoris mortuo marito in uiduitate manente. concor. supra de dignitat. mulieres, & ibi dixi. Secundo nota in uers. quòd si causa in iudicio, quòd iudex appellationis potest accipere trigesimas, arg. ad idem supra de castrens. l. fi. ibidem; præter. Tertio nota quòd in causa appellationis contestatur lis, ut supra ne lic. in una ead. causa l. vna. Quarto nota hic adijciendo quòd durant priuilegia tēpore vacationis, & quietis, & sic facit pro scholari eunti ad domū, ut dixi supra de incol. l. 2. Quinto nota in vers. sed si talis: de consensu partium, potest remitti libellus, & sententia dari sine scriptis, facit supra de epis. & cler. auth. generaliter, secundum vnum casum.

Rubr. de castrensi omnium Palatinorum peculio.

Omnes. Palatini, qui in sacro palatio militant, habent in peculio castrensi ea, quæ acquirunt à nobis, vel parcè viuendo. Secundo respondet duobus tacitis obiectionibus antipophorando. Diceret aliquis, non est castrense, quod non est acquisitum in castris. Respondet imperator, immo satis dicitur acquisitum in castris, quod acquiritur nobis conscijs, & sub nostris aspectibus. diceret aliquis, adhuc nō videtur castrense, quod non acquiritur à militibus, illi enim sunt, qui mille labores substinent; respon. & isti non sunt alieni à puluere, & labore vt supra de prin. agent. in reb. l. multis. Secundo qui sequuntur castra Principis, non sunt sine labore, & sudore, iuxta illud, miseri, qui castra sequuntur.

Rubr. de equestri dignitate.

Equites milites. Qui custodiunt urbem, obtinent secūdum gradum clarissimatus.

Rubr. de perfectissimatus dignitate.

Codicillis. Erat quædam dignitas, quæ vocabatur perfectissimatus, & numerātur hac l. qui nō possunt eandem dignitatem habere, quia negotiatores conductores, & similes. Andreas.

Rubr.

Rubr. Qui militare possunt, uel non &c.

SVMMARIVM.

1 *Scholarem qui se facit, vel famulum scholaris vt litem effugiat, frustra id facit.*

Si militiæ. Qui militat, debet offerri magistro militum, vel Duci, & cum eorum probatoria militare, hodie cum probatoria Principis tantum infra tit. 2. l. pen. Secũdo dicitur quòd soluitur à militia, qui militat causa euitandæ litis, concord. ff.
1 de re mil. l. 3. §. inter omnes, & l. fin. Arg. contra facientes se scholares, vel famulos scholarium causa euitandi, vel impediendi lites, ut dixi supra de collator. l. 2.

Non tantum. Nemo potest militare in fraudem munerum, scilicet causa euitandorum munerũ, siue decurio, siue alius.

SVMMARIVM.

1 *Saltuenses qui dicebantur.*

Cura. Coloni censiti, vel saltuenses militare non possunt, facit supra de agr. & cens. l. colonos, & de fugit. col. l. 1. & fi.
1 & dicuntur coloni, qui colunt prædia: saltuenses, qui cõducunt prę dia decimalia.

Omnes. Non possunt militare curiales, vel cohortales, facit infra de cohort. si cohortalis.

SVMMARIVM.

1 *Temeritas infructuosa, ac factum punitur.*

His quidem. Quatuor principaliter dicuntur in hac l. Primo dicitur, quòd olim aliquis ex speciali cõcessione poterat vti multis honoribus, quod hodie prohibetur per hanc l. vt patebit. Sed si aliquis sit, qui habet illam concessionem, vt possit vti pluribus honoribus, non poterit vti omnibus illis, sed eliget quo honore uelit vti. Secundo ibi; in posterum; hic dicitur,

quòd

quòd post l. istam nemo hoc postulare audeat, ut liceat ei uti pluribus honoribus, & si quis contra hoc supplicauerit, licet illa supplicatio nullum habeat effectum, tamē pro temeritate tali infructuosa plectetur. puniuntur, & iudices, & notarij, qui receperunt illas literas, ad quod facit supra de pet. bon. sub. l. 3. & dic ut ibi. Et litteræ tales subreptitiæ impetratæ non valent. Tertio ibi scituris. Diceret aliquis prohibitum est impetrare, quòd aliquis habeat plures honores, sed quid si sine postulatione aliquis meruit talem prærogatiuam, puta, cum post honorem, siue militiam, fuit electus ad aliū, puta ad administrandas prouincias, respon. & tunc debet alterum eligere ut dixi in princ. l. Quarto ibi, monente, hic dicitur, quòd licet promotus ad aliam dignitatem non retineat primam militiā, idest præbendam, quam habebat occasione primæ militiæ, si talis erat, quæ poterat vendi in alium alienare, & precia consequi, vel fratribus conferre quibusdam exceptis personis, quæ in littera numerantur. facit ad hoc ultimum supra de inoff. test. cum ibi not. in fin. & dicitur de collat. aliud in princ. Nota non potest quis uti duplici dignitate, siue officio, de hoc dixi supra de prox. sacr. scrin. l. 4. vbi de
1 hoc. Secundo nota quòd punitur infructuosa temeritas. Sic & alibi punitur factum, licet non teneat, vt supra de loc. fund. ciu. l. fin. & alibi dicitur, puniri affectum, & si non sequatur effectus, vt not. supra de epis. & cler. si quis non dicam, & de his qui ad eccles. conf. l. fin. Tertio nota quòd non ualet rescriptum, si præcedat postulatio, eadē non præcedente, tenet, de hoc supra de pet. bon. subl. l. 1. Quarto nota arg. quòd aliquis non potest habere duas præbendas.

S U M M A R I U M.

1 *Ignorantia probatur, eo ipso, quòd contrarium non probatur.*
2 *Rei vindicatio uarijs temporibus præscribitur.*

Super seruis. In hac l. dicuntur duo. Primo de seruis, qui militarunt post l. istam. Secundo de illis, qui militarunt tempore huius l. Dicit ergo primo sit seruus meus ab aliquo efficiatur miles, me ignorante, eo ipso probata ignorantia, eo ipso quòd contrarium non probatur, recupero. Si verò fuerit, me sciente, priuor nedum serui dominio, sed etiam patronatus iure, & dicti quondam serui durabunt in militia, alij efficientur ingenui. Secundo, ibi, super illis, &c. dicitur quod si seruus meus, me ignorante militauerat tempore huius legis, potero eum uendicare infra spatium 30. dierum, & non post, & hoc dicit. Nota probatur
1 ignorantia eo ipso, quòd contrarium non probatur, & sic est nouū

genus

genus probandi, quod est ideo, quia ignorantia præsumitur, ut ff. de probat. verius. Secundo nota quòd reus, qui recipit aliquid, afferendo probat. hinc dicitur, reum esse actorum in exceptione ff. de pro-
2 bat. in exceptione. Tertio nota casum, in quo rei vẽdicatio prescribitur spatio 30. dierum. Interdum 4. mensium, ut ff. pro soc. si fratres. §. illud responsum. Interdum spatio sex mensium ut supra de censib. l. fi. Interdum anno, vt in auth. de sanctis. episcop. §. si seruus. Interdum biennio, vt supra de omn. agr. deser. l. qui agro. interdum minus triennio, vt in auth. de monach. Interdum triennio completo, vt in usucapione rerum mobilium. Interdum x. uel xx. vel xxx. vel lx. annis, vt supra de præscript. 30. vel 40. ann. patet.

Si quis seruum. Omnia quæ l. superior dixit in seruis militantibus, uolentibus, vel ignorantibus Dominis, dicit l. ista de seruis peruenientibus ad aliquam dignitatẽ scientia, vel ignorantia Dominorum. Et nota omnia, quæ ibi dixi. Item nota, illatum credas, ut supra ad Syllan. l. fi.

Rubr. Negotiatores ne militent.

Eos. In hac l. dicuntur quinque. Primo quòd negociatores nõ possunt militare. Secundo excipit argenti distractores, in armata; qui possunt militare in qualibet prouincia, præterquam in armata. Tertio dicitur, quòd si aliqui negociatores tempore huius legis militauerunt, habent electionem recedendi à negociatione, & retinere militiam, uel è contra. Quarto dat eandem electionem argenti distractoribus, qui tempore huius l. peruenerant ad armatam militiam. Quinto & vltimò dicit quòd illi, qui faciunt arma possunt militare, remanentes in suo artificio.

Rubr. de re militari.

Stipendia. Militi capto ab hostibus, & post reuerso, non restituuntur stipendia, & est ratio, quia res facti nõ continetur postliminio, vt ff. de minor. l. denique cum simil. Sed opp. ff. eo. l. 3. §. his, qui ad hostes, sol. vt ibi, & hic not.

Viginti. Milites, qui militarunt per viginti annos, liberantur à sordidis muneribus militiæ. Andreas.

Milites.

Milites. Milites ignominiose missi, cum sint infames, non admittuntur ad dignitates. Secundo dicitur, ꝙ possunt esse in quolibet loco, preterquam in eo, in quo est Princeps. In primo dicto nota quæ dixi supra de dignitat. l. 2. Pro secundo facit ff. de excus. tut. sed milites §. sed ignominia. Andreas.

Defunctorum. Bona eorum, qui moriuntur in desertione publicantur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus iuste non restituitur, cum absoluitur, ad fructus medij temporis: secus si iniuste.*

Cum allegatis. Qui in aliquo tempore in desertione mãsit, restitutus indulgentia Principis, non consequitur stipendia medij temporis, quo fuit in desertione. Et sic
1 collige arg. quod iuste excommunicatus non restituitur, cum absoluitur ad fructus medij temporis, ut extra de appellation. cap. pastoralis. secus si iniustè arg. ff. eo. l. pen. Itẽ uide quæ not. ff. de alim. leg. l. his, qui.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitate magna quæ fiunt, de facili non destituuntur: secus si non cum magna.*
2 *Testimonio periti eius artis probatur quid illius artis.*

Semel. Quando milites petunt se solui militia propter ægritudinem, non aliàs consequũtur missionem, scilicet causariam, nisi magna sollemnitate præmissa, puta cum constiterit de ægritudine afferentibus medicis, & iudice examinante. Si ergo sit ita remissus petat iterum se recipi in militia obtentu recuperatæ valetudinis, non auditur: ex quo cum tanta sollemnitate fuerit remissus, & non temere illa remissio debet esse firma, & de facili nõ
1 fit contra missionem prædictam. Et sic collige pulchrum not. ex hac l. quòd ea, quæ fiunt magna sollemnitate, de facili non destituuntur: secus si non cum magna, quia de facili contemni possunt, quæ prætor leuiter obseruanda mandauit. Faciunt hæc ad quæstionem, quam not. supra de agr. & cens. l. coloni. Secundo nota quòd militiæ sacramento solutus ad eandem militiam redire non potest siue sit solutus causaria missione, ut hic, siue honesta, ut supra de castrens. l. 1. siue ignominiosa, vt supra de sub. l. si aliquis, & infra de cohort.

hort.l.si quis ex grege, nisi ex principis uoluntate, ut infra de diuers.
2 off.l.2.& in præall.l.si quis ex grege. Tertio nota, ex hac l. colligitur illa practica, cum aliquis excusatur propter ægritudinē, adhibetur testimonium medicorum, & meritò, quia sunt illi vocandi, qui habent illius artis peritiam, ut in auth.de non alien. aut perm. §. quod autem supra de adm.tut.l.sex, quæ, & supra de profess.& med.l.magistros cum simil. & arg. supra tit.1.l.k.

Frustra. Miles damnatus delicto militari, uel communi nō est infamis, nec dum militant, nec post missionem. Et sic nota mitius agitur quo ad infamiam cum milite, quam cum pagano, scilicet quantum ad pœnam aliam imponendum, interdū durius, vt ff.eo quidam. & est ratio diuersitatis, quare non est infamis, quia non potest esse, vt est Princeps, vt supra eo.l.3.

Causaria. Qui solutus est causaria missione, non est infamis.

Si quis barbaris. Miles qui facit factionem cum barbaris, vt ciues Romani deprehendentur, est viuus vrendus. Similis pœna supra vbi cau.fis.l.vniuersi.

SVMMARIVM.

1 *Uxor numeratur inter domesticos.*

Quicunque. Miles impetrauit, quòd possit secum habere familiam suā.l.ista interpretatur, qui contineantur appellatione familiæ, & continentur uxor, & filij, & serui non ascriptitij, qui nec puncto possunt à solo recedere vt supra de agric.l.colonus. Nota vnum, ad quod l.ista semper inducitur, ꝙ
1 vxor est domestica, arg. ad idem.ff.si q.caut sed & si quis.§. 2. & ff.de iudic.interdum, aliàs autem non numeratur inter domesticos, vt supra de his, qui ad eccles.confug.l.præsenti.§.pen.& si est domestica, non potest esse testis pro marito, quia domestici &c. vt supra de testib. l. 1. & magis largè exponitur hic verbum familiæ supra de verb.signific.l.fin.

Tribuni. Non debent tribuni, & milites euagari per possessiones alienas, puta conducendo eas, aliàs rectores Prouinciæ debent eorum nomina referre Principi, & seuerissimè puniantur. Nota, quòd crimina referuntur Principi, vt ff.eod.l.nemo in fi.& dixi supra de dignitat.l.grauius.

V *SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Hominem nudum balneari, est turpe videre.*

Cum supra. L. ista potius est curialis, q̃ vtilis, & habet pulchra verba, & dicitur; cum exercitus castramentatus iuxta flumen, nemo debet fœdare aquam, & nullus de-
1 bet ibi nudus balneari, ne nudatus oculos pudicos incestet. Nota turpe est videre hominem nudum balneari.

Nemo. Prohibet milites debere esse seruitio priuatorum, aliàs puniuntur, & ipsi milites, & illi, quibus seruiũt. Secundo dicitur, quòd aliqui milites mittuntur ad nos cum numeris suis, non debent vacere sine litteris magistri militum, & statim cum venerint, præsentent se comitibus, & exponant causam aduentus ipsorum, vt sic citò expediantur, & reuertantur ad propria signa. Tertio ibi, si aliquis, dicitur idem, quod supra in lege tribuni.

SVMMARIVM.

1 *Ad Principem solum quæ pertineant, vt agat.*

Contra. Non possunt militantes transire de vna militia ad aliam, puta de minori ad maiorem, nisi de Principis voluntate, nam ad honoris augmenta non ambitione, sed labore oportet vnumquemque peruenire, quod dicit; Princeps debet considerare, an meruit, & ostendere ad talem militiam, qui vult transferri, contrafacientes puniuntur. Nota quòd translatio militiæ pertinet ad principem, sicut Episcopatus pertinet ad Papam, vt extra de translat. cap. 1. Sunt enim quædam, quæ ad solum Princi-
1 pem pertinent. Primo vt hic. secundo restituere aliquem natalibus, vel impartiri ius aureorũ anulorum, vt supra de iur. aur. anul. l. 1. & 2. Tertio concedere veniam ætatis, vt supra de his, qui ven. ætat. impetr. l. 1. & 2. Quarto facere gratiam iurisiurandi, vt ff. ad municip. l. vlt. in princ. Quinto legitimare filium naturalem, vt in auth. quib. mod. nat. eff. sui. Sexto condere leges, potest Princeps solus, & nullus alius potest solus, vt supra de legib. l. fin. Septimo facere interpretationem inter ius, & æquitatem, vt supra de legib. l. 1. §. prouidere, & l. placuit, & infra eo. l. neminem. Multa etiam alia, in quibus Principis consensus requiritur, vt dixi supra de iur. fisc. l. prohi-

prohibitum. quæ autem sunt, quæ solus Papa, not. extra de translat. cap. 1. de censib. si cum in iure. Secundo nota. l. istam pro remuneratione laboris; quod dic plenè, vt dixi supra de agent. in reb. l. 1. Tertio nota contra ambitionem, vt dixi supra de iur. fisc. l. prohibitum, & l. super.

SVMMARIVM.

1 *Humana conditio per continuum exercitium recipit incrementum.*

Milites. Milites debent occupari publicis vtilitatibus non vacare cultui agrorum, & mercimonijs, sed debent esse frequentes in numero suo armorum, quotidiano exercitio ad bella præparentur, si contra factum fuerit, punientur, & magister militum, qui passus est eos vacare, & qui eos recepit ad seruitium suum, & hoc dicit. Nota non debent milites vacare agrorum culturæ, quia turpe est tela in ligones conuertere, vt supra de manc. & colon. l. fi. in fi. Secundo nota quòd milites, qui à republica alūtur,
1 debent reipublicæ vtilitatibus intendere. Tertio nota, quòd humana conditio per continuum exercitium recipit incrementum, vt ff. de leg. 3. l. legatis §. ornatricibus.

Militares. Non possunt milites subire ciuiles curas, & tutelas, vel curas aliorum: contrafacientes puniūtur.

Neminem. Olim milites, cum elegebantur, approbabantur à magistris militū, & Ducibus, & hoc prohibet. l. ista, & vult quòd tantum à Principe approbentur, vt dixi supra qui mil. non poss. l. 1. Secundo dicitur, quòd si magister militum vidit aliquos milites esse subrogandos in locum descendentium, non subroget ipse sed inueniat aliquos cum diligenti inquisitione, & nomine ipsorum referat Principi, & eius authoritate poterunt comprobari. Tertio punit magistros militum, & eius officiales contrafacientes. Nota casum, quem solus Princeps potest, alij casus sunt supra eo. l. contra, ut ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Collegium debet respondere per syndicum.*
2 *Cognitione pendente coram vno iudice non debet trahi pro eadem causa ad alium.*
3 *Actio ciuilis non præiudicat criminali regulariter: interdum pendente cognitione ciuili impeditur exercitium criminalis.*

Rubr. De castrensi peculio militum.

SUMMARIUM.

1 *Precium succedit loco rei: interdum contra.*

Si in potestate. Sex principaliter dicuntur in hac l. Primo dicitur vbi pater emit rem aliquam nomine filijfamilias, res illa est patris quasi pater videatur donasse filio, quæ donatio non tenet, licet posset confirmari morte patris, vel emancipatione filij, vt supra siq. alteri, vel sibi. l. duo, & supra de inoff. donat. l. 2. Secundo dicitur quòd res mobiles, & sic habiles ad militiam, quæ donantur filio eunti ad militiam subaudi, & contemplatione militiæ efficiuntur militi castrense. Tertio dicitur idem esse in hæreditatibus à commilitione filijsfamilias militibus donatis. Quarto dicitur secus esse in hæreditate materna filio debita. Quinto dicitur, quòd prædium donatum filio militi non est in peculio castrensi. Sexto quòd res empta de peculio castrensi, est castrensis peculij, & hoc dicit. Vt bene intelligas materiam huius legis, in qua iura videntur ad inuicem repugnare, sic insisto. hic dicitur, quòd res mobiles donatæ à patre filio militi, sunt peculij castrensis, concord. supra famil. herciscun. filius, in princip. sed contra. ff. eod. si militi in princip. vbi non notus ex causa militiæ dedit militi res mobiles, & non sunt castrensis peculij. Sol. ibi non ibat ad castra, & sic non dedit contemplatione militiæ, quod est necesse, vt ff. eod. l. si fortè, & not. l. diuus, hic sic, & hoc patet in fin. legis cõtrariæ, sed dedit ob affectionem, quasi plus valeat veritas, quàm opinio sol. duobus modis, ibi fuit res inhabilis ad militiã, puta immobilis, vt hac l. Secundo fuit data mobilis eunti ad castra, ibi non eunti, quia hoc est necesse, vt dixi, cum donat non notus contemplatione militiæ. Ex præmissis habes, cum non notus donat tria, sunt necessaria, ad hoc vt donata efficiantur castrensia, quòd donetur res habilis ad militiam, quòd eunti ad castra, & quòd affectione militiæ, & credo. Et credo tamẽ semper præsumi affectiones, cum datur eunti ad castra, non sufficit, vt in l. si fortè. Tertio statur in eo, quod dicitur, hic maternam hæreditatem non esse in peculio castrense: nam obstat ff eod. diuus. respon. ibi contemplatione militiæ, quia eunti ad castra, vt ibi not. & sic idem in hæreditate, quod in re mobili, & est ratio fortè, quia hæreditas cum sit vniuersitas, mobilia in se continet. Quarto instatur in quinto dicto, quod dicit

prædium donatum non esse in castrensi: nam lex contradicit supra fam. herc. l. filius; in fi. sol. ibi ille, qui donauit, erat notus ex causa militiæ, quia cum milite, hic incognitus. Et ad solutionem horum cōtrariorum, vt plenè liqueat articulus iste, distingue. Cum militi filiofamilias donatur, aut ab incognito, aut noto causa militiæ; cum donat incognitus tria sunt necessaria, vt supra dixi. Cum uerò donat notus, non distinguo, dederit eunti ad castra, vel non rem mobilem, vel immobilem, quia semper est castrensis peculij, quod do
1 natur, vt ff. eodem l. militi. Vltimo nota casum, in quo succedit res loco precij. regulariter contra, nam nec precium loco rei, vt supra de rei vendicat. l. si vt proponis, & l. si pecunia, & ff. de furtis. l. qui vas. in fine.

Filiusfamilias. Non potest alienare filiusfamil. sine consensu patris, nisi castrensia. facit supra de bon. quæ liber. l. fi. §. filij.

Errat. Filiusfamilias miles est in patris potestate licet habeat castrense, in quo pater habebat nullum ius.

SVMMARIVM.

1 *Magis intuemur quod prodest, quam quod obest.*

Cum allegas. Duo fratres erant commilitones, & in militia peregrinabantur, vnus decessit alio instituto hærede: talis hæreditas est in peculio castrensi, quia à commilitone delata non erit in aduentitio, quasi à fratre delata, nam isti fratres vidētur se ad inuicē reddidisse cariores propter militiā, & sic militia auxit fraternam dilectionem, quod est not. & hoc di-
1 cit. Nota quòd magis intuemur, quod prodest, quàm quod obest, vt ff. de iur. fisc. non intelligitur. §. quando autem, & arg. ff. de don. inter vir. & vxor. l. si sponsus. §. mulier, & pro donato. l. 3, & pro emptio l. 2. §. Celsus, & multa similia, quæ not. in prealleg. §. quando. arg. contra. ff. ex quib. cau. in poss. eat l. fulcinius. §. quid ergo, cum simil. quæ not. in d. §. quando.

Intelligis. Mortuo filiofamilias, milite intestato, pater occupat filij peculium eius castrense iure peculij non hæreditario. concord. §. eo. l. vna. hodie iure hæreditario, vt in auth. de hæred. ab intest. §. 1.

Ius

Ius castrensis. Scriniarij,& exceptores præfecti prætorio, & alij in eius officio militantes, imò, & notarij,qui,& iudices principis habent castrense peculium.

Rubr. De erogatione militaris annonæ.

Repetita. L.ista inutilis docet quid detur militibus pro annona,videlicet,bucella,acetum, & vinũ, & interdum, lardum,& carnes veruecinæ,quæ dicuntur in littera.

Vigesimò. Non debent milites quærere paleam vltra xx. lapidem,ideſt miliarium.

Cęnaticorum. Milites nõ debent aliquid exigere à prouincialibus, ſed ſint contenti proprijs annonis.

Sicut. Cum annona eſt deferenda, ideſt, militibus conſtitutis ad cuſtodiam limitum,vel caſtrorum, quæ ſunt in limitibus,debet deferri annona à prouincialibus,qui ſunt conſtituti loco viciniori,non à remotioribus.concor.ſupra de ann. & trib. l.pro locis,& ibi poſui exemplum. Secundo dicitur quòd ſi in aliquibus caſtris puta ueteranis, uel antianis, eſt ſatis de annona, in alijs caſtris,puta nouis eſt defectus annonæ, ab antiquis, debet deferri annona,non tamen ultra tertiam partem, & ſic milites conſtituti in antiquis caſtris retineant pro ſe duas partes.

Actuarij. Omnes deputati ad erogandam annonam militibus, qui debent infra xxx. dies redigere in ſcriptis quantitatem annonarum receptarum:ſi contrafecerint de ſuo militibus annonam erogare cogentur, vel publicis horreis conferre, & hoc fit vt ſciatur introitus.Item debent redigere in ſcriptis quãtum erogauerunt,vt ſic ſciatur introitus, & exitus, & ſi aliquæ penes eum reliquiæ manſerunt, teneantur in duplum vt infra eod. l. Excellentia,vſque ad § nam illuſtres.

Fortiſsimi. Niſi milites recipiant annonas debitas quolibet anno antequam annus elabatur,non poterunt conſequi in ſequenti anno,ſed fiſci iuribus acquirantur.

Nulli. Milites faciebant talem fraudem, cum annona erat uilis,nolebãt eam recipere, poſtea tempore cariori vole-

bant eius æstimationem non possunt hoc facere, immò nec habebunt annonam debitam, quam contēpserunt, nec accipient quod accipere crediderunt. concor. supra l. prox.

Prouincialium. Vult Imperator, quòd milites accipiāt fenum non vltra xx. miliare, sic supra l. 2. de palea, & non portent fenum ad domum suam, sed tantum accipiant quantum pro equis sufficiat quandiu sunt in exercitu, & hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Translatitia locutio & impropria etiam reperitur in legibus.*

Excellentia. Prima pars huius l. exposita est supra eod. l. actuarij, in §. nō ad illustres &c. Dicitur quòd iam sacri apices, idest mandatum nostrum emanauit ad illustres viros vtriusque militiæ magistros, vt dent breues introitus, & exitus, de quibus dixi in l. actuarij ad nostra scrinia transmittantur. Ad quod facit supra de apoc. pub l. 1. §. hoc obseruando. Nota hac l. quod
1 pœna dupli est retinentis reliquias fisci apud se. Secundo nota exēplum pro illo prædicamento, sicut esse, quia hic dicitur, currere apices, sic impropriè dicitur, armari leges, & iura insurgere, vt in l. cū vir, & iura dicuntur, armis defendi, vt in l. qui restituere, & præscriptio dicitur currere ut supra in quibus non est nec. rest. l. fin. & alibi dicitur, dormire, supra de præscr. xxx. ann. sicut in fi. Et impropriè dicitur, transactiones loqui, ut supra de ser. l. fi. & cautio loqui dicitur indistinctè, vt ff. de probat. cum de indebito, in fi. & lex iacere, vt in auth. de fideiuss. & ministrare, vt in auth. de hæred. & Falcidia in fi. & supra de cad. toll. §. 1. de lat. lib toll. §. pen.

Iubemus. A mense Nouembri mandatur vinum nouum.

Opinatoribus. Opinatòres, qui exigunt pecuniam pro annonis, non debent habere cum prouincialibus commercium, & omnem exactam summā restituant vsque ad annum.

Septem. Olim species, quæ deferebantur pro annona, tenebātur vilius, quàm aliæ species, quia fortè per septē dies, nullus audebat emere, postquam essent emptæ species pro annona: hoc prohibet fieri Imperator, & vult quòd emantur sicut, & cæteræ res in foro venalium. facit infra de cohortal. l. speciebus.

Lege

Lege repetita. L. ista punit tanquam sacrilegos duces, & officiales impedientes exigi annonam publicam. Nota hac l. quòd contemptor mandati tenetur sacrilegij, quod dic vt supra ut dign. ord. seru. l. 1.

His scholaribus. Si milites, quibus dabantur stipendia, moriantur, dabuntur illius anni stipendia hæredibus suis. Quod nota, & dic multas concordantes, vt dixi supra de domest. l. fin. infra eo. per hanc in fin.

Annonas. Olim delegabatur exactio, & solutio annonarũ, in quibus exigendis, quia cupiditate capti, exactores nimis affligebant prouinciales, mandat imperator, vt à modo non fiat hæc delegatio, sed ab ærario per manus magistri militum, vel officialium eius, iustis taxatis precijs soluantur annonæ, & hoc dicit, & nota hic, quòd obuiandum est malitijs hominum.

Per hanc. L. ista adeo est inutilis, ut non sit digna recitatione, tamen, vt satisfaciam curiosis, diuidam eam in sex partes. In prima dicitur quòd actuarij, & officiales magistri militum, ut supra l. prox. deputati ad erogationem annonæ, si ex illa pecunia aliquid mutuant militibus, non possunt accipere pro vsuris annalibus, vel biennalibus, vltra tertiam partem vnius solidi pro quolibet solido. Secundo dicitur in §. si quæ, quòd si discordia sit inter actuarium, & milites de pactione, seu lucro prædicto, pecunia data militibus ab actuarijs, debet deponi, seu sequestrari apud Principem, quandiu hæc quæstio finiatur, & eo ipso quòd non datur pecunia militibus, dicitur pecuniam ab actuarijs retineri, quod primum nota hac secunda parte. Itẽ nota casum, in quo fit sequestratio, vt dixi supra de agric. l. litibus. In tertia parte ibi, super his uerò, &c. nota ad euidentiam, quòd non debet dari licentia, seu commeatus ultra quàm xxx. militibus, unde si quæstio fit inter actuariũ & milites habuerunt commeatum super prædicto lucro, debet tantum sequestrari pecunia, quæ debetur 30. militibus non ultra, & est ratio, quia illa pecunia, quæ erat danda dimissis 30. militibus, nec erogatori aliquid de illa pecunia datur, sed tota conuertitur in publicum, & ipse tribunus, qui dedit commeatum militibus vltra numerum, fortè contemplatione, vt ipse sua stipendia resarciret. In quarta par. ibi; hic uerò mandat imperator, quòd non morentur actuarij ultra quatuor menses facere erogationem, aliter puniuntur, ut in litera continetur. Quinto læsi milites per actuariũ, debent hoc declarare Principi per duos mẽses milites de numero suo. Sexta, & vl-

ta,& vltimò ibi illud præterea; dicitur quòd cum moritur miles, cui stipendia debebantur, illa stipendia soluuntur hæredibus suis, & hoc dicit, hoc vltimum nota vt dixi supra eo. his scholaribus.

SUMMARIUM.

1 *Soluit ille tabellioni, ad cuius cautelam fit instrumentum.*

Cum sæpè. L. ista posset esse de facto, sed non multum. Cum aliqua persona, siue corpus, siue collegium per aliquam causam, puta timorem, gualdanam petit, ducatum, & comitiuam militum nostrorum deputatorum ad custodiã hominum, debet ei dare stipendia ille, qui eos ducit ad sui securitatem, & de publico nil habebit vltra consuetam annonam. Secundo ibi, Et si ante, dicitur, quòd si prædicta persona non vult soluere dicta stipendia, milites non recedunt à suis signis reuertantur. Tertio ibi, omni fariam; dicitur, quòd debent milites ire ad seruitium alicuius sine iussione principis in scriptis, quod nota, vt supra de iur. fisc. l. prohibitum dixi. Quarto, & vltimo, ibi in officio, pœna impõnitur præfecto, & officio suo, qui non seruauerunt l. istam, item & 1 rectoribus. Sume arg. ex hac inutili lege, quòd ille soluat tabellioni ad cuius cautelam fit instrumentum.

Rubr. de excoctione, & translatione militaris annonæ.

Opinatores. Exactores militantes non debent exigere excoctionem panis ab illis, quos cõsuetudo excusat. Nota pulchra verba, diligentia siue prouisio superioris nouã vsurpationem congrua auctoritate repellat. Secundo nota cũ exactores destinantur in prouincijs, vetus consuetudo seruetur, quia pro magno habent prouinciales, & è contra, vt ff. de off. proc. l. obseruare, & de obseruanda cõsuetudine dixi plenè supra de exactor. tributor. l. missi.

In excoctione. Omnes qui consuetudine non excusantur, ut supra l. prox. tenentur conferre in excoctione panis militaris annonæ.

Rubr.

Rubr. de Militari ueste.

Omnem. Iste titulus inutilis est, in prima l. dicitur quòd pecunia, quæ soluitur à prouincialibus pro uestibus militum, debet solui bis in anno, in Kal. Septembris, & aprilis. Et sic nota quòd milites uestiuntur in Aprili pro æstate, & in Septembri pro hyeme. In secunda l. dicitur quantum debeat cõferre quęlibet prouincia pro ueste militari. In tertia dicitur quantũ debeant soluere milites pro uestitura. In vltima dicitur quòd de pecunia collecta pro militari ueste, quinque partes dantur magistris militum, quinque militibus, qui gregarij vocantur, & hoc dicit titul. iste breuiter, & confusè.

Rubr. de metatis, & epidemeticis.

SVMMARIVM.

1 *Metati qui dicebantur: & qui epidemetici, in exercitu.*

1 Si quis. Ad euidentiam nota, metati dicuntur milites, quibus dantur hospitia; epidemetici dicuntur illi, qui sunt supra milites, & assignant hospitia militibus mensurãtes hospitia. Si mensor ascripsit hospitium in partem tertiam alicui militi, ascribẽdo nomen illius militis, postea deleuit nomẽ illius militis, & aliud scripsit, punitur pœna falsi, & est ratio quia aut primo malè ascripsit hospitium in secundã partem, uel tertiam eius alicui militi, si postea deleuit nomen, commisit falsum, aut nunc delet quẽ ascripsit, & sic falsum committit, ut ff. de fals. l. 1. Item alia ratione non potuit delere, quia erat officio suo functus, vt argum. ff. de re iud. l. iudex. Andreas.

In qualibet. Cum assignantur hospitia militibus, si dominus domus, quæ assignatur militibus, habeat tantum unam domum, diuidetur illa domus in tres, & una pars dabitur militibus, duabus domino reseruatis, & Dominus eligit primam partem, secundã eliget hospes. Secundo dicitur ꝙ ergasteria mercimonijs deputata sunt libera, & exempta ab onere hospitandi. Tertio dicitur quòd uiris illustribus non dabitur tertia pars, sed dimidia, & uel dominus diuidet, & uir illustris eliget, vel è contra,

Quarto

Quarto nota puniuntur, qui non contenti portione hac l. deputata. Nota in primo dicto de priuilegio electionis, ut dixi supra de his, qui se defer. l. vna. Item quis eligat, vt dixi quando, & quib. quarta pars deb. l. 2.

Cunctos. Domus, in quibus regitur curia, quæ vocantur prætoria, sunt exempta ab onere hospitãdi, sicut, & domus fabricensium, vt infra l. prox.

SVMMARIVM.

1 *Non peccat, qui facit legis authoritate.*
2 *Dominus, si propria authoritate repellat emphyteutam infra legitimum tempus adebitum canonem non soluentem, non punitur.*
3 *Fctum legitime pœnam non meretur.*
4 *Defensio non solum est permissa ob tutelam sui corporis, verum etiam ob tutelam suarum rerum, ac quorundam suorum.*
5 *Vindicare seu vlcisci se licet iudicialiter: non extra iudicium.*

Deuotum. Prædia rustica prouincialium sunt exempta ab onere hospitãdi, vt nec ad ipsa aliquis metator accedat, si contra fiat, prouinciales resistant metatoribus, nec pertimescãt crimen, cum arbitrium suæ electioni sciãt esse cõcessum, & etiam puniuntur alij milites contra facientes. Secundo dicitur quòd in domibus Prouincialium possunt hospitari milites, dummodo nil exigant ab eis, & non multum morentur. Vltimo punit milites contrafacientes, & exigentes aliqua à Prouincialibus, etiã si Prouinciales sponte darent. Nota quòd aliquis potest resistere officiali excedenti modum in officio illo, quod dic ut supra de iur.
1 fisc. l. prohibitum, & facit in l pen. Secundo nota non peccat, qui facit, legis authoritate, & est ratio ne inueniatur circumuentus à le-
2 ge, quod esse non debet supra qui ven. ætat. l. 1. Tertio nota arg. ꝙ si dominus propria authoritate repellat emphyteutam infra legitimum tempus debitum canonem non soluentem, non punitur, cum hoc suo relinquatur arbitrio vt supra de iur. emph. l. 2. Quarto
3 nota ex his, quòd legitimè factum pœnam non meretut, vt in l. Gracchus, cum multis simil in glo. Quinto nota quòd non potest
4 quis facere de suo quod vult, vt dixi supra de thesau. l. 1. Sexto nota quòd non tantum ob tutelam sui corporis est permissa defensio, vt ff. de iust. & iur. l. vt vim, & ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter, cum simil. sed etiam ob tutelam rerum, vt supra vnde vi. l. 1. Quid ob tutelã alterius, puta fratris, vel filij, vel amici, dic, quòd sic quia etiam

etiam vxor defenditur per maritum,vt inst.de iniur.§.maritus.quia sunt eadem persona,duo enim sunt in carne,& socij domus humanæ,& diuinæ. Item quid si a magistratu magno,vel minori afferatur iniuria, dic vt not.in l.vt uim. Sed nunquid possit se iniuriatus
5 uindicare,dicitur,quòd sic,& dicitur hoc vlcisci,vt sup quan.li.vni. sine iud.se uend.l.1.& quia ignoscendum est ei &c.vt.ff de bon.lib. l.qui cum maior.è contra ꝙ non,vt sup.ad l.iul.de ui pube.uel priu. l.is qui fundum,& est ratio vt sup.de iudæis,nullus.sol.extra iudiciũ non licet se alicui vendicare, vt in l.nullus, sed in iudicio sic, ut in l. qui cum maior, & hoc ideò, quia iuris exequutio non habet iniuriam. Vltimo nota in hoc quod dicit litera; sacrilegium,arg.quòd contemptor mandati Principis pœna sacrilegij puniatur, vt plenè not.sup.de thesaur.l.unica.

Hoc prospectum. Milites, qui hospitantur in hospitijs priuatorum, non quærant balneum à dominis hospitalitatis, nec quodlibet aliud.

Deuotissimos. Milites vrbis Romæ, cum ingrediuntur vrbem, uel regrediuntur,debent in pedibus turres murorum urbis descendere, & emittere uestes, quia si fortè uadunt ad bellum, assumunt arma; si reuertuntur à bello, deponunt arma, & assumunt uestes pacis, & construe literam, ut in glos.

Archiatros. Idest magnos medicos, & magistros scientiarum liberantur ab onere hospitalitatis, facit sup.de profes.& med.l.medicos.

SUMMARIUM.

1 *Quod iuris quisque in alterum statuit, eodem & ipse vtatur, quomodo intelligẽdũ.*
2 *Cingulum insigne erat quoddam, & ponitur pro administratione.*
3 *Legis carere debet priuilegio, qui legem fraudare intendit.*

Omnes. Ad euidentiam nota, ꝙ si aliquis prætextu priuilegij specialiter impetrati excusetur ab hospitalitate, debet soluere pensionem pro tertia parte domus excusatæ. Dicitur ergo,quòd qui præstat hospitalitatem non tenetur ad dictam pensionem. Secundò ibi, Deinde &c. dicitur ꝙ si aliquis impetrauit priuilegium ne hospitem recipiat, ipse non poterit in alienis ędibus vendicare metatum,i.hospitalitatẽ. Tertiò ibi; hospitalitatẽ cæteris.

cæteris. Dicitur, quòd habentes etiam illustrem dignitatem cum administratione, vel sine, non sunt immunes ab onere hospitandi. Quarto ibi, scituris &c. Dicitur quòd si aliquis in dignitate positus impetrauit priuilegium, vt sit immunis ab hospitalitate, non debet esse immunis à tertia parte pensionis. Si quis impetrauit, vt à pensione sit exemptus, carebit legis priuilegio, quam fraudare conatus est. Si verò non sit in dignitate positus centum librarum auri multa ferietur. Nota in secundo dicto quòd quisque iuris in
1 alterum statuit, eodem iure vtatur, quod intelligas cum rescriptũ est concessum ad sui postulationẽ: quod dic plene, vt no. sup. de legib. quod fauore. Tertio nota quòd cingulum ponitur pro admi-
2 nistratione: concord. supra, vt dign. ordo seru. l. 2. Vltimò nota ca-
3 rere legis priuilegio, qui legem fraudare intendunt, vt. ff. de minor. auxilium, cum alijs not. in glo.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium interdum transit ad superiores, remissiue.*
2 *Hæres regulariter cum defuncto eiusdem est iuris: interdum ius minus habet: interdum è contra.*

Hac lege. Non expedit casum ponere in terminis, quia plana est, numerantur enim aliquę personæ positæ in dignitatibus, quæ in litera exprimuntur, quæ pro parte, & aliquæ in totum sunt immunes ab onere hospitandi, & parentes, sorores, & nepotes, & hæredes illustres autẽ non excusantur, vt hic, & sup. l. prox. Ergasteria, & alię domus, in quibus mercimonia venduntur, excusantur in totum rescriptum impetratum contra hanc l. nõ va-
1 let. Nota priuilegium transit ad superiores, quod dic, vt no. sup. de prox. sacr. Scrin. in sacris, in princ. Secundò nota minus habet hæ-
2 res, quàm defunctus, alibi, è contra. sup. de domest. & protec. l. lege, regulariter est eiusdem iuris hæres, & defunctus. ff. de reg. iur. hæredem. Tertiò nota casum, in quo non valet Principis rescriptum, de hoc dixi sup. de pet. bon. subl.

Decem. Decem tribuni liberantur ab onere hospites recipiendi.

Rubr. de Salgamo hospitibus non præbendo.

Nequi. Sub pœnę interminatione prohibentur milites extorquere vel à volentibus recipere salgamum, idest oleum,

oleum, & alia, quæ in litera recitantur. facit sup. titu. 1. l. deuotum, in fi. Item nota casum, in quo etiam à volente non licet recipere concor. sup. & in glo. hic notata.

Rubrica de commeatu.

Ne cui. Tempore expeditionis, vel belli, non est danda licentia militi, aliàs pęna capitis punitur licentians, & licētiatus, & hoc dicit, qui cum parte deserit militiam, perdet eam, vt. ff. de re mil. non omnes.

1 *Pœna augetur ijs, qui assuescunt delictis, & quomodo intelligendum.*

Quicunque. In hac l. & seq. tractatur de eadem materia officialis, vel miles, qui accepto commeatu vsque ad certum tempus, vltrà tempus sibi datum moram fecerit, si post sex menses postponitur quinque, qui ante absentiam erant posteriores eo. Si per annum in mora fuerit redeundi post triennium, moram fecerit vagabundus, de matricula in totum deletur. In seq. dicitur quòd si recessit sine commeatu, & steterit per annū, postponitur decem. Si per biennium. xx. si per triennium. xxx. si per quadriennium, in totū à matricula deletur. Et sic nota, quòd plus punitur. qui recedit inlicentiatus. Item nota contra vagabundos, vt dixi sup. de primic. l. 2. Tertio nota arg. pro portione pœnę, quia prout quisq; maiori crimine deliquit, sic magis punitur. Et ita facit ad id quod diximus in proximo infantiæ, vel pubertati, quia ille dicitur proximus infantiæ, qui magis est proximus infantiæ, idem in proximo pubertati, vt not. ff. de reg. iur. l. pupillus. Quarto nota ꝙ
1 augetur pœna si assuescat aliquis delictis, vt hic, & not. sup. de adu. diu. iud l. fi. cum sim. & extra de simon. cum in ecclesia, & de eo, qui dux. quam poll. per adult. cum haberet, & hoc in delicto, quod recipit reiterationem pœna ex temporis longinquitate, sic soluitur cōtrarium. ff. de pęn. l. si diutim, & ff. de rit. nupt. in prouintia in fi.

Rubr. de tyronibus.

SVMMARIVM.

1 *Tyrones qui dicebantur in exercitu.*

Nullus. Ad euidentiam nota. tyrones dicuntur, qui eliguntur ad militiam,& non primo sunt milites,quam in numero militum referantur,vt ff.de testa. mil l.ex eo. sic est in alijs officialibus, qui prius eliguntur, & post aliquod tempus exercitiũ officij cõmittitur,vt.ff.de test.mil.l fi.& de cond.& dem.l.paulus dicit ergo hic,quòd ueteranus,& ascriptitius, & homo vagus ad militiam non accedit,& sic nota contra vagabundos, vt supra tit.1. & collige arg.quòd scholaris vagabundus non efficitur magister.

Quisquis. Punitur, qui alienum mancipium militiæ curauit ascribi.

SVMMARIVM.

1 *Scholares noui debent postponi perfectis.*

Tyrones. In hac. l. ponuntur pulchra verba, & dicitur in ea,quòd tyrones in scholis, in societatibus militũ debent esse in posteriori loco, quasi post milites cõfirmatos. Et sic
1 est arg.quòd noui scholares debent sedere post perfectos. Itẽ nota plenè de hoc ordine tẽporis, vt plene dixi sup.de consul.l. 1.concord.& ibi,& hic not. & illa.l.iubemus, & omnia ibi notata hic repetita creduntur. Item de remuneratione laboris,de quo plenè dixi sup.de prim.in prin.

Rubr. de littorum, & itinerum custodia.

Saluberrima. Prohibet merces deferri ad barbaras nationes. ad quod facit sup. quæ res exportar.nõ deb. Secundo prohibet nauibus non euntibus ad loca illicita,nec cum illicitis mercibus concussionem inferri, dummodo naucleri, quo vadant manifestè deponant.

Rubr. de desertoribus, & occultatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Conscius delicti quandoque punitur, non publicans, quandoque qui non publicat tenetur pœna.*
2 *Confitenti sponte quandoque parcitur.*
3 *Pœnitentiæ locus est aliquando post commissum delictum.*

Si quis

Si quis. Ad euidentiam, nota quòd desertor aliter ponitur. ff. de re milit.l.3.§. emensor. & hac l.sex principaliter dicuntur. Primo puniuntur receptores desertorum, & qui cōscij fuerunt huius receptionis. Secūdo ibi, si quis &c. datur præmium propalantibus desertorem. Tertio ibi desertor &c. dicitur quis sit desertor. Quarto ibi, horum, datur venia desertori redeunti à desertione. Quinto & vltimo punitur præses, & eius officiales, qui seueritatem, idest pœnam prædictam dissimulatione, vel gratia distulerunt.

1 Nota in primo dicto punitur conscius delicti, & non publicans, sic supra de fal.mon.l.1.& supra de inc.nupt.cum ancillis; sed hoc credo speciale in casibus istis: regulariter enim nemo indicat furem, vt ff.de cond.ob turp.caus.l.3.& de præscript. non solent, & sic, & speciale est in seruo, qui punitur, si cedem non prodat, vt ff. ad Syllan excipiuntur, & est ratio, quia subditi non debent suam salutem saluti præponere dominorum, vt eo.tit.l.1.§. potuisse, iudex tamen, siue superior non debet dissimulare delictum, & si non vēdicabit, tenetur, vt conscius criminis, vt supra de commert. l.2.& in fi.huius.l. Et sic in prælato intelliguntur illa verba, non caret scrupulo societatis occultæ, vt not.extra de sent.excom.quanto.& facit extra de dolo, & cont. In secundo dicto non sicut in hoc casu pœna non vendicantis desertorem præponitur, vt est dictum, quia punitur conscius, & sic datur præmium vendicanti: facit supra de his,

2 qui pro præm. lib. acceper. in rub. & in nigro. Quarto dicto nota parcitur sponte confitēti, sic supra de his, qui se def.l.j.& ff.de alien. iud. mut. l. 3. in fin. & supra de pœn. iud. qui malè iud. auth. nouo.

3 Item nota quòd post delictum commissum locus est pœnitentiæ, sic ad l. Iul. mai. quisquis in fin. & in casibus not. ff. de furt.l. qui ea mente, & supra de apostat.hi, qui.

Si desertores. Desertores si arma deferunt tanquam rebelles à quolibet possunt occidi. facit supra, vt lic.vn.sine iud.se vend.l.1. Et sic est hic argu quòd rebelles possunt à quocunque occidi. Secundo dicitur, quòd si aliquis miles recedens à militia, dicat se habere litteras pro sui licentia, quæ retractatoriæ vocantur, præses prouinciæ litteras illas diligenter excutiat, ne sub prætextu earum litterarum desertionis suæ crimen defendere moliatur.

Qui relictis. Puniuntur tanquam desertores milites, qui signis relictis, se ad latrocinium, prædamque conuertunt.

Rubr. De veteranis.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non à quocunque salutabatur, sed regulariter adorabatur.*

Cum introisset. Breuis est intellectus huius prolixæ. l. dat immunitatem à muneribus personalibus, non dico patrimonialibus, à collatione extraordinaria, &
1 uectigali ab omni pedagio. Et nota qualiter Princeps sit salutãdus, non tamen à quocunque salutandus est Princeps, sed regulariter adorandus, ut supra de silent. l. 1. Item nota quòd salus Principis, salus est subiectorum, iuxta illud, cũ tot in hac anima populorum, meaque salus pendeat &c. occupatur enim Princeps pro utilitate mũdi, & salute subiectorum, ut noctes ducat insomnes, ut in auth. de hæred. & Falc. in princ. & ut iud. sine quoquo suffr. in princ. Tertio nota Princeps magis debet augere magnitudinem suã, quam iniuriari subiectis. Item nota benignam principis responsionem.

Prouidendum. Puniuntur inferentes iniurias maximè protectoribus factis, & honores alios assequutis, & fortè uocat iniuriam si frangatur eis. l. immunitas. l. superiori concessa.

SVMMARIVM.

1 *Delictum excludit priuilegium.*

Veterani. Puniuntur ueterani omni priuilegio exuti, qui nõ culturæ agrorum, nec honesto alicui operi inten-
1 dentes, latrocinio se dederunt. Et sic nota quòd delictum excludit priuilegium, ut supra ubi senator. l. 1. Secundo nota quòd honestũ est colere agrum. Item quòd ueterani possunt colere agros, non tamen ut sint ascriptitij. Sic soluitur contrarium ut supra de mãc. & colon. l. fin. milites uerò culturæ agrorum non intendunt ut supra loc. milites, cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Negotium ubi cœptum est, ibi debet finiri: nisi &c.*

Nullus

Nullus. Veterani non conueniuntur coram magistris militum,& sic non habent priuilegium fori, & sententia lata à magistro militum contra veteranos non valet, nisi esset durante militia,& apud magistrum militum incepta cognitio,& non esset de hoc veterano speciale Priuilegium indultum. Nota cessante militia,cessat priuilegium fori, & sic cessante causa &c. vt supra de episc.& cler.generaliter. Secundo nota quòd non valet sentẽtia lata à magistro militum,contra ueteranos, quia à non iudice suo,
1 vt supra si à non compet.iud.per totum. Tertio nota,vbi inceptum est negotium,ibi debet finiri,nisi ob superueniens priuilegium,vel dissolutione priuilegij,vt hic,& ff.de iud,si quis prius,& de iur. om. iud.cum quædam. Quarto nota quòd priuilegium, de quo loquitur finis huius.l.hodie non valet,nisi diceretur, non obstante auth. qua in prou.vt ibidem patet.

Rub. De Filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur.

Hi qui. Primum est, quod dicitur in hoc tit. filij officialium, vel militum nõ vocentur ad militiam, nisi in qua est, vel fuit pater. Et sic nota quòd familiæ non debent diuidi, sic supra com.vtriusque iud.in possessione.

Rubr. De oblatione votorum.

SUMMARIUM.

1 *Qui se maiori donat, debet donare de meliori.*

Quando. Cum milites volunt suis donare principibus debent donare libram auri obrizati, & dabunt per solidos obrizatos, idest per obolos solidi auri, & quando fiunt hæc
1 munera, vocatur fœlix annus. Et nota qui donat, debet donare de meliori sicut Abel.

Rubr. De numerarijs, & actuarijs &c.

Vorax. Qui dicuntur numerarij dixi plenè supra de iur. fis. l. 2. & patet infra in hac l. puniuntur numerarij fraudulenti,& etiam quæstionibus subijciuntur,& plenius dic,vt in l.seq.

SVMMARIVM.

1 *Tabellionis officium in Regno est perpetuum per constitutionem imperialem.*

Qui numerarij. Primo mandat numerarios vocari tributarios. Secũdo dicit quòd isti numerarij, quorum est officium, quantitatem reliquorum præsidibus, & exactoribus nunciare, vt plenius dixi supra de iur. fisc. l. 2. nisi prædictum modum nunciauerint præsidibus, subijcientur tormentis, & quòd à debitoribus exigi poterunt resarcire tenebuntur, quasi fecerint lites suas. Tertio dicit, quòd ipsorum officium triennio du-
1 rat. Officium tabellionis in regno verò perpetuò durat per constitutionem Imperialem.

Numerarios. Parum valet, & dicit, quòd numerarij præfecti prætorio habent cingulum, ideſt administrationem, ideſt militiæ ordinem, ideſt sunt in numero militũ.

In prouincijs. Duo numerarij, qui tabularij vocantur, in qualibet, sunt ordinãdi prouincia, ad vnũ pertinet ratiocinium, ideſt aurum, quod colligitur ab officialibus, & peruenit ad rationes; ad alium pertineant largitionales tituli, ideſt tributa, quæ sic vocantur, quia Principi largiuntur, & hoc vocatur aurum largitionale, & pertinet ad archam Comitis rerum priuatarum, vt supra de susceptor. l. duos. Vltimo prohibet huius illationis ministris, & pœnam grauissimam imponit. Vide tamen quę not. supra susceptor. l. duos, quæ multum faciunt ad l. istam.

Exceptores. Exceptores, ideſt scriptores prouincialium iudicum, & si decuriones sunt, ideſt fiant, nõ prohibentur vti exceptoris officio, dummodo non sint cohortalis conditionis, nec publicas annonas recipiant, coguntur, tamen si sunt decuriones, munera propriæ ciuitatis, cuius sunt decuriones agnoscere, & functo exceptoris officio ad ipsam curiam reuertantur. Ad hoc, quod dicit, si sunt decuriones, contradicit supra de decurion. vniuersos. vbi dicitur, quòd decuriones non possunt esse notarij, vel scriptores. respon. qui est decurio, non potest de nouo creari exceptor, vt ibi, hic sic, & remanet notarius, vt supra de fals. si quis decurio. Nota vna dignitas non perit per aliam superuenientem, vt de dignit. l. 3. & multa impediunt contrahenda.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actuarij qui dicebantur, & quod eorum officium.*

1 Ne diutius. Actuarij dicuntur, qui recipiunt pecunias publicas per publicas annonas vt supra de erog. milit. an l. actuarij, prohibet hæc. l. istis actuarijs sociari numerarios, & est ratio, ut dicit littera, ne ad cunctorum pernitiem actuarij numerarijs adunentur.

SVMMARIVM.

1 *Quæ fiunt à non mere electo, non valent, contra quandoque.*

Actuarios. Olim certa forma obseruabatur in electione actuariorum, quam mandat Imperator obseruari, & si contempta fuerit, non valet, quod actum est per talem
1 actuarium. Nota quæ fiunt à non merè electo non valent, argum. contrà, in l. barbarius.

Scriniarios. Scriniarij prohibentur sumere, vel polliceri pecuniam mutuam pro publicis expensis, ut sic finito officio, nullam inquietudinem patiantur ad instar tutoris, qui non tenetur ex eo, quod pupilli nomine gessit, ut ff. quando ex fact. tut. l. post mortem, & ut supra de adm. tutor. cum quædam.

Nemini. Qui est in quacunque militia constitutus, potest actuarius esse, & nō è contra, qui est uel fuit actuarius ad aliquam militiam non aspirat quantumuis omni priuilegio militari nudatus, nihil fraudis circa reddendam rationem attētet: esset enim propter militiā magis fauorabilis, & ita posset propter militiæ fauorem, & potentiam rem fraudare, & sic soluitur à militia, qui militauit in eadem, ut ff. de re mil. qui cum uno. §. non, & supra qui mil. non poss. l. 1. & hac ratione prohibentur officiales clerici, ut supra de episc. aud. l. officiales.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter cartularios & scriniarios.*

Nulli. L.ista non est legenda,& quia localis est, & quia de materia inutili tractat: dicit enim quanto tempore scriniarij, vel cartularij debeant numerarios adiuuare. Secundo ibi nullo adiutoribus &c. qui sunt adiutores, non possunt effici cartularij, quia dignitas debet ascendere, & non descendere. Tertio ibi. Ita &c. dicit à quibus scriniarij debeant eligi adiutores, siue in orientali terra, siue in asia, siue in pontica. Quarto qui omnia &c. dicit à quibus debeant scribi, & inspici publica instrumenta:& pœna
1 contrafacientibus imponitur. Nota differentiam inter cartularios, & scriniarios, quia cartularij dicuntur notarij, qui nullo præsunt scrinio, scriniarij scrinijs præsunt. Nota quòd dignitas debet ascendere, siue ascensus est ad dignitatem, vt hic, & ff. de mun.& hon.l.vt gradatim.

L. Officio. Loquitur magistro officiorum, & dicitur quòd olim ante.l.istam numerarij durabant per biennium, nunc statuit ad petitionem officialium magistri officiorum, vt durent per annum.

Per hanc. Nil valet.l.ista obscura, & loquitur præfecto Illyrici,& dicitur, quòd eius scriniarij, vel officiales deposito hoc officio, efficiuntur tribuni prætoriani, ascendendo ad maiorem dignitatem, vt supra eod. l. nulli, & recitabatur sententia, siue decretum electionis huius, & aliqua eis dabantur, & hoc mandat obseruari officialibus, siue scriniarijs præfecti prætorio Illyrici,& dicit ꝙ eius officiales cum promouẽtur ad comitiuam primi ordinis,& hæc eadem per omnia in officialibus Macedonijs.

Rub. De cursu publico angarijs, & parangarijs.

SVMMARIVM.

1 *Cursus publicus qui diceebatur.*

1 Equos. Ad euidentiam nota, cursus publicus dicitur delatio armorum, idest fodri ad exercitum, qui cursus ducebatur in plaustris, in equis, vel cum equis tantum, cui cursui aliqui præerant officiales, vt infra eod. l. 3. & in hac l. dicitur, ꝙ qui præest huic cursui non verberet, nec faciet verberari prædictos equos fustibus, vel lignis, sed tantum flagellis, idest corrigijs, vel habena. Similis prouisio. ff. ad Syllan.l.1.§.impubes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præsides & officiales nostri temporis contra legem vtuntur gratis aliorum equis.*
2 *Conscientia recta vias publicas facit.*
3 *Parauereddus qui dicebatur. Veredus autem qui equus dici solebat.*

Præsidibus. Præsidibus,& rationalibus dantur expensę de publico pro certis annis,vnde nō debent vsurpare parauereddum prouincialium,ideſt plaustrum pro ferendis rebus suis,sed accipiant ad vecturas. Secundo dicitur quòd illi, qui ducunt cursum publicum, non debent ire per aliam viam, nisi per quam totus cursus publicus ire dignoscitur,& hoc vt tollatur fraudandi occasio,& per omnia dicitur infra in l.si quis. Tertio dicitur quòd præfecto prætorio præsto est licentia, ideſt præstita vtēdi cursu publico,ideſt accipiendi plaustra publica, vel prouincialium, &
1 ducendi res suas per locum tamen cōsuetum. Nota quòd primum dictum huius. l. malè obseruatur per præsides, & officiales nostri temporis,quia cum de publico stipendia percipiāt, quotidie equos aliorum accipiunt proprias sarcinas imponentes, nec enim debēt de publico habere euectiones,sed accipere ad vecturā, vt infra eod.
2 indicibus. Secundo nota quòd aliquis debet ire per viam publicā, aliàs suspectus habetur,con.c.ff.de rer.diu.l.fi.iuxta verbum Cassiodori; conscientia recta,vias publicas facit, & qui vias suas occultat
3 conscientiam prodit. Vltimò nota quòd parauereddus dicitur ductor plaustri,ideſt bubulcus,siue auriga,à para,quòd est iuxta, & ueredus, ideſt equum ducens, quadriga uerò habet unum equum in medio temoni,& sella,in quo equo equitat parauereddus, & equus ille dicitur veredus, ideſt uehens rhedam. Ponitur ergo hic pars pro toto,ideſt ductor plaustri pro toto plaustro,sicut in toto isto tit. ponitur veredus pro tota quadriga. Item auriga vocatur veredus infra eo.l.non patimur.

Euectiones. Ideſt equitaturæ, siue fortè, cum quibus est cursus publicus deferendus ab omnibus,scilicet prouincialibus postulentur,aliàs dicuntur, euectiones res, quæ deferuntur,ut infra eo.grauissime. Secundo dicitur quòd illi, qui præsunt cursui publico,ut infra l.agentium in rebus, non ante patiantur has euectiones transire cursus publicos deferentes, nisi totius euectionis, ideſt cursus publici seriem afficiant, & tempus statuant infra quod cum alio cursu publico transeant. Si quis dictis agentibus in rebus putauerit resistēdum,& ante tempus, uel ultra

tempus cursui publico deputatum transire uoluerit, retineri debebit in via, vbi repertus fuerit, & iudicis arbitrio punietur pro loco, graduque militiæ, & hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Parphippus quis erat ex agentibus in rebus.*

Parphippum. Ad euidentiam nota quòd euectiones, & equi siue plaustra ad cursum publicū deputati à prouincialibus deputantur ut supra eo. euectiones, & non accipiunt onus veredi, siue equi, uel plaustra prouincialia simul in quolibet cursu, sed qualibet uice accipietur quarta pars ueredorū, siue equorum, & plaustrorum, ut infra eo in omnibus, dicitur ergo hic quòd agens in rebus, qui subtrahit, & immutat equos, siue ueredos, quos euectio continebat, idest cursui publico deputatos ad euectionem extra ordinem, idest iniustè commouet, & sic releuat non releuandos, & mittit non mittendos, uocatur parphippus, ut hic manifestè colligitur, & not. in glo. infra eo. iudicibus, & patitur iste parphippus pœnam contentam in l. iudicibus, in fi. & infra eod. si quis pro una. Secundo ibi, nihil &c. dicitur quòd agens in rebus, cui euectionis cura mandatur, vt dixi supra eod. l. 3. siue euectiones, idest equitaturas pro suo itinere, siue pro mulionibus, cum quibus mittit res publicas petat, dummodo non excedat debitum modum, & formam euectionum, & hoc dicit. l. ista obscura. quam pauci inueniunt.

Si quis per publicum. Casus, & intellectus huius legis patet supra eo. l. 2. in secūdo dicto, idem enim dicitur hic, & ibi, & intellige no. vt dixi ibi.

Euectionum. Senatus, siue recedat à Principe, siue uocetur ab eo, potest uti publicis euectionibus, alij autem utentes publicis euectionibus contra uetitum puniuntur, ut sunt Præsides, qui non publicis euectionibus utuntur, sed equos ad uecturam de proprio inueniant, ut supra eod. l. 2. & infra eod. l. iudicibus.

In omnibus. Sicut patet supra eo. euectiones. prouinciales debent dare euectiones, siue equos cursui publico deputandos non omnes simul, sed qualibet uice quartam ueredorum, quod expone ut supra eod. l. 2. hoc in primo. Secundo dicitur, quòd stabula prouincialium sumptu extruantur, & satis est, quòd habeant pro hostalio stercus equorum, & h. d. Nota mirabilem mercedem, quam fiscus suis hospitibus elargitur, quæ merces quoquo modo fructuosa est Toris, sed Baroli onerosa.

Vt

Vt agendi. Quando cursus publicus destinatur non debet omnes veredi, simul destinari, quia concursu se impedirent, sed per singulos dies. xx. decem in eundo, & decem in redeundo contrafacientes puniuntur, & facit in eo. l. fi. expone veredum sup. eo. l. 1. & hic ponitur pro tota quadriga, vt ibi dixi.

Iudicibus. Omnes iudices, & officiales, exceptis præfecto prætorio, & magistro officiorum, & Senatu nō vtantur publicis euectionibus, sed accipiant ad vecturas: fallit etiā in legatis, vt in eo. l. ijs. Secundo ibi, his etenim, dicitur, ꝙ iudices, & agentes in rebus, qui præsunt euectionibus illos tātum veredos in translatione specierum publicarum pro tempore, scilicet, iudicis arbitrio, destinabant, qui ad hanc translationem fuerunt deputati, puta in quarta veredorum, vt sup l. in omnibus: non ergo aliū pro alio deputabunt, alias erit quasi parphippus, vt sup. parphippū, & punientur. xxv. librarum auri, & hoc dicit.

Grauissime. Puniuntur ementes, & vendentes euectiones, idest res publicas, quæ vehuntur, & locantes, & conducentes animalia cursui publico deputata, vel destinata.

Nullus. Non potest aliquis priuatus vti euectionibus, etiam si Imperiale rescriptum fuerit impetratum, quinimmò, nec magistratus l. 3. vt sup. eo. iudicibus.

SVMMARIVM.

1 *Hypochomi qui dicebantur.*

Quoniam. Veredorum. nil valet. l. ista, & prohibet, cū destinatur cursus publicus transire vltra quadraginta equos cum sella, & frenis, & auerta, i. pectorali, si contrafactum fuerit sella conscindetur, & pectoralia publicantur, fallit cū hypochomi, idest aurigenarij, qui aurum ducunt cum sacculis benè ligatis, idest valdè benè ligatis, quia isti non veniunt cum sellis, sed fortè cum bardali dorso equi. Et nota ꝙ isti hypochomi dicū-
1 tur ab hypo, quod est sub, & chomos, quod est villa, inde hypocomi, qui sunt sub villanis, uel sub villa.

Non patimur. Prohibet hypochomos, idest villanos à veredarijs, idest aurigis, vt dixi sup. eo. l. 2.

indigna

indigna spoliatione vexari, nam quidam veredarij his villanis auferunt sagas, idest vestes tenues, contrafacientes punit.

Publici exhibitio. Cura publici cursus, idest ordinarij cursus est committenda, vel curialibus, vel cohortalibus secundum consuetudinem locorum; vel illis, quibus iniungitur à præfecto.

Si quis. Plus punitur agens in rebus, qui mittit veredum non mittendum, & releuat mittendum, & sic punitur pro tali mutatione, vel saltim una idest; si etiam semel hoc fecerit, facit sup. eo. parphippum, & l. iudicibus.

His. legati, qui ad Principem destinantur publicis euectionibus vti possunt, regulariter cõtra, vt sup. eo. iudicibus, quæ facit ad hanc legem.

Nemo. Punitur, qui subtrahit mulionem publicis euectionibus deputatum.

Animalia. Duo mala faciebant mancipes, siue apparitores fortè agentium in rebus: quia pro animalib. publicis, idest cursui publico deputatis à prouincialibus maiora pretia exigebant; & quia animalia debitis pabulis defraudabant, quia non dabant eis integram præbendam, sicut faciunt mali stafferi, & sic animalia vexabantur. Quare mãdat Imperator vtrunq; vitiũ emendari, ut disponat magister officiorum, vt neq; pabula mutationibus desinant, idest euectionibus, siue equis sicut exponitur sup. l. prox. nec prouinciales vltra debitum onerentur.

Comperimus. Multifariè, maltisq; modis grauabãtur officiales occasione publici cursus, & qa cogebant .. dare stabula, & pecuniam pro equis censualium, fortè officialium, & indebita etiam animalia occasione cursus publici exigebantur ab eis, & ita grauabant̃ ab eis occasione parauedorum, prohibet Imperator hoc fieri, & hoc dicit Andreas.

Nemo. Prohibet Ducem, & suum officiũ vti in suis itinerib. cursu publico, vel angarijs, vel euectionibus publicis, sed proprijs equis expeditionem militarem exequatur, vel accipiat animalia ad vecturam. Idem secundo in cohortalibus. Tertio contrafacientes punit, facit sup. eo. iudicibus.

Nullus

Nullus. Plana est, tẽpore exhibitionis, ideſt quo tranſit exercitus Principis, nullus, nec priuatus, nec æterna, uel domus Auguſta ab angarijs, & perangarijs excuſentur, facit ſupra de quibus muner. l. 2.

Curſum. Loquitur præfecto prætorio orientis, & prohibet curſum publicum fieri in prouincia orientali, i. ut in ea prouincia non capiãtur animalia prouincialium ad angariã pro deferendo fodro, uel res publicas: fallit, cum eſt ibi, uel tranſit ibi Imperialis exercitus, & per translationem armorum, in quibus caſibus cogetur dicta Prouincia ad euectiones, & plauſtra ſeruata conſuetudine, legatis uerò tranſeuntibus per orientem, dabunt euectiones ad uecturas gratis, ut ſup. & merces ſoluetur ab archa præfecti prætorio. Vltimo dicitur, quòd tractorias ideſt litteras, in quibus data eſt licentia trahendi animalia, ſolus præfectus prętorio poterit indulgere.

Iubemus. Nil ualet, prohibet per orientalem tractum ducere, uel mouere ultrà unum ueredum, ideſt curſũ, licet propriè ponatur pro equo, exceptis his, qui pecunias publicas deuehunt, qui tot animalia poterunt ducere, quot ad translationẽ illam neceſſaria fuerint, ult. punit contrafacientem.

Rubr. de tractorijs, & ſtatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Tractoriæ litteræ quæ dicebantur.*

Tractoriæ. Multis modis exponitur in glo. hoc uerbum, ſecundam tamẽ expoſitionem credo ueriorem,
1 ut dicantur tractoriæ literæ continentes licentiam uehendi equos prædictos, ducendos, & reducendos. Secundo dicitur ꝙ in corpore tractoriorum, ideſt in libro, in ſcribitur dies datæ licentię, & quinq; dies dant̃, in qb. poſſit morari, & quieſcere in itinere, ubi uelit, ſi pluribus dieb. morã fecerit, capitur in loco, in quo inuentus fuerit.

Rub. de apparitoribus Præfectorum prætorio &c.

SVMMARIVM.

1 *Cornicularij in exercitu qui dicebantur.*

Præfecturæ.

1 **Præfecturæ.** Ad euidentiam nota. Cornicularij uocantur, qui quando milites ibant ad bella, cornua sonabant, quibus cornicularijs, hoc honore præfunctis, conceditur adorare principem, & ab omnibus muneribus personalibus per Principem susceptionis immunitas indulgetur.

Præfectuarios. Id est officiales præfecti prohibent se immiscere proprijs quæstib. aut prouincialium exactionibus. Item prohibentur gerere custodiam publicorum horreorum, uel annonarum, id est non assumant officium curiosi, quod dicit, non sunt agentes in rebus contrafacientes puniuntur.

Cornicularij. Cornicularijs, & numerarijs præfecti post finitum officium omnium indictionū immunitatem indulget, & etiam priuilegium fori. Secundo ibi; huic sanctioni &c. dicit ꝙ si aliquis prædictorum sine legitimo successore decesserit intestatus, non ad fiscum, ut aliorum bonorum, sed ad præfectum eius deferatur hæreditas. Tertiò ibi, scriniarijs &c. prędictis in prima militantibus legione, concedit Priuilegium fori, & hoc dicit.

Rubr. de apparitoribus præfecti urbis.

SUMMARIUM.

1 *Adorantibus principem bonor erat.*

Præter eos. Officialibus præfecti prætorio, & præfecti urbi tantum conceditur post finitum officium Principem adorare, quod omnibus alijs officialibus in prouincia con-
1 stitutis denegatur. Nota honorem esse adorare Principem, ut supra titu. 1. l. 1. interdum autem salutator Princeps, ut dixi supra de ueteran.

Quicumque. Punitur apparitor præfecti urbi, qui pistorem concusserit, n[illegible]rpetui Paneficij nexibus alligetur, id est, efficiatur de corpore pistorum, qui panem faciūt, & hoc si habes; Paneficij, & erit speciale, contra l. istam. sup. de pęn. l. nequis. Si habes, beneficij, tunc habeas abdicetur, & est plana.

Rubr.

Rubr. De apparitoribus magistrorum militum.

Qui se. Apparitores magistri militum à muneribus immunes, & ab omni nominationis iniuria excusantur. concor. supra tit. 2. l. 1.

Qui in officio. Apparitores prædicti sunt in ordine militari.

Probari. Cohortales, & censibus ascripti non possunt esse apparitores magistri militum.

Numerarios. Numerarij magistri militum tam præsentium illorum qui sunt Principes, quàm illorum, qui sunt in oriente, post finitum officium prædictũ, socientur tribunis prætorianis, & ab omnibus indictionibus, & nominationibus, sunt immunes. Illi verò numerarij magistri militum, qui functi sunt munere principatus, quia maiores inter alios fuerunt tribunos, cingulo militari decorantur; de quibus tribunis dicitur supra de re milit. l. 1. Andr.

Eos. Officiales magistri militum, officiorum, qui sunt infra numerum, habent fori prærogatiuam, qui sunt ultra numerum, prædictam prærogatiuam non habent.

Rubr. De apparitoribus proconsulis, & legati.

Officio. Prohibet curiales alicuius ciuitatis, corporibus annexos, puta pistores, fieri apparitores proconsulis africæ, si facti fuerint, restituentur suis corporibus.

SVMMARIVM.

1 *Officia se. uncta dicuntur membra Reip.*

Apparitori. Idem dicit, q superior: nisi quia taxat numerum apparitorum proconsulis Africæ, & no-
1 ta quod diuisa officia dicuntur membra reipublicæ.

In Proconsulari. Proconsul postulet à Prouincia sua, quod consuetũ est, nec alienis se partibus imprudenter ingerat.

Rubr.

Rubr. De apparitoribus Comitis orientis.

In officio. Designatur numerus apparitorum Comitis orientis.

Rubr. De cohortalibus, &c.

Omnes. Ad euidentiam, & intelligentiam rubricæ nota cohortales dicuntur certo officio cohartati. Principes cornicularij dicuntur, qui erant maiores inter eos, vt supra l. pen. Dicitur ergo hic, stationarij, qui custodiunt confines, non indicant superexactionem, nec habeant carcerem, vel custodiant criminosos etiam crimine manifesto, contrafacientes punit.

Nullus. Non possunt iudices aliquos officiales creare sine probatoria Principis, fallit in agēte in rebus, qui cursus publici sollicitudinem sustinent vt supra de decurion. l. 2. creare possunt officiales. Nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit vtilitas.

Solita. Cohortalibus Syriæ immunitatem indulget, vt nec ad officium bastagiæ, nec ad nauiculariorum munus eligantur inuiti. Eandem prærogatiuam prædicta officia recusandi concedit cohortalibus, qui fuerunt in officio primipili. Dictionē, pactus, vel factus, expone, vt in glo. Si habeas dictionem primipili. Si non habeas, sicut ego, littera est plana. Item expone dictionem, bastagiæ, & vtrunque officium publicum erat quod gerentes bastangarij dicebantur, idest, qui rusticos ad bestiam quandam Principi dandam cogebant, vt supra de muni leg. l. 4. & l. æternam.

Officia. Officiales rectorum Prouinciæ approbati per Principem priuilegijs cohortalium gaudent.

Quicunque. Nil valet. Et dicitur, quòd si aliquis primipili fungatur officio in prouincia, & habeat vltra duos filios vnum sibi in officio proprio substituat, alium curiæ patriæ offerendū derelinquat; reliquos faciat ad prouinciam, quā elegerit aspirare. Si duos tantum faciat de eis, vt dictum est de duobus. Si vnum tantum curiæ patriæ suæ derelinquat priuilegio sibi principali impetrato in contrarium non valente. Andr.

Si apparitor.

Si apparitor. Si criminosus apparitor fugiat, erit per edictum peremptorium requirendus, comminatione adiecta, quòd condemnabitur, nisi venerit: quo citato si perseuerat in fuga, contra latitantem diffinitiuam sententiam feret, vt in casu actore absente, vt in auth. qui semel. Et ita post litem intelligitur. l. illa ad peremptorium edictum, ff. de iudic. Secundo nota speciale contra apparitorem criminosum, ut condemnetur licet absens vt supra de pœn. l. ne diu. Regulariter contra. ff. de pen. absentem. Tertio nota pulchra verba in fi. l. veniam enim &c. ad quod facit supra l. 3. in fi.

SUMMARIUM.

1 *Præsides prouinciarum quare sunt dicti speculatores.*

Ordinariorum. Apparitores speculatorum, idest Præsidum, & aliorum ordinariorum iudicũ, non ante ab hac sollicitudine absoluantur, alterius contemplatione militiæ, quàm compleuerint de gesta ratione pactum primipili, idest reddiderint. rationem officij primipili, quod exercuerunt. Sicut enim homo primo comedit, postea digerit, sic iste primo officium. Secundo rationem reddit. Idem per omnia in illis apparitoribus, qui petunt se absolui ob valetudinem, vel senectutem. Illi autem, qui proprijs sceleribus ab hoc officio deijciuntur, & peculio integro non vtentur, quia salarium perdunt, & etiam bona sua tenebuntur militiæ, in qua militauerint, etiam si extremam, idest
1 minimam militiam erat obnoxius obseruare. Nota quòd speculatores dicuntur præsides prouinciarum, qui semper debent esse in specual, vt videanr, & inquirant delinquentes, vt ff. de off. præs. congruit cum simil. Secundo nota quòd princ. huius. l. vsque ibi; quod si autem, loquitur de honoraria missione. Sed vsque ibi; Eis &c. loquitur de causaria. Sed ibi; Eos, loquitur de criminosa.

Speciebus. Cum species aderentur, idest ad ærarium deducuntur primipilaribus assignandæ, fiet illa æstimatio, quæ fieri cõsueuit in publicis venalibus speciebus. Ad quod facit supra de erog. mil. an. l septem, quæ. l istam aperit.

Per illyricum. Nil valet. Determinat quot apparitores debeãt per Illyricum, idest Schlauoniam esse. Secundo dicitur quòd illi eligantur ad hoc officium, qui non lucris inanibus, sed officij necessitudinem cum omni sollicitudine exequantur, quod est not. & facit supra tit. 2.

Qui-

Quicunque. Non aliter permittatur ad aliquod cohortalis officium accedere, nisi suo nomine scripto in matricula, contrafacientes puniuntur.

Si quis. Qui per suum crimen remotus est de officio cohortalis, non reuertatur ad ipsum, nisi principali obtento oraculo coram præfecto prætorio allegando: facit infra titul. 2. & quòd ibi not.

SVMMARIVM.

1 *Intra fortunam debet quisque manere suam.*
2 *Vasallus quanto annorum spatio potest præscribere libertatem.*
3 *De stirpe mala natis suorum maiorum exempla mala præiudicant.*

Si cohortalis. Si hoc officio derelicto ad aliam aspirauerit militiam, ipse, & liberi tui in hac conditione suscepti, impetrati honoris insignibus spoliatis ad statum pristinū reuocentur, non proficiente eis aliqua præscriptione, nisi xxx. annorum. Ad nullam ergo fortunam aspirare poterit cohortalis eorum filij, quibus maiorum suorum exempla præiudicant. Vltimò
1 prohibet mercatores Prouincialibus officijs. Nota nemo debet egredi terminos suos, & altius aspirare quin sua conditio patiatur iuxta illud poeticum, bene, qui latuit, bene uixit, & intra fortunam debet quisq; manere suam. Item nota, ꝙ filij debent sequi conditionem patris, iuxta illud, non egrediamini terminos, quos statuerūt patres uestri: & alibi; Quærite semitas antiquorum, & ambulate per eas. Ad vtrunque facit supra de metall. l. fi. & de murileg. l. 1. & l. æternam, & l. murileguli de decurion. l. decurio, & l. quidam ignauiæ, & l. curialis, & l. quoties. l. omnes omninò, & supra de fabricē. l. stigmata, & l. iure, & de corpor. vrb. Rom. & de pistor. l. vna, & de manc. & col. patr. l. fi. cum concor. infinitis, ibi not. & supra de col.
2 pal. cum seq. & supra de tabular. l. 1. & l. vlt. Tertio nota arg. ꝙ vasallus potest præscribere libertatem spatio xxx. annorum, imò & mi-
3 nori tempore, vt supra de præscr. quæ pro lib. l. 1. Quarto nota contra eos, qui sunt creati de mala stirpe, quia potest eis dici, mala maiorum tuorum exempla tibi præiudicant.

Nullum. Prohibetur cohortalis, vel Princeps cohortalis officij ad aliquam aspirare militiam; si contrafecerit illa habetur militia pro non gesta, idest curiæ ciuitatis suæ, vnde originem traxit, mancipabitur, facit supra l. prox.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quod per me non possum, nec per alium possum.*

Quisquis. Idem dicit, q superior, eo addito, quòd prædictus cohortalis, qui ad aliam militiam, vel prouinciæ regimen aspirauit, non valente principali rescripto, careat salarijs, quæ contempsit, nec per se, nec per interpositum, ea possit con-
1 sequi. Nota quòd per me non possum, nec per alium possum. facit ff. de adm. rer. ad ciu. pert. l. 1. vbi de hoc.

Rubr. De apparitoribus præfecti annonæ.

Apparitores. Apparitores præfecti vrbi non immisceāt se de officio annonæ, sed eis segregatis, præfectus annonæ cum suis apparitoribus idem officium exequatur.

Præfectus. Præfectus annonæ debet exigere annonarum canonem per suos apparitores, si contrafecerit, punietur.

Rub. De diuersis officijs, & apparitorib. iudic. &c.

Si quando. Si officialis aliquis puta cohortalis obnoxius ratiociniis, ad aliam cōuolauerit militiam, ab hac militia reiectus, suo restituatur officio, ad reiectum verò illum subrogando, cui meritorum adstipulantur insignia. facit supra tit. 2. Si cohortalis cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Solutus ab aliqua militia nunquam redibit ad eam sine principis permissu.*

Nullus. Qui solutus est à malitia non admittitur ad eam, nisi de Principis mandato, si contrafecerit punietur. No-
1 ta quòd solutus ab aliqua militia, siue honestè, vt supra de castrens. l. 1. & hic, siue causarie, de re milit. qui semel, & supra tit 2. Si quis ex grege: nunquam redibit ad eam sine Principis voluntate, vt hic, & in præalleg. l. 1. de cohortal. Item nota casum, in quo est prin-

cipis necessarius consensus, & facit supra de iure fisc. prohibitum cum simil.

Nullus apparitor. Prohibet aliquem esse apparitorē præfecti prętorio, vel Palatinum in Prouincia, in qua, vel ducit originem, vel constituit domicilium, contrafacientes punit, eadem prohibitio, licet minoris pœnæ irrogatio in domesticis, præconibus, & Palatinis vtriusq; officij, & istos officiales expone, vt patet supra in specialibus rubricis. Palatinus autem vtriusque officij quis sit, dicitur supra de palat. sacr. larg. in rubro.

Qui vel. Non prohibentur esse apparitores habentes exiguam rerum substantiam, facit inst. de suspec. tut. & cur. in fi. tit.

Quicunque. Si apparitores in ipso delinquentes officio fuerunt cōdemnati districti, vel separati ab officio; prout est, districti in littera etiam ex rescripto Principis non aspirēt ad aliam militiā, vel grauissimè puniētur, secus si deliquissent extra officium, quia tūc possent militare Principis voluntate, vt supra tit. 2. si quis ex grege, facit supra de off. præf. l. si quos. Et nota casum, in quo non valet rescriptum Principis. similia multa habes supra de pet bon. subl. l. 1.

In his. Ponit officia, in quibus non est aliquis admittendus, nisi emissa probatoria sacri scrinij, idest Principis, contrafacientes puniuntur, facit in eo. probatorias, in fi. cum simil.

SUMMARIUM.

1 *Honoris causa qui militiam expetit maiorem, dignus est ad eam admitti.*

1 Ad splendidioris. L. ista aurea in verbis; & breuis est intentio, qui fuit in vna militia, puta minori, ita demum admittitur ad maiorē, si causa honoris hoc appetat, non causa exercendæ cupiditatis, vel priora committendi crimina, vel deterius delinquendi, facit contra auaros iudices, & officiales lucro intendentes, potiusquam honori, ut supra tit. 2. l. per Illyricum cum simil.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudo dat iurisdictionem: & valet in electione.*

Viros

Viros. Dat prærogatiuam fori ducibus, & eorum apparitoribus, & limitaneis, idest custodientibus limina imperij, & præpositis castrorum. Secundo mandat obseruari consuetudinem, quò ad iurisdictionem, quam magistri militum hactenus habuerunt. Nota consuetudo dat iurisdictionem, vt de emanc. liber.
1 l. 1. in fi. Item valet in electione, vt ff. quod cuiusque. vn. nom. & in multis alijs, vt dixi supra de exact. trib. l. nulli.

SVMMARIVM.

1 *Exemplo non creditur, sed authentico.*

Probatorias. In hac l. & seq. id dicitur, quod ad officium pertinet: sed in seq. in fi. ibi nominātur noīa officialium, qui non possunt eligi sine probatoria Principis, & ad has probatorias hoc ordine conuenitur, ꝙ primo quis eligitur ad aliquod officium, & eius eligentium consensus, vocantur anteriores: posteà approbantur à principe, & litteræ quasi probatorię principis manusubscriptæ destinabantur ad eum, sub quo debebat militare, vel futurus erat officialis electus, vel ipse approbatus portabat litteras, vel alius, qui exemplabat eas, & authenticas dabat approbato. dicitur ergo, ꝙ nō aliter valent hæ approbatoriæ, nisi sint authoritate, & subscriptæ principis manu. Itē debet esse catholicus electus, alias autem approbatoriæ non valerent, & perinde esset, ac si solus esset suffultus authoritatibus, sine approbatorijs subrepti-
1 tia impetratio punitur, & hoc dicit. Nota non creditur exemplo, sed authenticis. sic supra de eden. auth. si quis in aliquo cum simil. & licet alibi sufficiat authenticum, siue exemplatum iudice subscribente, vt ff. de adm. tutor. chirograph. hic non sufficeret, quia non tantum desideratur authenticum, sed etiam Principis manu subscriptum. Andreas.

Hac sanctione. Supra l. prox. cum fructus, & intellectus huius legis concordant, licet sint plura vera, quàm ibi, & ideò quod ibi dixi, hic scias repetitum.

Rubr. De exactoribus, & exequutoribus.

Ne per diuersas. Palatinus dicitur vno modo, qui mittitur ad exigēda debita fiscalia, & idem dicitur Palatinus sacrarum largitionum, dixi supra de Palatin. l. 1.

ponũtur ergo hic Palatini pro opinatoribus supra de exactor. trib. l. nulli. dicitur ergo hic, φ isti Palatini, qui diriguntur ad prouinciarum præsides, non debent ipsi nec sui aliqua exigere, sed solum insistere præsidi, vt exigat, & ratio ponitur in princ. huius. l. vsque ibi, hac l. & hoc dicit. & facit per omnia supra de can. larg. l. 2. & quod ibi dixi: si contrafecerint, puniuntur præsides, & etiam Prouinciales possunt eis resistere, vt in eo. l. contra.

SVMMARIVM.

1 *Officiali vno intromittente se de officio alterius, non valet quod agit.*

Quicunque. Planum est: quicunque officialis de Principis aula ad Prouincias emanauerit, illam habet partem, quam per speciales litteras Principis edocere, ne excedat fines suæ commissionis, & exerceat quod commissum non est, & est ratio, ne dum hoc sibi &c. vt in fi. l. Nota non creditur officiali sine litteris. Item nota casum, in quo est necessaria scriptura litterarum, dic vt dixi supra de iur. fis. l. prohibitum. Item nota quòd si
1 vnus officialis intromittat se de officio alterius nil valet quod agit, quia actum est ab incompetenti: egreditur enim fines mandati, & cum egreditur fines mandati, nil agit, vt in l. diligenter.

Siue. Palatinus, vel exactor, de quibus dixi in princ. l. à quocunque officio prætoris, vel alterius ad exigenda debita, vel tributa fiscalia ad præsides alicuius prouinciæ fuerit destinatus, infra annum cum auro exacto per præsidem ad ipsius Palatini instantiam reuertetur ad eum, qui eum ad prouinciam destinauit, & assignet exactum aurum, declarando aliqua, & cuius culpa reliqua remanserunt, & etiam vera inducet debita, si contrafecerit, punitur ipse, & priores suæ militiæ. Et si malè redire dissimulet, ligatus ferreis nexibus ad debitum mittatur examen: nec inueniat sibi occasionem manendi, quasi aliàs sibi sit in anno sequenti facienda exactio; cum cuilibet sit ablata licentia, exactionem in aliqua continuare prouincia: intelligentiam, & clariorem intellectum huius legis, vide per ea, quæ dixi supra de exactor. trib. l. missi: & not. collige vt ibi. Nota quòd priores militiæ puniuntur, & sic est arg. quòd debent vniuersitatum maiores puniri.

Nullam. Mandat Imperator neminem pro alienis delictis conueniri, concor. supra vt null. ex vican. l. 1. & de om. agr. desl. l. hac cum simul.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Defensio cuilibet priuato permittitur contra officialem in officio delinquentem.*

1 Contra. Supra eo. l. 1. dixi intellectum huius l. Et nota quòd permittitur cuilibet priuato defensio contra officialem delinquentem in officio, quod dic vt supra de iur. fisc. prohibitum.

Sancimus. Exactori in aliqua Prouincia destinato non est alia sollicitudo iniungenda, si tamen sollicitudo fuerit sibi iniuncta in eadẽ prouincia debebit explicare vtrunque, tertiam nullo modo suscipiet etiam in eadẽ Prouincia, nec secundam in alia prouincia, contrafacientes puniuntur, & hoc dicit.

Rub. De lucris aduocat. & concussionib. officialium.

Si quis. Si quis se concussum, vel læsum ab aliquo officiali cognouerit, & quæratur in iudicio de ipso, vt officialis seueritas puniatur, & cum deliquerit iste in officio suo, puniri poterit, etiam durante officio indistinctè vt supra ad l. Iul. reputandarum. l. iubemus. Andreas.

Præter. Exactores non exigunt à prouincialibus debitas, & canonicas illationes, sed etiã multa alia indebitè exigunt, & requirunt maximè pabula pro se, & equis ipsorum. mãdat Imperator, vt rectores Prouinciarum huius l. iniurias non deserãt impunitas, facit supra de cursu publ. ang. & perang. l. cõperimus.

SVMMARIVM.

1 *Reatus alicuius excludit eius honorem.*

Quoties. Cum exactor, vel alius officialis est de deprædatione conuictus etiam non consulto Principe puniatur. Nota quòd pœna non crimina principi nuntiantur. facit su-
1 pra de off præf. l. si quos. Item nota quòd reatus excludit honorem. concor. supra vbi senator. l. 1.

Curialibus.

Curialibus. Subuenit Princeps curialibus, & corporibus, scilicet deputatis ad publicam vtilitatem, vt à nauicularijs, & similibus nil per apparitores exigatur ab eis, quod ad prædam pertineat: quod dicit, quicquid ab eis exigitur, est præda. Aliter nō esset aliquid speciale his corporibus indultum, cum à nemine præda sit auferenda.

Rubr. De Primipilo.

SVMMARIVM.

1 *Primipilus qui dicebatur.*
2 *Salaria reliquata debentur hæredibus.*

1 Commoda. Certa erat administratio primipilatus, & dicebatur officialis, qui erat primus inter alios & dicitur ꝙ primipilarijs debetur salarium post finitā administrationem, quod si mori contigerit, transfertur salarij petitio ad hæredes. Nota argum. quòd pensio sit soluenda in fi. anni, de hoc not.
2 supra locati. l. ædes. Secundo nota hæredibus deberi salaria, & facit supra de prox. sacr. scrin. l. si quis.

Obtentu. Cum fiscus vult agere contra primipilum conuenit eum coram procuratore Cæsaris. Dicitur ergo hic cum fiscus vult conuenire debitorem primipilaris, quia fortè primipilarius fisci debitor non est soluendo, non conuenit eum coram iudice, idest procuratore fisci, sed coram iudice illius debitoris. facit supra de conduct. & exactor. l. 1. cum simil.

Vtilitas. Speciale est in officio primipili, vt si bona primipili fuerunt obligata vxori pro dotibus, pręferatur fiscus in tacita hypotheca, vt primo fisco, deinde dotibus satisfiat, & est ratio, quia publica vtilitas præfertur priuatę, ad hoc. ff pro soc actione. §. Labeo, & supra de decur. ex omnibus, & ibi dixi. facit ad hanc l. supra qui pot. in pig. l. 3.

Cum ex sola. Speciale tantum est in officio primipili, vt filius ex hęres bona paterna non possidens, teneatur fisco. Ergo concludit artificiosè lex ista, ꝙ in cæteris contrarium obtinet ius cōmune arg. supra de thesaur l. 1, & quia in officio primipili permittitur, ergo in cæteris casibus prohibetur.

Rubr.

Rubr. Publicæ lætitiæ, vel consulum nunciatores.

SVMMARIVM.

1 *Quæ digna erant, vt de Principe nunciarentur populo.*
2 *Pauperibus magis dandum est quàm diuitibus.*
3 *Pœna pari punitur accipiens iniuste à sponte dante, ac exigens ab inuito.*

1 Quicquid. Mandat Imperator cum aliqua prospera de eo
populo nunciantur, puta, quia sub eo desierunt
bella, ꝙ victoriæ, sibi oriuntur faustæ, ꝙ sibi honor delatus est nouæ
dignitatis, puta aliquod regnum est sibi nouiter acquisitum, vel sit
facta pax, vel si ostendat sacratissimos vultus suos populo, ꝙ ille, qui
hæc prospera nunciat, nil accipiat sponte, nec exigat ab inuitis. Sit
nunciatio ista castissima non venalis. Nuncij non sint pauperes, &
indigenæ, idest indigentes, sed diuites, qui non curent de huiusmo-
di donis, & hoc ne turpi colludio quæratur ex miserijs precium gau
diorum, contrafacientes puniuntur. Nota ꝙ lętitia est populo, cum
desinunt bella: inducit enim bellum perditionem corporis, & ani-
mæ, vt in auth. de armis, in prin. & etiam bello petitum, nomen gen
tis delere laborat. Secundo nota ꝙ victoria Principis est lætitia su-
biectorum, & ex victoria faustus oritur. Tertio nota ꝙ Imperator
potest etiam alios honores acquirere, nam legitur ꝙ Iustinianus
postquàm fuit Imperator factus est consul, vt in proœm. horum in
fi. & ideo dicitur semper Augustus. Quarto nota ꝙ pacis tranquilli
tas est, appetenda, & est multum fauorabilis, facit extra de pact. c. 1.
& supra de ferijs. l. fi. vnde Cassiod. omni quippe Regno desidera-
bilis debet esse tranquillitas, in qua populi proficiunt, & vtilitas gē-
tium custoditur: hæc est omnium bonarum artium decora mater,
hæc mortalium genus reparabili successione multiplicans, faculta
tes protendit, mores extollit, & tantarum rerum ignarus cognosci-
tur, qui eā minimè quæsisse sentitur. Quinto nota contra nuncios,
2 qui recipiunt præmium pro nūciandis prosperis nouis. Sexto nota
ꝙ magis datur pauperibus, quàm diuitibus, habenti enim dare, vt
ait decretum, nil aliud est, quàm perdere. 1. q. 2. pastor, & supra de
epis. & cler. nulli. Septimo nota ꝙ non est ridendum cum fletu al-
3 terius, facit extra de priuil. cap. petitis. Octauo & vltimo nota, quòd
pari pœna punitur accipiens à sponte, & exigens ab inuitis. Finis.
Deo Gratias.

Finis Comment. in tres postremos Codicis Libros.

VENETIIS, MDCI.

Apud Sessas.